

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
25 D
20



VITA
S. ANGELI MARTYRIS

Ord. Beatiss. DEI Genetricis semperque

VIRGINIS MARIÆ
DE MONTE CARMELO

Anno 1227. à Reuerendiss. D. Enoch Patriarcha Hierosolymitano teste oculato Conscripta;

Anno 1527. à Thoma Bellorosio Canonico Panormitano digesta in Capita; & Panormi ædita;

Anno 1687. ab aduersantibus Danielis Papebrochij Iaculis vindicata; Suoquè Auctori Asserta;

Ad Eminentiss. & Reuerendiss. Dominum

D. CARDINALEM ALTERIUM
ORDINIS PROTECTOREM

PER FR. THOMAM CANTONI CARMELITAM MEDICINENSEM,

Hyberniæ Prouincialem, & Romæ in Conuentu S. Mariæ Transpontinæ Sac. Theol. quam per Viginti iam completos annos in primarijs suæ Religionis Studijs explicauit Regentem.

Conventus Carmelit. Rispalceat. S. M. de Vitta Rome

BONONIÆ, Typis Petri-mariæ de Montibus. 1691.

Superiorum permissu;





EMINENTISSIMO PRINCIPI
ET REVERENDISSIMO DOMINO
D. CARDINALI ALTERIO
Carmelit. Digniſsimo Protectori.

Fr. Thomas Cantoni Carmelita humilis Cliens Optatam precatur fælicitatem.



Anta eſt, fuitque ſemper, Eminentiſsime Princeps, de Cęleſtibus Aſtris apud omnes ferè nationes opinio, vt humanis in rebus aliquid magni ea poſſe, Sæculis omnibus creditum ſit: ſcripſeritque circa annum à Chriſto. 140. Aſtrologorum Princeps Ptolomeus *lib.* 1. *cap.* 1. ſui quatripartiti, Prædeceſſorum ſuorum placitis inherens; *Euidentiſsimum eſſe, & non indigere verboſa confirmatione: diffundi quandam*

*vim à Cœlo, in omnia, quæ circa terram sunt, &
in naturam mutationibus obnoxiam.*

Et vt eos omittam, qui ipsa in luce caligantes, Syderum fulgoribus, & externa spetie decepti, Stellas sensus, ac Vitæ omnino expertes, in Deos, à quibus Corporis sospitatem, bonaque Cætera exorarent ac consequerentur, sibi Elegerunt; in quos propterea venustissime quadrat illa Satyrici exclamatio,

O stultas hominum mentes, o pectora ceca:

Quot modo sunt, fueruntque semper, quibus ab arcana quadam Astrorum vi mortalia cuncta in suos disponi fines, adeo persuasum est vt illis nequaquam Insanientis sit, si infelix, ac furibunda Dido, vt latinus Canit Homerus:

*Testatur moritura Deos, & conscia fati
Sydera?*

Hinc in multis ortum habuit improba illa curiositas, quæ non solum

Sydera cuncta notat, tacito labentia Cœlo;

Sed & varios illorum aspectus, & occultas, quę ex illis ad nos deriuantur, virtutes; rati nimirum ex planetarum positu, ex Syderum Ordine,

ne, ex radiorum vi, qua influunt subeuntibus lucem infantibus; mortalium cuiuscunque sic fata disponi, vt de totius vitæ cursu, de mortis hora, de diuitijs, ac honoribus; quæ hominis, dignitas, quæ futura soboles, vaticinari possint. quorum credulitati illudens Poeta ille

Quid, inquit, *duodena poli, Astrorumque meatus,*
Et formidatos, quid fatui radios
Cogitis in numerum, & mortalibus ardua fata
Ambiuiguis trepidi queritis in tabulis?
Gratia, fama, valitudo, genus, & pudor, & res,
Et status, & Vita conditio, & soboles.
Et quæcunque homini contingunt, aspera, siue
Prospera, mortali dum calcat pede humum,
Soli Deo nota sunt, quem penes omnia. solum
Nutibus hic fatum temperat omne satis.
Non illos Stella, aut genitalis Angulus hora,
Aut positu variant astra notata suo.

Et certe Artis vanitatem, tot conuincunt rationes, tot experimenta condemnant, vt illius Studium, post aliquot in eo consumptos annos, abijcere tandem decreuerim, hoc vnum didicisse

ſe contentus, quod dum in hac præſentis Vitæ Caligine verſamur.

Neſcia mens hominum fati, ſortis quæ futura Semper exitit.

Et vt Cætera omittam, quo pacto aliena in Aſtris perſcrutabitur, qui propria præſentire nequit? ſaluent te, aiebat Iſaias *Cap. 47. augures Cæli, qui contemplabantur Sydera, & ſupputabant menſes, vt ex eis annunciarent ventura tibi? ecce facti ſunt quaſi ſtipula: Ignis combuſsit eos; non liberabunt animam ſuam de manu flamme.*

Et licet demus Morino Gallicæ Aſtrologiæ Auctori in *ſua ad Vniuerſam Aſtrologiam Apologetica præfatione*, non de Aſtrologis, ſed de Auguribus Profetam loqui, argumenti tamen vim declinare nequit, cum & in Aſtrologica profeſsione quamplures, qui proceres, ac Magiſtri haberi voluerunt; improſpero exitu, & nequaquam præuiſo, compleuerint vitam; earum, quæ ſibi impendebant, calamitatum, inſcij.

Quid igitur Cœleſtia lumina portendant huic D. Angeli Vitæ, quam ab Aduerſantibus Papebrochij iaculis vindicaui, minimè inqui-

rens,

rens, eam Emin. Vestræ humilis; ac Venerabundus sisto; vt fœliciori omine suam inauguretur lucem, sub Syderibus illis, quæ Vniuersæ Religioni nostræ Protectionis, ac beneficentiæ radijs semper effulgent; sitq; meus hic labor humillimi mei in Eminentiam Vestram obsequij æternum apud posteros monumentum.

Appro-

Approbatio ex Commissione Reuerendissimo Patris Generalis Ordinis.

IVssu Paternitatis tuæ Reuerendissimæ vidimus, legimus, ac attentius considerauimus Opus, quod inscribitur (*Vita Sancti Angeli Martyris Ordinis Beatissimæ, semperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo* ab Admodum Reuerendo Patri Magistro Thoma Cantoni Medicinense, Hyberniæ Prouinciali, ac Romæ in Conuentu Sanctæ Mariæ Transpontinæ Sacræ Theologiæ Regente) Sapientissimè elucidatum. Vidimus enim omnia, more Scholastico, Authoritate Veterum, Recentiorumque Scriptorum eius subtilitate Ingenij, etiam singula diligenter disposita legimus insuper subtilia argumenta Aduersarij, at responsiones, & solutiones magis argutas, & adæquatas. Consideramus demum in eo feruentissimum Zelum verè Elianum, dum pro defendendis gestis in Vita nostri triplici Corona insigniti Angeli Martyris contentis, non desinit quasi flammeo gladio eruditissimarum, & apologeticarum rationum illius veritatem defendere. Cum igitur nil contra orthodoxam, Catholicam Fidem, nihilque aduersus bonos mores, & rem politicam in eo inueniamus. Dignum propterea censemus typis mandari posse; vt hoc veritatis lumen Magis, magisque omnibus elucescat; (si tamen Paternitati tuæ Reuerendissimæ sic placuerit) ità sentimus, ità verè approbamus. Datum in hoc Conuentu Montis Sancti de Vrbe, hac die 15. Septembris 1687.

Humillimi filij tui Fratrum Carmelitarum Primi Instituti Prouinciæ M. Sancti reformatorum.
Fr. Cyrillus à Thermis Socius Generalis assistens.
Fr. Antoninus à Messana Indignus Alumnus.

Fr.

Fr. Paulus à S. Ignatio Sac. Theologiæ Magister, ac humilis Prior Generalis totius Ordinis Fratrum Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo antiquæ Obseruantiæ Regularis.

AVctoritate Nostra harum serie Tibi Reuer. Admodum P. Magister Thomæ Cantoni Medicinensi, Hyberniæ Prouinciali, ac Romæ in Nostro Collegio Sanctæ Mariæ Transpontinæ Sacræ Theologiæ Regenti, Nostræquè Prouinciæ Romandiolæ Alumno, Licentiam impartimur typis mandandi Librum, cui Titulus est: *Vita Sancti Angeli Martyris Ordinis Beatissimæ, semperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo* à Reuer. Admodum Patre Cyrillo à Thermis Socio nostro Generali assistenti, & à Reuer. Patre Antonino à Messana examinatum, & approbatum seruatis, alias seruandis. Datum Romæ in Conuentu Nostro SS. Siluestri, & Martini in Montibus, hac die 16. Decembris 1687.

Fr. Paulus à S. Ignatio Gen. Carmelit.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Ioannes Albertus Mirialis Sec. Ordinis.

†

Vi-

Vidit D. Antonius Baruchius Cleric. Regul. S. Pauli, & in Eccles. Metropolit. Bononiæ Pænitentiarius pro Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Iacobo Compagno Archiepisc. & Principi.

1690. 16. Aprilis.

Ad. R. P. D. Ioseph Cautius huius S. Inquisitionis Reuisor pro S. Officio videat, & attente consideret præsente librum cui titulus: Vita S. Angeli Martyris, &c. ab aduersantibus Danielis Papebrochij iaculis vindicata, &c. per Fr. Thomam Cantoni Carmelitam, &c. & referat.

F. Paulus Hieronymus Giacconus Inquis. Bononiæ.

Reuerendissime Pater.

Iussu Reuerendiss. Paternitatis Vestræ attente, ac accuratè perlegi librum, cui titulus est Vita S. Angeli Martyris, &c. ab aduersantibus Danielis Papebrochij iaculis vindicata, &c. Ab Ad. R. F. Thomam Cantoni Carmelitam compositum, nec in eo reperi quod aduersetur Catholicæ Fidei, aut bonis moribus, & ideò censeo, vt possit Typis mandari. Dat. Bononiæ die 30. Aprilis 1690.

D. Ioseph Maria Caucius C. R. Sacræ Theologiæ Professor, & S. Officij Reuisor.

Stante præfata attestatione

Imprimatur.

F. Paulus Hieronymus Giacconus Inquisitor Bonon.

CAN.

CANDIDO, ET CANDIDATO
Veritatis Lectori.



T ab aduersantibus Danielis Papebrochij Iaculis Carmeliticam historiam pro posse vindicarem, D. Thomæ Aquinatis auctoritas effecit: *Opusculo* enim 19. *num.* 15. de Religiosis viris sic scriptum habet: *Si in spiritualibus impugnentur, totis viribus resistere debent... si verò in temporalibus, tunc perfectionis est, vt quis damnum patienter sustineat quod vergit in suum detrimentum... sed in illis, quæ ad detrimentum commune pertinent, etiam temporale, non est perfectionis, sed negligentiæ, vel pusillanimitatis, incommoda, dum possit resistere, sustinere.*

Quam Angelici Doctrinam forsitan meditabatur Auctor Opusculi, cui titulus: *Osseruationi morali cauate dalla Vita del Padre Abbate D. Angelo Maria Cantoni Monaco Oliuetano*, dum *pag.* 122. scribebat: *la più pretiosa gioia, per coronare il decoro d' vna Communanza di Claustrali, sarebbe vna concorde costanza d'animo nel promouere, e conseruare le communi ragioni, allontanando dalla loro Indennità, quanto le potesse ingelosire, non che turbare. Chi difettasse in questo Santissimo sentimento, dourebbe esser' inteso, ò per rubello, ò per*

istupido. Per l'opposto à coloro, che con petto virile imprendono le cause di Diò, che tanto è a dire, della Religione, non douerebbero mancare de' loro publici attestati le republiche, perche d'essi, quasi di giusti trionfi, si facesse oggetto alle speranze, mercede à meriti, e stimolo all'imitatione degl'altri.

Nec minorem ad scribendum vim suadendi habuit eiusdem D. Thomæ assertio, dum 2. 2. *quæst.* 72. *art.* 3. D. Gregorij Magni *hom.* 9. *in Ezechiel*, dictis inhærens, inquit: *quod quandoque oportet, vt contumeliam illatam repellamus, maximè propter duo, &c.* quæ Sanctissimi Præceptoris Doctrina, Patrum etiam multorum roboratur exemplo, qui in suos, suorumque Ordinum importunos censores, acri pungentique stylo insurrexere. Sic D. Basilius Magnus *Epist.* 63. qua Clericos Neocesarienses perstringens: *in hos* (inquit) *sermones perduxit mè necessitas respondendi, quo doceamini eijcere trabem de oculis vestris, & tunc alienas eximere festucas.* Sic D. Bernardus in *Apologia ad Gulielmum Abbatem*; sic D. Ioannes Chrysostomus *in tribus libris aduersus vituperatores Vitæ Monasticæ*; sic D. Bonauentura in *libello Apologetico in eos, qui Ordini Fratrum Minorum aduersabantur.* Sic denique ipse D. Thomas in *Opusculo contra Impugnantes Religionem*, scriptionis Clypeo se, suaque tuentur: & calami hastam omni gladio acutiorem, in sibi aduersarios fortiter, ac rubustissimè intorquent:

nec

nec ſine religionum ſuarum maximo fructu, vt etiam adnotauit Daniel Bartolus *lib.* 2. *num.* 9. *pag.* 182. *Vitæ D. Ignatij*.

Patrum veſtigijs quamplurimi Societatis Ieſu Scriptore, adheſere, ne irruentibus vndique telis improtectam relinquerent Societatem: cuius rei mihi teſtes ſint doctiſſimi, ac celeberrimi Societatis viri Theophilus Raynaudus in ſua *Holpoteca*, Carolus Scribani in *Honoris Amphiteatro*, Sfortia Pallauicinus in *Societatis Vindicijs*, Laurentius Forrerus in *Protheo Grammatico*, Daniel Bartholus in *Vita D. Ignatij*, alijque multi, quos hic referre attinet nihil; cum in huius operis decurſu non pauci habeantur.

Nec ſibi pariter in hoc defenſionis genere defuerunt Carmelitæ. Adhuc enim poſteris loquuntur, & Ioannis Hildesheimienſis, anno 1370. hanc vitam agentis, pro ſuo *Defenſorium* Ordine: & Ioannis Bacconi anno 1320. in Anglia viuentis *Compendium hiſtoriarum*, & *Iurium*, pro ſui defenſione Ordinis: & Bernardi, Olerij anno 1376. ſcribentis ad Vrbanum Sextum, *de Ordinis Origine tractatus*, & Thomæ Brandley Dromorenſis Epiſcopi, & Legati Apoſtoloci, ex Carmeli Ordine circa annum 1446. aſſumpti, *Chronicon*, & ad Eugenium Quartum *informatio*: & Baptiſtæ Mantuani anno 1448. ad muſarum Decus in Orbem nati, efficax contra ſui Ordinis detractores *Apologia*: & Thomæ Walden-

densis hæreticorum Mallei, in *Doctrinali Antiquitatum fidei Ecclesiæ Catholicæ liber tertius*: qui omnes non minus Ordini profuerunt, quam, & Ioannis de Vineta, qui claruit circa annum Domini 1360. de *Carmeli Ordine Liber*: & Petri Bruni anno 1493. Prioris Gandauensis *Tabulare*: & Ioannis de Malinis *historia* ante annum 1495. scripta: & Ioannis Palæonydori; qui anno 1456. die 8. Aprilis, Carmeli Regulam professus est, *Fasciculus Tripartitus*: & Arnoldi Bostij Flandri, qui anno 1499. decessit, *Speculum historiale*: & Siberti de Beke, anno 1320. scribentis super regulam Ordinis *Commentarium*; & Philippi Riboti Volumen, anno 1370. *de Institutione, & Peculiaribus gestis religiosorum Carmelitarum*, conscriptum. Quod si recentiores omnes, ac nostri sæculi Carmelitas referre vellem, qui ab aduersantibus Ordinem suum, efficacissimo scribendi genere tutati sunt, librorum mole obrueretur Lector. Ex quibus deducere quilibet potest, omni sæculo persuasum fuisse, non solum licere hoc defensionis genus; sed sæpè etiam necessarium esse, vt enim habetur in Decretalibus: *C. error D. 83. Veritas, cum minimè defensatur, opprimitur: & error cui non opponitur, approbatur*.

Agnouit hanc nostro in Ordine se, suaque tuendi necessitatem, prudentissimus vir Carolus de Noyelles, olim Societatis Iesu meritum Caput: cum enim

penes

penes eum primarij ex nostris de Papebrochiano in nostram religionem stylo expostularent, placide, ac amice respondit: obiectis omnino satisfaciendum, & calamo calamum opponendum; forsitans, & ipse cogitans, quod, vt inquit D. Augustinus de Agone Christi: *qui veritatem occultat, & qui promit mendacium, vterque reus est; ille, quia prodesse non vult; iste quia nocere desiderat.*

Agnouit etiam, non solum in nostro, sed & in quocunque Ordine necessitatem hanc Daniel Bartolus, e Societate Iesu celebris scriptor; qui propterea *lib.* 1. *pag.* 81. *Vitæ D. Ignatij ædita Romæ anno* 1650. sic loquitur: *E à dire il vero, quando per altro nol persuada l'amore della verità, ò il zelo della scambieuole vnione, non si permetterà mai saggiamente da vna Religione, che i capricci d'vn particolare, mettano hor in riuolta la pace, hor in pericolo la riputatione del publico, attaccando risse, e litigi, che sforzano taluolta i prouocati à risentirsi, & à difendere il loro con tali Apologie, che chi se gli attizzò contra, porta più danno dalla risposta, che non pensò trar vtile dalla disfida.*

Agnosceret ipsemet, approbaretque in nobis necessitatem hanc, si adhuc mortalem ageret vitam, Diuus Ignatius: qui cum suam doctrinam, suumque viuendi modum ab impugnantibus tueretur; fassus est (vt de illo refert Daniel Bartolus *lib.* 1. *numer.* 43.) à sola se necessitate compulsum, dicens: *Mà*

che

che per falsa si prenda la Dottrina, che predichiamo; per condanneuole, e vitiosa la forma del viuere, che professiamo, il soffrirlo tacendo, non era in nostra balìa; peroche ne l'vna, ne l'altra di queste cose è nostra; ma della Chiesa, e di Christo: An verò in eam, quam profitemur, viuendi formam, impegerit Papebrochius; An nostræ illuserit, quam prædicamus, doctrinæ; & nos opportuniori dicemus loco; & iam scripserunt ex nostris Maximilianus à S. Maria in *Harpocrate Carmelitano pag.* 13. Valentinus à S. Amando in *Harpocrate Iesuitico cap.* 3. *num.* 181. Franciscus Bonaspei *Part.* 2. *Armamentarij, num.* 378. Sebastianus à S. Paulo *De Origine, & Antiquitate Ordinis Carmelitani aduersus Papebrochium, Part.* 2. §. 14. *num.* 241. quorum duo primi formæ; reliqui Doctrinæ illatam iniuriam, acri, sed innocenti calamo, prosecuti sunt. & nos Igitur illa D. Ignatij verba repetere possumus: *Ma che per falsa si prenda la Dottrina, che predichiamo; per condanneuole, e vitiosa la forma del viuere, che professiamo, il soffrirlo tacendo non era in nostra balìa; però che ne l vna, ne l'altra di queste cose è nostra, mà della Chiesa, e di Christo.*

Hanc eandem necessitatem res ipsa clamat; neque enim, vt *Part.* 2. *Armamentarij, num.* 14. noster adnotauit Bonaspes, controuersia hæc, quam cum Papebrochio habemus: *Obolaris est, aut de vno dumtaxat parui ponderis puncto: sed grauissima, & de valdè*

de multis grauissimi momenti punctis: à quibus omnino pendet Ordinis nostri essentia, honos, & fama; nostrorumque erga suos Fundatores, & Ordinis Sanctos debitus cultus, & pietas: Patet enim ex Papebrochij, & Henschenij scriptis: *Quod Ordinem nostrum priuent suo patrono, & fundatore, suo vero titulo, sua legitima veste, suis Sanctis, sua antiquitate, sua Regulà, suis Indulgentijs, suis antiquis monumentis, suorum scriptorum fide, & auctoritate, vno verbo, honore, essentia, & fama.*

Quod si Societas, & merito quidem, pro vindicando sibi D. Xauerium, & suo Fundatori Exercitiorum Librum, tam ardenter se gessit, vt patet ex Daniele Bartolo in *Vita D. Ignatij, tum lib.* 1. *a num.* 20. *tum lib.* 2. *à num.* 16. quid faciendum nobis est; quibus non partem aliquam, sed totum eripere conatur Papebrochius? Qui idcircò in hanc D. Angeli Vitam toto inuehitur conatu, vt hoc nostro spoliati Achille (sic eam, falsissime licet, ipse appellat) omni ad resistendum destitueremur auxilio. Nec eum a tot censuris retinere potuit Daniel Bartolus *lib.* 1. *pag.* 78. de Exercitiorum libro scribens: *Dolgonsi à ragione molti, e grauissimi huomini d'esser stimati, ò menzognieri nel fingere, ò inaueduti nel credere, che tal'opera sia stato componimento di S. Ignatio*; cum & nos de Vita D. Angeli scribere possimus: *Dolgonsi à ragione molti, e grauissimi huomini d'esser stimati, ò menzognie-*

ri nel fingere, ò inaueduti nel credere, che tal' opera sia stato componimento del Beato Enoch. Longam igitur responsionem edidi; quam tamen extorsit in multis, non rei meritum, sed quorundam infirmitas; quibus nunquam satis, nisi minima quæque, & si spernenda magis, quam examinanda, refutentur.

Licet autem cum eo homine mihi res sit, qui Carmelitas omnes, etiam qui Vita Sanctissimè functi sunt, honoris gratia, bestiarum titulis non semel exornat, noctuas, & Vespertiliones vocat; Ignorantes, fabulatores, impostores, fabularum figulos, & Auitæ ambitiosos nobilitatis appellat: licet inquam eruditissimus, doctissimusque vir, & ipse similibus affectus iniurijs, Interroget?

Hor come si possono ritorcere graui maldicenze, senza graui risposte? questo è taglione troppo ragioneuole, sopra cui si libra tutta la giustitia commutatiua. Così commanda la legge naturale, perche ancor' à gli animali la natura diede armi per difendersi dagli vguali, & ingegno, per saperle adoperare. Così dispone la legge delle genti; perche la giustitia politica deue reprimere l' offese trà priuati; e quando questa non può: ciascuno può difendere se stesso. Così vuole la legge Diuina; perche à ciascuno commanda Iddio di ben custodire il lume della propria riputatione: gere curam de bono nomine: *e come può custodirlo, e difenderlo, chi dalle calunniose, e mordaci penne de' Vespertilioni lo lascia opprimere?*

Ne

Ne può suffragare agli oltraggiosi il diuieto della vendetta fatto dall'Euangelo agli oltraggiati. Perche primieramente altra cosa è la vendetta, & altra è la difesa. Quella riguarda vn' ingiuria fatta; questa vn' ingiuria, che attualmente si fà. Che se l'Euangelo commanda, che tu perdoni la vendetta, à chi ti cauò vn' occhio; non commanda perciò, che tu ti lasci cauar gli occhi, senza difenderti. Però che il male, che è fatto, non potendo non esser fatto, impedire non si può con la vendetta; mà quello, che attualmente si fà, ò si vuol fare, da colui, che è obligato, si dee impedire: e chi è più obligato di colui, che lo riceue?

Hor che sono le villanie, le calunnie, le ingiuriose falsità, le mordaci dettrationi diuulgate ne' Libri, e per le Stampe, se non Vespertilioni attualmente volanti contro la face: che hauendo per ali le pagine, tanto viuono, quanto volano; e tanto offendono, quanto viuono? e benche lo Scrittore sia morto; lo Scritto sempre viue sempre morde, sempre lacera.

Ben andarebbe la giustitia frà Christiani; se ogni Christiano potesse impunitamente inuolare la fama altrui con i libelli, e conseguentemente la vita altrui col ferro, e le fortune, con la rapina, che sono danni minori, qual scandalo sarebbe il Vangelo alle Sette pagane?

Se alcuno dunque è trafitto con libri, e penne, chi può vietarli di schermirsi con l'istesse armi? e qual dritto sarebbe lasciar l'armi à chi offende, e disarmare chi si difende? tanto più, che l'ingiurie dette da chi si difende, non

sono ingiurie; douendosi imputare al prouocante, secondo il commun detto: chi dice ciò, che vuole, ode ciò che non vuole. *Ancora i Sāti prouocati, per conseruare accesa la sua face, troppo necessaria à chi dee risplendere nella Chiesa di Dio, seguirono l'equità di questa ragion Commune.*

S. Girolamo, per altro solingo, e fuori del Mondo, prouocato con Intellettuali punture dalla penna d'vn nero Vespertilione, benche Monaco, e Sacerdote, chiamato Ruffino: non solo procurò di difendersi con sode ragioni nelle due Apologie: mà lo trafisse, con ingiuriose parole, chiamandolo frodolente, Asinio, Grugneo Porco, Aletto, Furia Infernale. Stile tenuto da più altri Santi suoi contemporali, e seguito dopoi fino à questo giorno da Religiosi, che hanno difeso dalle penne aculeate, con pene non ottuse, l'honore della Religione, & il proprio, de' quali si potria quì recare vn gran Catalogo.

Licèt, inquam, ab omni procul iniuriantis crimine, Papebrochiana in nos scripta duriori stylo reijcere potuissem: sic tamen calamum direxi, estuantique iræ imposui modum, vt omnium iniuriarum immemor, solà certem ratione, quam momentosam facit auctoritatum pondus.

Hinc colligere potes, quicunque hæc legis, me in scribendo, non de gloria consequenda, sed de veritate elucidanda sollicitum fuisse; vt enim inquit Maxentius Dialog. I. *solent iniuria illis præstare suffragium, quibus studium non est de veritate, sed de propria*

pria gloria. Præſtant autem ob vulgi naturam, quia vt habetur apud Nicephor. lib. 1. ſolent: *Vulgi aures inſectatione aliorum magis, quam collaudationes delectari, & iniurias, quam recte facta legi; quamuis illæ prolixa mendacia vendittent: hæc verò lux veritatis antecedat:* Magis autem delectantur, quia vt ſcribit Tacitus lib. 1. hiſt. num. 1. *obtrectatio, & liuor pronis auribus accipiuntur; quippe adulationi fœdum crimen ſeruitutis, malignitati falſa ſpeties libertatis ineſt.* Verum, vt loc. cit. Maxentius: *in his autem, qui tota intentione cupiunt de concepta veritate gaudere, locum hæc penitus non habent*.

Auctorum verba, eo, quo vel ſcripſerunt ipſi, vel eorum locuti ſunt Interpretes, adduxi plerũque, vt ſcires Lector me non alienis, ſed proprijs oculis legiſſe. Nec tamen nouus hic ſcribendi modus; nam illum ſecuti ſunt; & Petrus Paulus Boſca in *Micrologo de Serpente Æneo Ambroſianæ Baſilicæ Mediolan.* & Ioannes Caramuel in opere inſcripto: *Primus Calamus*: & Franciſcus Maria in *libro de Identitate Cathedræ S. Petri Romæ*, & Ioannes Petrus Puricellus *de Monumentis Baſilicæ Ambroſ.* & Carolus Cæſar Maluaſia *de Felſineis Marmoribus* agens; alijque plurimi, quos omnes hic referre, nimis longum eſſet.

Ne autem mihi quoque operis paruitatem, orationiſque ſtylum Papebrochius obijciat: huncque ſcribendi, ac decertandi laborem inſanienti auitę nobilita-

litatis, aut speratæ laudis adscribendū cupidini; breuiter, ac dilucide ab his omnibus me explicabo.

Et quidem, si de paruitate loquamur, optime in libro inscripto, *il Cromuele del Sig. Dott. Alfonso Paioli* ædito Bononiæ anno 1685. ad Lectorem inquit Auctor: *Introdotto poc' anni sono nell' Accademia de' belli spiriti di Parigi, vdij censurare vn Auttore con questi detti: Il Signor tale hà fatto vn gran libro, per diffalta di tempo, per farne vn picciolo: onde giusta il parere di quegl' Ingegni Eccellenti, ci vuol più tempo a comporre vn breue, mà limato discorso, che vna lunga, e negletta diceria.* Ipse quoque Papebrochius huius veritatis testis esse potest, qui tractatum de B. Alberto, diffuse quidem, sed adeò infeliciter scripsit, vt nec periodum primam, absque palmari errore de D. Alberti inter solos Carmelitas cultu, claudere potuerit: Vt enim *de Deo Socratis* inquit Apoleus: *nulla res potest esse eadem, festinata simul, & examinata; nec est quidquam omnium, quod habeat, & laudem diligentiæ suæ, & gratiam celeritatis.*

Verissime ille scripsit, *che i libri sono come l' anime, la grandezza delle quali non si misura dalle mole de corpi, mà dalla nobiltà de' spiriti.* Hinc apud Stephanum Menochium Iesuitam in Opere inscripto: *Le Stuore cent. 2. cap. 2.* refertur: *Che Ludouico il Moro Duca di Milano, gran Benefattore della Religione Domenicana, voleua, che i Padri delle Gratie di Milano fossero tutti di* gra-

graue, e bello aspetto; onde vedendo vn giorno Frà Tomaso de Vio (che fù poi Cardinale, e detto Caetano) che iui era Lettore, e parendo al Duca, che egli, come era in effetto, fosse piccolo assai della persona, e mal fatto, e di viso oscuro, e vile; riuolgendosi à' Frati addimandò, per qual causa tenessero quel Frate in Conuento; risposero tutti ad vna voce, ch' egli era vn huomo molto grande in dottrina, e scientia; & il maggiore, che hauessero in quel tempo nella Religione; della qual risposta com' era di douere, mostrò il Duca, di rimanersi contento, & appagato. Quod hominibus, hoc & libris: nec nisi ignauissimos, ac plane rudes inuenies, qui scriptionis qualitate minimè inspecta, tomorum grossitudine in admirationem rapiantur. De hoc igitur Opusculo, quod de suo Romulo Virgilius Maluetius ad Lectorem: *sono poche Carte, mà molte, se buone, &c.*

Quo autem ad stylum, scribit D. Augustinus de Doctrina Christiana lib. 4. cap. 11. quod: *bonorum ingeniorum insignis est Indoles in verbis verum amare, non verba, quid enim prodest clauis aurea, si aperire, quod volumus, non potest? aut quid obest lignea, si hoc potest? quando nihil quærimus, nisi patere, quod clausum est?* Augustino adde Posseuinum in Bibliotheca Selecta lib. 1. cap. 12. vbi de librorum censura agit, scribentem: *Augustinus rectè, qui eo magis dit solecismis, & barbarismis offendi homines, quo infirmiores sunt, & eo esse infirmiores, quo doctiores videri*

ve-

velint. Memento denique, quod *maxima pars generis humani indiscreto Iudicio ad reprehendendum prompta, & parata esse probatur; cum tamen non ita se velit ab alijs iudicari, quomodo vult alios iudicare*, vt inquit idem D. Augustinus *Serm. 202. de tempore*, & vide ne pars illa te quoque comprehendat; simulque inspice, quæ de stylo diximus dubio quarto circa Epistolam Dedicatoriam.

Ad illud de Auita nobilitate, noster respondebit Bonaspes in Carmeli Armamentarij. Part. 2. num. 13. *Si verò Henschenius, & Papebrochius sibi persuadeant; Quod Ordini nostro indebitam tueri velim antiquitatem, valde falluntur: quia imprimis solus me mouet timor Dei*, de quo Eccl. c. 3. qui timet Dominum honorat parentes. *Obseruantia in parentes, seu Eliam Ordinis Patriarcham, & alios eiusdem Sanctos, de qua noster S. Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Genesim:* Qui rectam viam sequi voluerint, mirum in modum proficient, si didicerint nullam rem eccellentiorem fore, quam pietatem filiorum, & obseruantiam in suos parentes: *& ipsa Diuina lex de qua ipse ibid.* quod autem parentes, res sanctissima inter omnes nationes habeatur, lex quoque Diuina planè docebit; quæ cum iussisset, Dominum ex tota anima, & ex toto corde oportere diligere, hoc etiam addidit: honora Patrem tuum, & Matrem tuam (*quæ mihi religio est*) vt bene sit tibi, sisque longeuus super terram Parentes enim Imaginem

nem

nem Dei quodammodo gerunt: *& cum solis veris honorentur titulis, horum nudam quero veritatem; quam solis argumentis negatiuis, aut mere coniecturalibus Nouitijs, ab Ordine nostro, eripi non posse contendo, & contendam, donec nostra soluerint argumenta positiua, & pro opposita parte veriora, ac solidiora produxerint fundamenta.* Cæterum scimus, fatemurque omnes cum nostro Philippo Riboto in Prologo ad libros de Gestibus Carmelitarum, quod scilicet Carmelitas: *ne iram Dei incurrant, oportet, non quidem gloriari, quia talem, ac tantum Prophetam meruerunt habere Auctorem, & Institutorem suæ Religionis: sed magis imitari vitam illius Prophetæ, & scrutari, ac intelligere dogmata eius, & Instituta Religionis prædictæ, illaque operibus adimplere.*

Ad illud autem de honoris, ac laudis spe, sufficiat, id quod scribit Thomas Morus, Angliæ suæ, magnum olim, & nunc etiam decus, dum in suo ad Vtopiam Proemio ita præfatur: *Tam varia sunt palata mortalium, tam morosa quorundam ingenia, tam ingrati animi, tam absurda iudicia, vt cum his haud paulo fælicius agi videatur, qui iucundi, atque hilares, genio indulgent suo, quam qui se macerant curis, vt edant aliquid, quod alijs aut fastidientibus, aut ingratis, vel vtilitati possit esse, vel voluptati. Plurimi litteras nesciunt, multi contemnunt. Barbarus, vt durum reijcit, quidquid non est plane barbarum. Scioli aspernantur, vt triuiale, quidquid obsoletis verbis non scatet. Quibusdam solum pla-*

cent vetera, plerisque tantum sua. Hic iam tetricus est, vt non admittat Iocos: hic tam insulsus, vt non ferat sales. Tam simi quidam sunt, vt nasum omnem, veluti aquam ab rabido morsus cane, reformident; adeò mobiles alij sunt, vt aliud sedentes probent, aliud stantes. Hi sedent in tabernis, & inter pocula de Scriptorum iudicant Ingenijs, magnaque cum auctoritate condemnant, vtcumque libitum est, suis quemque scriptis, veluti capillitio vellicantes; ipsi interim tuti, & quod dici solet ἔξω βελῶν. *quippe tam leues, & abrasi vndique, vt ne pilum quidem habeant boni viri, quo apprehendi possint, sunt prætereà quidam tam ingrati, vt cum impensè delectentur opere, nihilo tamen magis ament auctorem, non absimiles inhumanis hospitibus, qui cum oppiparo Conuiuio prolixè sunt excepti, saturi demum discedunt Domum, nullis habitis gratijs ei, à quo sunt inuitati, I nunc, & hominibus tam delicati palati, tam varij gustus, animi prætereà tam memoris, tuis impensis Epulum Instrue:* & deinde honorem, aut laudem spera.

Finiam denique mecum hunc ijsdem penitus verbis, quibus Diuus Maximus suum clausit prologum in quatuor de Charitate centurias dicens:

Τῷ δὲ μὴ ὠφελείας χάριν πνευματικῆς ἐντυγχάνοντι. ἢ τούτῳ τῷ πονήματι. ἢ ἐμῷ. ἄλλῳ οἵῳ δήποτε ἀλλὰ τὰς λέξεις θηρᾶν πρὸς τὸ. Κακίζειν τὸν συγγραψάμενον. ἵνα σεαυτὸν ἐκείνου σοφώτερον δῆθεν ὡς οἰησίας παραστήσῃ, οὐδὲν ὠφέλιμον οὐδαμόθεν οὐδέποτε ἀναφανήσεται.

DV-

DVBIORVM INDEX.

 21 An

42 De

64 An

Pri-

Primus numerus paginam, secundus lineam significat.

Errata.	Sic corrigenda.
13. 6. antecessarit	antecesserit
16. 8. āno Christi	āno Christi 1684.
18. 10. rationādum	ratiocinandum
31. 1. non quia	quia
41. 2. poiest	potest
43. 11. hac Nicetas	hæc Nicetas
46. 18. Episcopis	Episcopi
50. 20. propera	propterea
54. 1. commemo-rantem	commorantem
55. 1. poteso	potest
55. 18. gerere	genere
66. 21. aliquid	aliquod
70. 19. Iuectiuam	Inuectiuam
70. 24. preferret	referret
72. 9. Lantifundia	Latifundia
75. 11. namoni	nemini
75. 13. Giesuistis	Giesuitis
82. 11. omnes	omne
91. 18. Iuuentutum	Iouentutem
98. 9. Domum	Demum
99 30. tantum	tantam
100. 6. Ciuitates	Ciuitatis
100. 25. sapiente	sapienter
101. 3. Gratiano-politano	Gratianapolita-nus
119. 8. historice	historiæ
128. 7. appellans	appellens
131. 4. molesse	moleste
132. 17. expunita	expuncta
132. 16. Diuinis	in Diuinis
137. 5. exprimet	exprimit
137. 17. homin	hominum
139. 8. diuersi	diuersis
142. 10. inserbiebāt	inseruiebant
146. 26. perquire	perquirere
155. 11. Germania	Germani
162. 23. Lationorū	Latinorum.
163. 15 Congrega-tionis	Congregationi
165. 13. Ieiunij	Ieiuniis
167. 13. Ædem	eadem
175. 23. exeunto	exeunte
184. 26. verum	verorum

Errata	Sic corrigenda.
186. 25. quosnam	quosdam
193. 25. & omnia	omnia
202. 16. extat	extet
216. 16. solitos	solitas
227. 22. parui	pauci
227. 27. vbi	ibi
229. 9. Biblij	Biblijs
229. 33. Nel	Hel
230. 1. Nel	Hel
242. 26. loquit	loquitur
246. 27. Canutinam	Canusinam
248. 5. vltræ	vltræ
258. 27. vituperatione	vituperatioue
264. 15. eadens	cadens
268. 10. præteriem	præterirem
270. 12. cognoscebant	cognoscebat
272. 22. mirabile	miserabile
285. 9. Ad secunda	ad secundum
308. 32. minutissimam	munitissimam
308. 33. vbi	vti
309. 3. Angelo	Anglo
310. 14. Ægypeio	Ægyptio
310. 28. missuris	missuri
310. 31. Ismaelitarū	in Ismaelitarum
311. 26. Indigenas	in Indigenas
312. 1. positi	potiti
312. 23. hoc	hos
312. 32. omine	nomine
316. 4. liberet	qui liberet
317. 7. Nicers	Niers
320. 10. disent	dicens.
322. 21. susceptos	suspectos
325. 18. peterat	peteret
326. 19. seliberatū	deliberatum
327. 12. Hierosoly-mitanum	Hierosolymita-nus
327. 21. cret	cresceret
328. 2. interūptus	interemptus
328. 14. ex me	& me
328. 24 prestitutum	prestiturum
335 25. le Na-	le Naui
338. 10. captiuitatis	captiuatis
338. 18. letabant	latebant
339. 13. detuisset	detenuisset

Iauen-

	Errata	Sic corrigenda.
340. 32.	Ianuenſes	& Ianuenſes
346. 9.	emmendatis	ammandatis
347. 23.	indictionẽ	Indictionum
347. 24.	quinquilias	quiſquilias
349. 20.	Petrum	Patrem
350. 19.	ipſi quoque	ipſe quoque
350. 29.	Ignatium	Ignatij
352. 14.	inuideremus	incideremus.
353. 24.	his	in his
357. 16.	adiecuit	adiuuit
359. 5.	iniuſtis	inuſtis
359. 14.	Carmelita	Carmelitæ
361. 2.	inter hæ	inter hæc
362. 11.	non à	nonne
362. 14.	ignotus?	ignotus, quomodo potuit eſſe ignotus?
362. 17.	egeret	egerat
363. 2.	quidque	quidquid
366. 10.	Carmelitis	Carmelitas
366. 25.	exiguo	non exiguo
366. 31.	anni 1108.	anni 1118.
367. 13.	anno 1627.	anno non 1627.
369. 11.	quam ſit	quam ſint
371. 33.	Gallius	Gallicus
380. 28.	prima	primam
381. 3.	alij	alis
382. 25	comperime	comperi me
383. 15.	Canuſinaci	Canuſinati
385. 4.	Elmacinus	Elmacinum
385. 26.	Orchòz	Orchòt
386. 33.	antiquiſſimorum Ordini	Antiquiſſimo ordini quæ ſua
387. 6.	ea	ea cũ Papeprochio
392. 16.	vocatur	vocetur
393. 5.	typoſeta	Typoteta
395. 26.	Veriges	Veterem
397. 22.	Vrbs Metis	Vrbi Metis
398. 30.	loco, ſcilicet, &	loca, ſcilicet, vt
404. 13.	fol. 4401.	fol. 440.
409. 30.	inuolucra	inuolucra
410. 6.	ſuſceperam	ſuſceptam
413. 3.	admiratione fecit	admiratione digniſſima fecit

	Errata	Sic corrigenda.
415. 21.	non fuerit	fuerit
416. 14.	quæ ſine	qua ſine
417. 10.	ne facile	nec facile
418. 33.	Dedechinus	Dodechinus
419. 20.	vocans	vocant
420. 21.	canis tui	canis tuis
432. 26.	Epiſcopũ datur	Epiſcopum dati
433. 16.	Ortidium	Octiduum
437. 3.	cadentem	candentem
438. 1.	etiam bis	etiam hic
446. 4.	ſuum	tuum
446. 10.	mittamus	mittimus
446. 16.	diſponens	diſpones
450. 23.	Vaſiconenſis	Vaſionenſis
450. 25.	Regnum	Regum
452. 6.	S Silueſter	S. Sylueſtro
452. 25.	X ς I I I	X ç I I I
453. 13.	ſuperioris	ſuperiores
453. 29.	deſinant	deſignant
454. 6.	ordem	ordinem
454. 20.	conceſſit	conceſſis
455. 9.	de Leonis	dò Leonis
456. 16.	tertij familias	Tertij orbem
457. 5.	inuere	inurere
461. 9.	hoc omnes	hae omnes
464. 27.	in Regẽtis	in Regeſtis
468. 22.	exercenti,	exercent.
471. 3.	Dumæ	Dumque
471. 8.	teſtimonij	teſtimonijs
471. 18.	obtruſerit	obtulerit
471. 21.	effuſiens	effutiens
471. 32.	impugnant	impugnanti
472. 16.	audem	eadem
473. 2.	Regulari	Regulam
473. 17.	quarti	quarto
478. 20.	illo vſus	ille vſus
478. 26.	Stefano	S. Stefano
481. 27.	extant	extent
481. 30.	Ingenijs	Ingenij
483. 12.	Marmorea	Marmora
483. 27.	Illuſtriſſime	Illuſtriſſimõ
491. 8.	hos ſuo	hoc æuo
491. 17.	tueandam	tuendam.

VITA

VITA D. ANGELI MARTYRIS, ET CARMELITÆ

EPISTOLA DEDICATORIA THOMÆ BELLOROSII

Amplissimo in Christo Patri Nicolao Audetto, Sacræ Theologiæ Doctori, & Totius Sacratissimæ Religionis Carmelitanæ Primario Moderatori. Thomas Bellorosius Panormita Prothonotarius æternam in Christo Deo salutem dicit.



NEscio, qua Inscrutabili Summi Dei dispositione, Pater Amplissime, de Vita Sanctissimi Diui Angeli Martyris Carmelitæ incidit in manus meas libellus, vetustate miratu dignus; quem cum accuratè sæpè, ac sæpius perlegissem, nonnullis illum purgaui mendis. Fuit sanè Vita Beatissimi Martyris Latinis tradita litteris ab hinc annis trecentis, à veridico, & Beato Viro Enoch, Carmelitanæ Religionis professore, coetaneo, & comite Sanctissimi Angeli, tàm in Patria sua, quàm in Peregrinatione, & loco Martyrij. His igitur nimirum de causis, Indubitata, & Sole perspecto clarior adhibenda est fides simplici, & bonitate vitæ scriptori. Sed quia libellus ipse rerum admirabilium quadam farragine videtur oppletus; nè

lector confuso rerum gestarum cumulo, afficiatur tedio, perquirendo rem aliquam singularem, cognitione dignam, breues exculpsi ex eo Indices; & deindè totum opusculum in triginta digessi capita: (quod latuit postea in Arca mea triennio. Quandoquidem cupienti mihi deligere Principem quempiam, & istius sacerrimæ familiæ Carmelitanæ studiosissimum, in cuius nomine libellus prodiret in lucem, nunquam, nescio quo iudicio, visus est quispiam idoneus, qui cura, studio, labore, & omni alio fauore, & adiumento promulgari curaret in toto Christiano Orbe, sicut fuit scriptoris flagrantissimum desiderium, hanc vitam sanctam, & ipsum D. Angelum tandem decreto indelebili Summi Pastoris, sacrosantique Senatus Apostolici, in Catalogum Cælicolorum, Martyrum referri flagitaret, efficeretq; Nisique tuæ Amplitudini hæc anxifera cura, hoc studium ardentissimum, hic labor desudatus, hic Diuini amoris in ipsum gloriosum Martyrem diuinitus, & quidem meritò seruabatur; quoniam, & insperato, & hoc tempore, & in Diuina mente præuiso) aduenisti ad hanc Siculam Patriam, vbi conditum est beatum Corpus ipsius Diui Angeli Martyris, quotidiè miraculis refulgentis; qui ad hos Sicanos populos olim ex Hierosolymis fuit missus à Christo Deo; vt prænunciaret excidium; quod hac tempestate videtis ingruere Ceruici totius Christianæ Reipublicæ, & partim Italiæ à Turcarum debaccantiū Immanitate; & valdè timeo huic Trinacriæ, ad quam peculiariter Sanctus Martyr fuit legatus, cui proptérea inditum fuit nomen Angeli, priusquam nasceretur, à B. Virgine, quia futurum erat Dei nuntius, mirabiliumque rerum; ducturus quoque Vitam Angelicam.

Aduenisti, inquam, Pater Amplissime, tanquam nouum sydus ad reparationem pæne labentis Sanctorum morum Regulæ Carmelitanæ; & vtinam, acque vtinam cæteræ familiæ Religionis Christianæ excuterent contractam rubiginem

nem ex incuria maiorum, induerentque priſcum ſplendidæ puritatis indumentum, & non ſimulatæ ſanctitatis, vt auertatur æterni Patris indignatio contra hypocritas, iam manifeſtata nuperrimè in debellatione Regni Pannoniæ, quoniam ſicut Chriſtus D. Angelo reſerauit, ſex, & trecentis hinc prætergreſſis annis, vt prædicaret quòt Regna, quòt Prouinciæ Chriſtianorum in Aſia, in Africaque ab Agarenis, & Iſmaelitis, & etiam in Europa Turcarum Imperio, vi armorum occupandæ forent, vſque ad Regnum Hungariæ, id, quod iam euenit, proh dolor: proximis Kalendis Septembris; vt Pannoniæ Rege interfecto, (quem quandoque: dum eſſet infantulus, in vlnis meis tenui) eiuſque validiſſimo exercitu penitus deleto, Regnum ipſum, quod olim Archi-Regnum dicebatur exciderit in manus cruentas ſæuiſſimi hoſtis. Mouitque idem Chriſtus Deus noſter, vt prænuntiaret, quales ſubſequentur poſtea calamitates, & cruentiſſima bella aduerſus Italiam, vexaturaque fere omnes Chriſtianos, & inter reliqua mala, quæ præceſſura eſſent, præfatorum temporum turbines, inquit, quod tunc ventura ſunt hæc flagella; cum multæ forent Religionum familiæ, vitijs magnis ſcatentes, & præſertim hypocriſi, qua decipient Chriſtianum populum. Indicans hypocritarum dolis, & ficto animo mirificè offendi Diuinam Maieſtatem, cuius offenſionis cauſa tota Chriſtiana res laceranda foret; & niſi eatur in Criminum penitentiam à populo Chriſtiano deplorenturque tàm propria; quàm aliena peccata ab ipſis Religionum familijs, vereor, & pluſquam vereor, nè propè diem efficiatur, quod à Chriſto reuelatum eſt tanto Martyri, & conſcriptum in cap. xiv. huius parui voluminis de Turcali Victoria contra Italiam. Et væ, væ tibi Reginæ Orbis, quæ caput es Chriſtianæ fidei; quandoquidem non poſſunt membra tua diſcerpi, abſque incomparabili capitis dolore! En, age, rumpe moras Pater Ampliſſime, &

da operam, vt citò, & in proximo tempore Quadragesimi Ieiunij, hic libellus volitet per Orbem, & signanter totam perlustret Italiam, moreque declamantis Ionæ Prophetæ, tàm per te, quàm per Concionatores Idoneos, fungaris offitio, quod tuæ Paternitati, vt mihi persuadeo, cœlitus reseruatum esse non dubito, tibi in quam, in præsens hoc onus à Deo iniunctum est, reformandi Religiosam Vitam Carmelitanæ familiæ, & in hoc Regno Sicano, vbi summa vsus, & cura, & singulari prudentia in expurgandis Domibus sacris, omni sorde, & abusu: Inter quas illud Cenobium Drepanitanum, miraculis assiduis Virginis Gloriosæ cuncto Orbi famigeratum, & Diui Alberti, dum vixit, peculiare Domicilium, reuocatum est ad pristinum honestissimè splendorem, tuo paterno affectu, & auctoritate, iuxta Diuinam dispositionem, quæ adhuc imminente ruina, & in articulo ferendæ sententię, misit Amplissimam Paternitatem tuam ad has Siculas oras, veluti alterum Angelum, ad ingerendum mentibus hominum ea, quæ prænunciata sunt à Diuo Angelo, ab hinc annis, vt dixi, plusquam trecentis; & non sine inscrutabili mysterio aduenisti, Pater in Christo, in habitu D. Angeli, & Religionis Immaculatæ Virginis Matris Dei, quæ Mundi est Aduocata indefessa, & assiduè, vt verè confidimus, prouoluta pro nostris delictis ad pedes Diuinæ Trinitatis, profusis lachrymis; orat, & rogat inducias, vt interea Christianus Populus, scelerum sopore sepultus, euigelet, & resurgat.

Nec miretur tua Amplitudo, si tibi videor, intimo quodam premi dolore, ob debellatum Regnum Pannoniæ, à Turcis, vel ob Cladem illam miserabilem illius gentis belligeræ, centum quinquaginta sex millium pugnatorum; quoniam in illo Regno quinquennio gessi vices Amplissimi Patris quondam Cardinalis Aegyni in Gubernatione Episcopatus Vesprimensis, & duorum Cęnobiorium insignium, Pechiuacadionensis, & Sassardiensis, nouique in ea Patria fuisse

ſe propugnaculum,& antemurale Chriſtianæ rei; quibus perfractis facilis patet ſæuiſſimis hoſtibus aditus ad Italiam; Præterea reuelatio Christi ad D. Angelum tenere debet omnes Chriſtianos anxios, & ſollicitos; quoniam perpauca reſtant, vt adimpleantur, ſed horribilia impendent. Et ſi dé Chriſtiano quodam Rege, Chriſtianæ rei penè ruentis reſtauratore ſpes tandem promittitur, calcandi communes hoſtes, reuendicandique Imperium Chriſtiano Orbi, parum profectò nos pauefactos, & excuſſos hec expectatio ſolari poteſt; ſero enim Rex ille, & ad nutum Dei mouebit lacertos, & fortè, quando, quod abſit, conſummata erit Diuina vltio. Et verum: quia Diuina Maieſtas ſuapte nutu, non delectatur vindicta, ſed potius clementiâ. Non eſt nobis hæſitandum, quin ipſe clementiſſimus Pater æternus cupiat emendationem populi ſui, notamque fieri mortalibus iram ſuam, quæ placari noſtrâ pœnitentia facilè poteſt. Ideòque rogo, & obſecro per viſcera Diuinæ miſericordiæ tuam magnam in Chriſtianum populum Charitatem, vt tanti meriti Amplitudinem viriliter amplectaris, quàm nullo modo tibi defuturam ſpero. Nè igitur quæro differas, quod exequi ex Diuina diſpoſitione commiſſum eſſe non dubito; ſed reiecta omni mora, inuigiles, vt hoc Diuinum opuſculum, refertum ſtupendis miraculis, ſanctiſque exemplis, cæleſtibus arcanis, atque Diuinis monitis, à me tibi virò Ampliſſimo dicatum, ad laudem, & gloriam Dei omnipotentis, eiuſque Sponſæ Immaculatæ Mariæ Virginis, ad honorem D. Angeli Martyris, & totius familiæ Carmelitanæ, in tuo celeberrimo nomine, vbique cunctis populis innoteſcat. Vale decus Moderatorum Sacratiſſimæ Religionis B. V. Mariæ Matris Dei Montis Carmeli.

Cir-

Circa Epistolam Dedicatoriam.

DVB. I.

Cur Epistola Dedicatoria Bellorosij, in Carmelitano Speculo non habeatur integra?

NOster Daniel à Virgine Maria, vir pietate, ac doctrina conspicuus, in quarta Speculi Carmelitani parte, anno 1680. Antuerpiæ edita, num. 1244. Dedicatoriam Bellorosij Epistolam, refert, cum vno plurium linearum hiatu, toto nimirum deficiente loco inter has ( ) lineas incluso. Dubitanti verò, cur verba illa in Antuerpiensi nouissima editione omissa fuerint, Daniel Papebrochius in *protestatione praeuia ad Vitam S. Angeli*, sic occurrit.

Hanc Vitam prælaudatus R. P. Daniel à Virgine Maria totam inseruit parti quartæ Speculi sui ad diem 5 May, non ex impresso Panormitano immediatè, sed ex fide transumpti M. S. anno 1647. Romæ missi à R. P. Baptista de Lezzana. At de fide transcribentium non ausus dubitare, haud credidit operæ pretium esse explorare ipsam facta collatione cum Originali... hoc posito, nemo poterit nobis vitio vertere, quod ipsum Originale habentes.. ad illud conferamus Antuerpiensem nouissimam editionem; quando Pater Daniel id facere pretermisit; ex eaque tùm alia suppleamus, & corrigamus; tùm insignem vnum plurium linearum in Dedicatoria Epistola hiatum, non casu, sed studio (quòd indicant puncta notata...) factum ad dissimulandum, quod S. Angelus, quando Epistola scribebatur, nec dum erat à Sede Apostolica Canonizatus, prout nimis expressè ibidem dicebatur.

Hæc Papebrochius; cuius errores, cum in Carmelitarum dedecus resultent, nemo nobis vitio vertere poterit, si eos Lectori denudabimus, & primo verba illa; *ex eaque tùm alia*

sup-

suppleamus, & corrigamus; manifestam continent falsitatem; si quidem hec tantum duo Verba, (QVINTO MAII) non ad supplendum, aut corrigendum, sed ad deprauandum textum à nostro Daniele antea correctum, vt in sequenti videbimus dubio, malè Papebrochius addidit. Rursus verba illa (*quando Pater Daniel id facere pretermisit*: manifestam continent falsitatem, siquidem noster Daniel iam antea alio in opere, vt infra dicemus, Bellorosij Epistolam sine vllo ediderat hiatu. Verba autem illa: *factum est ad dissimulandum, quòd Sanctus Angelus, quando Epistola scribebatur, nec dum erat à Sede Apostolica Canonizatus, prout nimis ibi expressè dicebatur*; non solum manifestam continent falsitatem; sed & apertam Calumniam in Romanos transcriptores; quasi voluerint à fideli populo aliquid de Angeli Sanctitate credi, quòd minimè verum esset.

Ceterum Ordinis Annales de Angeli Sanctitate quid Carmelitæ sentiant, quiduè sentiri velint, omnibus loquuntur; Cum Ioannes de Lezzana in suis annalibus ad annum 1459. num. 5. clarè scribat, quod Pius Secundus circa annum 1459. sollicitatore Reuerendissimo Patre Sorethio, concessit, vt de S. Angelo Martyre in Ordine Offitium fieret; & ad annum 1220. num. 21. dicat: *cum autem Solemnem S. Angeli Canonizationem ab Ecclesia Ordo desideraret, in Capitulo Generali Brizziensi anno* 1478. *cautum est, quod quilibet Prouincialis, dum ad propria redierit, procuret Summa cum diligentia à Regibus, & Principibus pro Canonizatione S. Angeli, & S. Andreæ*, & num. 20. diffusè probet Sancti cultum, non solùm D. Angelo deberi: sed & antiquitus attributum à perpetua fidelis populi Veneratione, & à constanti traditione Scriptorum, quæ ipsum pro Sancto veneratur.

Non solum autem nulla fuit Lezzanæ dissimulandi causa, sed neque dissimulatio vlla, nec vllus à transcribentibus relictus hiatus, nam anno 1647. Lezzana, vt in Commentario

rio ad Vitam S. Angeli præuio testatur Daniel noster, transmisit in Belgium S. Angeli Vitam, cum litteris huius tenoris. *R. P. Danieli à Virgine Maria, Sacræ Theologiæ Lectori Ordinis Carmelitarum. Transmitto ad Vestram R. Paternitatem Vitam nostri S. Angeli, transcriptam ex ea, quæ apud me extat, impressa Panormi, & dicata Generali Nicolao Audeth: ad cuius normam aliæ vitæ eiusdem Sancti corrigi, & emendari debent; sunt enim in multis vitiatæ, vt patet in ea, quàm habet Benedictus Gononus in vitis Patrum Occidentalium.. Romæ 10. Augusti* 1647. Prælaudatus autem Pater Daniel Vitam sibi transmissam, præuio Commentario, & notationibus illustratam, vnoque separatim comprehensam volumine, anno 1665. Bruxellæ typis Ioannis Momarti edidit, illique Dedicatoriam Bellorosij Epistolam integram, & talem penitus, qualem supra retulimus præfixit; Ex his habes, quod & Lezzanæ, & transcribentibus fides incorrupta fuit; nec ab illis vllus in Epistola relictus hiatus ad dissimulandum quod Sanctus Angelus, quando Epistola scribebatur, necdum erat à Sede Apostolica Canonizatus.

At inquies, cur Daniel à Virgine Maria in nouissima Speculi editione eandem Epistolam non retulit integram? Rationem habes in Præfatione ad 2. Speculi partem, num 548. vbi ad expensas vitandas, & fastidium Lectoribus tollendum censet Auctor ea posse prætermitti, quæ eadem, eodem ferè tenore verborum, vel iamdicta, vel postea dicenda sunt. Hinc huiusmodi hiatus in toto Speculo frequentissimi, vt quisque legendo perspicere potest. Cum igitur, quod in Dedicatoria Epistola omissum est, totum contineatur in alia Bellorosij Epistola ad Calcem Vitæ posita, & in quarta parte Speculi, num. 1324. relata, ideò mirum non est, quod hiatus ille non casu, sed studio factus sit.

Sed de hoc eodem hiatu iterum Papebrochium audiamus, qui in annotatis ad eandẽ Epistolam sic habet littera C. *totus*

hic

hic locus inclusus ( ) deest editionibus Belgicis, à Romano transcriptore prætermissis. Sic tamen, vt quod hic omissum est, relictum sit in epilogari Bellorosÿ Epistola, atque ità non omninò mala fide actum videatur fuisse Romæ; sed quasi ex aliqua discretione hic dissimulatum, quod ad finem positum, minus natum erat animaduerti ab omnibus.

Sed falsum est, vt vidimus supra, quod locus ille à Romano transcriptore fuerit prætermissus, iterum falsum est, quod locus ille desit editionibus Belgicis, nam editio Bruxellensis est editio Belgica; cui tamen non deest locus ille. Ex quibus omnibus qualiter Papebrochius circa res nostras sit affectus, paucis colligere valemus.

Et primo quidem in illo, nostris de rebus apparet notitia satis diminuta; cum enim à Daniele nostro Vitæ S. Angeli duplex facta fuerit editio, vna Bruxellæ anno 1665. altera Antuerpiæ anno 1680. primam vidit nunquam; & si de Carmelitis conqueratur, quod nolint audire certiora docentem. Secundo apparet inaduertentia Summa, ac Oscitantia minimè ferenda; cũ enim in Speculo Carmelitano passim habeantur huiusmodi hiatus, & quidem adductam ob causam; si attentione aliqua, & non raptim, ac oscitanter legisset, in errorem lapsus non fuisset. Tertiò apparet damnanda suppositio; supponit enim se omnes Belgicas de Vita S. Angeli editiones vidisse; nec alias esse, nisi quas ipse vidit; error illi frequens. Hinc passim ipsum apud inuenies: *nullus historicus dixit hoc, scripsit hoc*. Ac si ille historicos omnes vidisset, legisset, cribrasset, & Intellexisset. Quartò apparet sensuum coutrarietas; cum enim in protestatione præuia dixisset absolutè: hiatum illum factum fuisse ad dissimulandum, quod Sanctus Angelus ab Apostolica Sede nondum erat Canonizatus, quando Epistola illa scribebatur. In *annotatis* postea ad eandem Epistolam *litt. C.* inquit, *quod non omnino mala fide videtur relictus hiatus ille, quandoquidem, quod ibi*

deest, continetur in Epistola epilogari. Quintò apparet animi nostrum in Ordinem non adeo beneuoli manifestum inditium; quis enim, nisi vir in Carmelitas non admodum inclinatus hæc duo tanquam vera scripsisset, cum tamen vera non sint? primum, *quod hiatus ille relictus esset ad dissimulandum, quod Sanctus Angelus nondum erat ab Apostolica Sede Canonizatus, quando Epistola scribebatur.* Secundum, *quod hiatus ille factus fuerit in Epistola Dedicatoria, non autem in Epilogaris; quia quod est ad finem positum, minus natum est animaduerti ab omnibus?* cum tamen huius rei causa fuerit, quia Epilogaris Epistola in Speculo relata, paucis complectitur idem, quod pluribus verbis dedicatoria exprimebat. Sexto apparet quedam Calami præcipitantia in affirmando, quæ minimè nouit, etiam si affirmatio in alienæ famæ præiudicium cedat. Cum enim hiatus ille à Romanis Transcriptoribus nequaquam factus fuerit, consequenter scire non potuit Papebrochius, *quod à Romanis transcriptoribus hiatus ille factus fuerit in dedicatoria Epistola ad dissimulandum, quod quando illa scribebatur, Sanctus Angelus nondum erat ab Apostolica Sede Canonizatus*; & quod *non factus fuerit in Epistola epilogari, quia quod est ad finem positum, minus natum est animaduerti ab omnibus*; & tamen vtrumque tam facilè affirmat, ratione nulla, Auctoritate nulla suffultus: hæc semel innuisse sufficiat.

Interim aduertendum, quod Ioannes Baptista Ricciolus Iesuita *tom. 3. Chronologiæ Reformatæ, Part. 3. Catalog. 7.* ita scribit: *S. Angelus Carmelita, & Martyr ab Honorio III inter Sanctos relatus*; in quo conuenit cum nostro Antonio Philippino, in Vita S. Angeli scribente; quod Iussu Pontificis peracta fuit Synodus de S. Angelo inter Diuos relato.

DVB.

DVB. II.

An Noster Daniel à Virgine Maria Vita S. Angeli textum, cum Historicæ Veritatis præiudicio mutilauerit.

AFfirmat Papebrochius, & in Patriarcharum Hierosolymitanorum Chronologica historia num. 29. nostrum suggilat Danielem, quod mutilauerit, qua displicere poterant, textus in Vita S. Angeli, & in Viridario Grossi. Verum, cum Vita D. Angeli triginta constet capitibus, proferat, si potest, vnum, cum historicæ veritatis præiuditio mutilatum. Profero, inquit, caput. 25. Illius enim capitis Originarius textus sic habet. *Verum Angelus Christi præcepto intentus, spiritu ardentissimo quotidianæ prædicationi incumbebat, donec tandem, eo prædicante, mulier nomine Margareta, cum tribus filijs, quos ex fratre Belingario carnaliter cognito, conceperat, pænitentia adducta, die* QVINTO MAII*, quo maior Litania est, coram toto populo, flens amarè, & magno cordis dolore incensa, in medium processit, &c.* Ab hoc originario textu Pater Daniel à Virgine Maria expunxit illa duo verba QVINTO MAII; atque adeò sine illis in Carmelitano Speculo legitur relatus textus. Verùm cum similes expunctiones passim in Papebrochij libris legantur, nescio, quo spiritu ductus hanc vnam obijcere voluerit.

In Sanctorum igitur *Actis ad diem* 23. *Aprilis*, *parte quarta Vitæ B. Ægidij* sic habetur *Mulier quædam ... fuit infirma, & dum semel mense* IVNII *... ita infirmam eam contingerat lectum intrare, commendauit se .. Beato .. Ægidio .. & cum nocte illa dormiret in lecto adfuit ei S. Pater .. & die facto, post festum Natiuitatis Ioannis Baptistæ, venit ad Pilum, &c.* Papebrochius in Annotatis ad cap. illud, litt. K. sic ait: *Egraphum nostrum habet*: MARTII *euidenti mendo: proximum erat, vt pro* MARTII, *legeretur*, MAII, *sed Na-*

tiuitas Ioannis Baptistæ mox indicata exigit Iunium, cuius 24. die illa colitur. Agnouit ergo Mendum Papeprochius, & vocat euidens, atque adeo cuique legenti notum; quia Natiuitas Ioannis Baptistæ, non colitur mense MARTII, sed mense IVNII, ac propterea ly MARTII expunctum fuit. Ita pariter agnouit noster Daniel mendum, quia Litania Maior non occurrit die QVINTO MAII; sed die 25. Aprilis, ideo expunxit QVINTO MAII.

Rursus in Actis Sanctorum *tom. 3. Aprilis ad diem 3. in Commentario prauio ad Vitam de B Hildegarde Regina conscriptam.* § *2. num. 11.* allegatur Chronicon editum à Pitheo, vbi sic legitur. *DCCLXX. Bertham Reginam filiam Desiderij Regis Longobardorum Carolomanno filio suo sociandam de Italia adduxit.* Ait Papebrochius hic, vide perturbatam sintaxim verborum, & eam corrige sic: *Berta Regina filiam Desiderij Regis Longobardorum Carolo filio suo coniugio Sociandam de Italia adduxit.* Quærenti cur pro: *Carolomanno*: ex puncto substituat: *Carolo*, sic occurrit: *Vitiosè ... pro Carolo, scriptum esse Carolomanno, apparet ex verbis sequentibus.* Carolomannus Rex decessit 11. nonas Decembris. Vxor eius, & filij in Italiam pergunt: *ecce iam Vxorem, & filios habebat: ad illum igitur tunc non adducebat nouam Vxorem Bertam, sed ad Carolum.*

Paritèr, & noster Enoch cap. 26. inquit *nocte itaque sequenti* (scilicet ad diem Concionis cap. 25. prænarratæ) *Angelo Ioannes Baptista apparuit: quem Domini Iesu verbis hortatus dixit: accingere igitur, sancto operi, vt die quinta Maij, sanguinem tuum pro veritate effundas .. mane verò primo ... vocat Angelus fratrem Iosephum, fratrem Petrum, & me Enoch, quibus Sancti Ioannis Baptistæ Visionem recitat, & quinta die Maij se amore Christi peremptum iri affirmat*, & cap. 27. inquit. *Adueniente verò quinta die Maij Angelus lethalibus affectus vulneribus*; & cap. 29. *obijt die quinta Maij.*

Cum

Cum igitur Enoch toties diem quintam Maij assignet morti S. Angeli, quis sano Intellectu sibi suadere poterit, quod illam eandem diem quintam Maij assignare voluerit Concioni, in qua Malgareta publice peccatum suum fassa est? Cum dies ille Conuersionis Malgaretæ, ipso Autore *cap.* 26. 27. 29. teste, antecessarit diem quintam Maij, & Martyris necem? Ipse igitur Contextus ostendit clarissimè verba illa QVINTO MAII, ab Auctoris mente aliena, atque adeò expungenda. Noster ergo Daniel verba illa, QVINTO MAII, expungendo, textum non mutilauit in historicæ veritatis præiudicium; sed superflua, & ab Auctoris mente aliena, ipsius textus serie compulsus, prudentissimè, non fraudolenter resecauit.

At, inquit Papebrochius, fidelitas exigebat, vt huius expunctionis vestigium relinqueret; hoc est, eam indicaret lectori; sed quilibet videt, non indè sequi, quod in historicæ veritatis præiuditium, mutilauerit textum historiæ. Deindè nonnè, & Papebrochius ipse multa expungit, quorum tamen nullum relinquit vestigium? en quid scribat ad diem 24 Aprilis in Vita S. Wilfredi Episcopi Eborracensis: etenim in annotatis ad cap. 5. litt. H. sic habet: *aliaque patentioris mendositatis, sed minoris momenti nonnulla correximus, nec tamen singula suis locis notauimus, notabimusque*, & ad diem 22. Aprilis, nonnè docet, non semper vtile esse adnotare omnia? nam in Annotatis cap. 2. Actorum D. Francisci Fabrianensis, litt. C. inquit: *huiusmodi scripturas ante singula miracula præposuisse videtur Auctor; quas inutilè duxit P. Grinus scropulosè describere omnes, & hoc absque detrimento factum esse docebunt sequentia.* Similiter tom. 1. Aprilis de S. Vincentio agens in præuio Comment. §. 2. num. 9. cum statuisset Sanctum anno 1419. e viuis ereptū, addit: *in Compendio Vitæ ante eius sermones editio, traditur obijsse anno* 1433. *sed similia errata non merentur notari*, & in Annotatis ad

Epi-

Epistolam Dedicatoriam Bellorosij, litt. F. sic habet: *& alia duæ voces hic omissa, supplentur ex Prototypo, & alia quadam emendantur, quæ nihil attinet notare singula*. Respondemus igitur, & nos, quod Noster Daniel errorem illum. QVINTO MAII, non adnotauit, *quia similia errata non merentur notari*.

Sed vt discat Papebrochius in aliarum Religionum Scriptoribus infestandis calamum continere, addere libet, quod Virgilius Cepari Iesuita Collegij Florentini Rector lib. 3. cap. 6. Vitæ Beati Francisci Borgiæ anno 1599. Inseruit Cōpendium Vitæ Beati Stanislai Kostka. In Compendio illo quædam reperiuntur, quæ memorat, & tanquam fabulosa reicit pag. 144. Franciscus Sacchini Iesuita in eiusdem Stanislai Vita Romæ die 10. Iunij, anni 1612. approbata. *Inquit enim. A pena si era coricato, che venne la Febre, quasi per farli in qualche modo sentire le fiamme del suo Santissimo Protettore. Ne molto da poi visitandolo in Compagnia d' Alcuni altri Claudio Aquauiua (da cui ciò habbiamo più volte vdito) nato raggiomento, come si costuma, della leggierezza del male, disse Stanislao, ch' egli per mezzo del suo Auuocato S. Lorenzo, haueua dimandato gratia alla Madonna santissima, che si degnasse chiamarlo a se, per il giorno della gloriosa Ascensione sua; e che per tanto egli speraua d' ottenere la gratia. Questo solo costa, che Stanislao dicesse in simil proposito. Però nel Compendio della sua vita, che fù inserito nella Vita del Padre Francesco Borgia, trasportata in Italiano, e stampata in Fiorenza, si racconta il caso, come se hauesse detto di voler scriuere vna lettera per mezzo di S. Lorenzo alla Madonna. Il che se bene non differisce in sostanza da quello, che noi habbiamo quì riferito, e forse alcuno de' circonstanti, sopra il detto di Stanislao formò il concetto della lettera, tuttauia ci è paruto di significarlo; perche come di se dice S. Girolamo nella Vita di S. Paula, scriuiamo historia, non panegirico*. Hæc ille. Cœterum in

Vita

Vita Beati Borgiæ edita Romæ anno 1616. nihil apparet de Epistola illa; sic enim habetur. *Con questi virtuosi esserciti, per gli quali da tutti era tenuto per Santo, giunse il B. Stanislao presso al fine di sua Vita; e nella Vigilia di S. Lorenzo (che in quel mese secondo l'usanza della Compagnia gli era toccato per particolar Padrone) fece vna disciplina, e con la memoria del Martirio di questo Santo, sentì accender in se vn desiderio di consummarsi in fiamme d'Amor di Dio, e per mezzo di detto Martire haueua dimandato gratia alla Madonna (di cui si auuicinaua la Festa dell'Ascensione) acciò per quel dì lo raccogliesse à se.* En in posteriori huius Compendij editione textum mutatum, nullo talis mutationis relicto vestigio. Quid ad hæc Papebrochius? num suum Virgilium impostorem, deceptorem, fabulatorem vocabit? an ei, qui posteriorem illius Compendij editionem curauit, infidelitatem objiciet? ipse viderit.

DVB. III.

An Ioannis Grossi Viridarium à Daniele Nostro fuerit Corruptum, & Adulteratum.

Affirmat Papebrochius in historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum, num. 91. vt ex vnius Opusculi probata corruptione, inferat cœtera omnia Opuscula ad Carmelitanam historiam pertinentia esse corrupta, & adulterata, ac proindè nullius fidei. Eius non referam verba, sed ex eius verbis perstrictas efformabo rationes.

Probat ergo primò; nam noster Daniel secutus est omnino editionem Venetam, sed hec est infidelis, ergo & Danielis editio. Resp. nego mai nam in Speculo tom. 1. num. 550. sic inquit: *hæc autem damus ex M.S. exemplaribus Metchiniensi*

niensi (exarato anno Christi per Ioannem Oudevvater, alias Paleonydorum) & Bruxellensi, in Vetusto Codice Manuscripto inter se, & cum Veneto Impresso Collatis. Sed & Papebrochius ipse, sibi, vti solet, contrarius, num. 204. inquit *In quo vtrum secutus ille sit editionem Venetam anni* 1507. *nescio, quia hac ad manum non est.* Ità sui oblitus, fatetur se nescire, quod superius sine vllo prorsus scrupulo affirmauit.

Probat secundò, quia noster Daniel non edidit verum originale, ergo eius editio est infidelis. probat antecedens, quia verum Originale est M. S. Francofurtense; sed hoc non fuit editum, ergo &c Respond. distinguo maiorem. est verum Originale absolutè, ita quod aliud originale non detur Auctius, & correctius ab Auctore conscriptum, nego; est aliquod Originale ante alia Originalia conscriptum, ad quod consecutum est aliud auctius, & correctius conscriptum, conc. maiorem, & nego consequentiam.

Sciendum Igitur, quod noster Daniel in Speculo, tom. 1. num. 550. sic habet. *Quantum ad Viridarium hoc, vetusta exemplaria, qua passim hinc, inde extant M. S. & Venetum typis anno* 1507. *in Speculo Ordinis editum, inter se non conueniunt. Manuscripta continent plura, quam Impressum, prasertim quoad Sanctos; vndè apparet, quod breuiùs ab eo fuerit editū, & deindè auctius, & correctius: hac autem damus ex M. S. exemplaribus, mechliniensi, & Bruxellensi, inter se, & cum Veneto collatis*, & num. 619. inquit: *supra in Pranotatione indicauimus, quod exemplaria omnia huius Opusculi non conueniunt, quadam enim ab ipso Auctore primum conscripta minus; alia postea per ipsum locupletata, plus continent.*

Ex quibus patet, quod vel noster Daniel non vidit Originale Francofortense; nam de illo nullam facit expressam mentionem; vel illud reiecit inter exemplaria ab Auctore primum conscripta, & ideò minus Aucta, & minus correcta. Hoc certum est, quod illo Originali non est vsus, cum

expreſsè dicat: *hec autem damus ex M. S. Mechlienſi, & Bruxellenſi, cum Veneto Impreſſo collatis*.

Probat. tertiò, quia noſter Daniel non notauit ea, quibus M. S. inter ſe vel ab edito diſcrepant. Reſp. ſi loquamur de M. S. quibus non eſt vſus, conc. neque id mirum: ſic namque Papebrochius ipſe tom. 2. Martij, in Præfatione ad Martyrologia, de quodam Martyrologij Bedæ M. S. exemplari, num. 12. inquit. *In hoc tamen etiam Bedam agnouimus, ſed elogijs ſæpè contractioribus; quare nec vtendum illo putauimus in recenſendo Beda; nec additiones illius, vel ſupplementa ad Bedam referenda hoc loco*; ſi loquamur de M. S. quibus vſus eſt, nego, vt patet tom. 1. Speculi Carmelitani num. 550. 559. 582. 618. 619.

Probat. 4. quia noſter Daniel de Ioanne Hieroſolymitano tria omiſit: Quæ in Veneta habentur editione. Primum eſt, quod Ioannes ab Hadriano Primo ad Hieroſolymitanum Patriarcatum fuerit aſſumptus. Secundum eſt, quod eius Corpus, vbi requieſcit, multis clareſcat miraculis. Tertium eſt quod: *nullam eis*: ſcilicet Fratribus Carmelitis *dedit maiorem*, ſcilicet regulam Regula Baſilij.

Reſp. primò ex his patere, quod noſter Daniel non eſt ſecutus Venetam editionem. Reſp. ſecundò, quod Vſuardus in Prologo ad Martyrologium, vt Papebrochius ipſe tom. 2. Martij, in Præfatione ad Martyrologia animaduertit, ſcribit ſe volentem: *Sacras atque anniuerſariè recolendas Sanctorum Feſtiuitates ex quibuſdam Patrum Martyrologijs in quandam recolligere vnitatem*, & ſuccintam Hieronymi breuitatem, atque hiulcam Bedæ defetuoſitatem declinare *cenſuiſſe ſibi ſequenda eſſe Flori memorabilis viri latiora in hoc ipſo negotio veſtigia; præſertim in ſecundo libro; ibi enim multa, quæ in priore omiſerat, & correxit, & addidit*. Tamen nec Vſuardus ipſe, nec alij, qui Flori laboribus ſua confecerunt Martyrologia ad vſum Eccleſiæ S. Mariæ Atrebatenſi, &

& Monasteriorum S. Martini Tornacensis, & S. Lamberti Lætiensis, quid Flori primis, quid secundis curis fuerit elaboratum; in quibus postremus à primo libro discreparet, indicant vspiam; vt ipsemet Papebrochius animaduertit in citata Præfatione *num.* 13. nec tamen, aut Vsuardum, aut alios habet susceptos; quibus satis fuit Flori Auctiora, correctiora, postremisque curis elaborata sequi, absque inutili eorum repetitione, quæ ab ipso Floro, aut omissa, aut correcta; aut addita fuerunt in secundo libro; ita in nostro casu rationandum. Etenim, inquit noster Daniel in Speculo num. 582. *Patet, quod exemplar istud Venetijs impressum sit diminutum, & erroribus nonnullis repersum? Auctiora, & correctiora sunt Manuscripta, licet nec illa inter se omninò conueniant.* Illa ergo tria omisit, quia in posterioribus exemplaribus auctioribus, & correctioribus illa non inuenit.

Adde, quod Papebrochius tom. 2. Martij in notis ad diem 29. Iunij Martyrologij Bedæ, de DD. Petro, & Paulo loquens ait: *Longiora vtriusque elogia ab Etymo nominis initium sumentia habentur in M S. V. qua omittimus, sicuti, & alia aliorum Apostolorum, diebus cuique hic assignatis, aut assignandis inscripta; tum quia ad Bedæ, aut Flori textum discernendos nihil faciunt; tum quia alibi obuia.* Ita pariter licet illa tria in Veneta habeantur editione, tamen Iure omisit ea noster Daniel; tum quia in posterioribus, Auctioribus, correctioribusque exemplaribus non habentur; tum quia ad discernendum quibus gradibus creuerit apud nostros traditio de Ordinis Antiquitate nihil faciunt; tum quia ista nostrarum Rerum studioso cuique obuia sunt; & in Wastelij Apologetico pro Ioannis Monachismo in Carmelo, & in ipso Ordinis Speculo Venetijs impresso, & in Lezzana num. 9. cap. 9. Apparatus ad tom. 1. Annalium, & tom. 2. ad Ann. 415. num. 13. & ipse Daniel Parte Prima Speculi, num. 8. post aliqua de Ioanne, remittit Lectorem ad Lezzanam, *quà*

eodem

eodem tom. 3. *nec non tom.* 2. *ab anno*, CCCLI. *vsque ad finem istius tomi*, *atque etiam tom.* 1. *in Apparatu cap.* 9. *per totum accuratè*, *& luculenter tractat de Ioanne illo*, *eiusque libro*. Lezzana autem *tom.* 1. *in Apparatu cap.* 9. *num.* 9. refert verba illa Grossi. *Processu autem temporis*, & ad *annum* 455. *num.* 13. *tom.* 2. refert verba Grossi de Ioannis miraculis.

Quo autem ad Verba illa: *nullam tamen eis dedit maiorem*, in Veneta non habentur editione: dicitur enim in illa: *& nullum eis dedit in maiorem*, quæ qualiter intelligenda sint, scilicet non de Basilij Regula, sed de vno Generali Superiore videndus noster Daniel in Speculo Carmelitano, *part.* 1. *num.* 312.

Probat. 5. quia plura Grossi errata in Francofortensi manuscripto reperta, & à Papebrochio in Parergo 10. relata, fuerunt alterata, aut omissa, ferè omnia denique dissimulata. Resp. quod cum illo Manuscripto, vtpotè primis curis elaborato, atque adeò minus correcto, nequaquam vsus sit noster Daniel, non absque Calumnia dici potest, quod ab eo fuerit alteratum, & corruptum.

Vt autem hæc responsio aliquo exemplo declaretur, audiat Papebrochius, quæ Pater Sanctius Cicatelli scripsit in Proemio Libri, cui titulus. *Vita del Padre Camillo de Lellis Fondatore della Religione de' Chierici Regolari Ministri degl infermi, descritta dal Padre Santio Cicatelli Sacerdote dell' istessa Compagnia, stampata in Viterbo l' anno* 1615. ibi enim sic habet; *Nè in ciò voglio mancare di fare la scusa del P. Giulio Negrone della Compagnia di Giesù, il quale, come quello, che non parlò mai col nostro Padre Camillo sopra questi principij di fondatione, così non hà possuto saperne la loro certezza. Hauendo scritto ne' suoi Ascetici, che si come la Religione del Riscatto in Spagna hebbe principio per opera di S. Raimondo di Pennaforte, così la nostra Religione in Italia hà hauuto principio prima per opera, & indrizzo del Padre Ottauian Capello, e poi del Padre*

Gio. Battista Piscatore, allegando anco in ciò il mio testimonio; per hauer io detto nella prima impressione di questa Vita, che il Padre Ottauian Capello Confessore del Padre Camillo; gli fosse stato di grand' aiuto in quel principio, hauendolo aiutato à guisa di balia à partorire. Per le quali parole non fù mai pensier mio d' intender quanto esso Padre Negrone hà scritto, altrimente hauria contradetto à me stesso; hauendo io similmente scritto ne' medesimi libri, che il Padre Camillo, auanti si confessasse dal Padre Ottauiano, haueua già dato principio alla sua Congregatione. Prouandosi ciò &c. hauendo dunque il Padre Camillo fatte tante cose, molto prima, che si confessasse dal Padre Ottauiano, che fù dell'anno 1585. di Gennaro, & in tempo, che à pena conosceua il Padre Gio: Battista Piscatore, non sò, come si possa dire, che la nostra Congregatione habbia hauuto principio da questi dui Padri. Fac modo, quod Pater Nigronus Iesuita in alio posteriori, & correctiori exemplari omisisset, quæ de illius Religionis initio non benè scripserat; an qui posterius exemplar imprimeret, illoque vteretur, dicendus esset prioris exemplaris alterator, & corruptor? tu vide.

D V B. I V.

An Hac Vita anno 1527. Panormi edita, verè ab oculato Teste Enoch fuerit anno 1227. conscripta?

NEgat Papebrochius, tum in protestatione præuia ad VitamS. Angeli *num.* 5. tum in Anacephalæosi *num.* 5. interim pro Panormitani textus Antiquitate testem habemus Bellorosium, qui in Dedicatoria Epist. hæc habet. *Nescio, qua inscrutabili Summi Dei dispositione, Pater amplissime, de Vita Sanctissima D. Angeli incidit in manus meas libellus vetustate miratu dignus.. fuit sanè Vita Beatissimi Martyris latinis tradita litteris ab hinc annis trecentis à Veridico, & Bea-*

to viro Enoch, Coetaneo, & Comite Sanctissimi Angeli, tam in Patria sua, quam in Peregrinatione, & loco Martirij. Huic tam præclaro, & aperto testimonio, duo posset opponere Papebrochius; vnum est, quod Bellorosius in Carmelitani Ordinis gratiam huius Vitæ antiquitatem finxerit; aliud est quod Bellorosius de vera huius libelli ætate nesciuit rectum iudicium ferre; Sed vtrumque affirmare potest, probare non potest; & ideò Bellorosij Auctoritas in suo manet robore.

At inquies, quod Panormitanus textus non fuerit Enochij genuinus, & primigenius fœtus, Probo, quia quæ continentur in illo sunt ficta, nec videntur posse attribui tempori, & ætati, in qua cæsus est Sanctus Angelus, magis propinquo, ergo, &c. Respond. quòd optima esset consequentia, si verum esset antecedens; quod quia gratis asseritur, etiam simplici negatione satis, & plusquam satis refellitur. Sic Eminentissimus Bona lib. 1. Rerum Liturgicarum, cap. 8. num. 3. de Sectarijs D. Iacobi Liturgiam oppugnantibus, hæc profert: *Aiunt denique, quadam in ea esse, qua recentiorum sunt, hoc ipsis probandum erat. aiunt ipsi, negamus nos.* Sic Pater Haloix Iesuita in *Apologia pro Vindicandis Diuo Dionysio Areopagita Operibus suis*, de quodam Cauillatore, ità pronunciat: *Decima ratio, seu decima impudentia Sculteti est huiusmodi: errat* (inquit de S. Dionysio) *manifestè, qui docet oleo defunctos perfundendos, & vngendos; Monachatum omnium initiandorum ordine, atque etiam Mysterio, esse Excellentiorem, &c. ità ille, pythagoreo more dicens, & non probans; cui ego eodem more si respondero, & tria, qua intulit, sola negatione reiecero, quid indignum tali argumentatore fecero?* Sic D. Augustinus simplici negatione obiectum à Petiliano, absque probatione, crimen refellit in libro de vnico Babtismate cap. 16. vbi sic. *Quid tam opus est, vt Episcoporum Romana Ecclesia, quos incredibilibus calumnijs insectatus est, obiecta ab eo crimina diluamus? Marcellinus, & Presbyteri eius Melchiades,*

des, & Marcellus, & Siluester traditionis Codicum Diuinorum, & turificationis crimine ab eo arguuntur; sed nunquid conuincuntur, aut conuicti aliqua documentorum firmitate mostrantur? ipse sceleratos, & sacrilegos fuisse dicit, ego innocentes fuisse respondeo, quid laborem probare defensionem meam, cum ille nec tenuiter conatus sit probare accusationem suam? Ex quibus patet, ad refutandum id, quod gratis asseritur, solam sufficere negationem; vnde nec alio argumēto indigemus ad reijciendum aliud à Papebrochio gratis assertum; quod scilicet componenti textum Panormitanum fuerit præ oculis textus Vaticanus, quem ille correxit: affirmat ipse, negamus nos.

At Instabit: Panormitanus textus est posterior textu Vaticano, seù Gononi; sed textus Vaticanus fuit exaratus sæculo XIV. atque adeò, non fuit genuinus fœtus Enochij, ergo multo minus textus Panormitanus; maiorem probat, quia ille textus est posterior, cuius stylus est magis latinus, & magis fluidus. Verum probationem maioris, quam negamus, nullam esse, clarissimo ostenditur exemplo. Etenim Emmanuel Thesauro in Opere, cui titulus. *Il Cannocchiale Aristotelico cap. 6.* duos Italos adducit Scriptores, quorum vnus quidem Romæ, scilicet Thomas Fortifiocca, alter Florentiæ, scilicet Franciscus Petrarcha de vno, eodemque Nicolao de Laurentijs scripserunt. Sed quanta inter eos styli diuersitas! Fortifiocca enim Nicolai Vitam sic incipit: *Cola da Rienzi fò di vasso Lennaio. Lo Patre sio fò tauernaro: hebbe nome Rienzi: la Matre hebbe nome Matalena, la quale viuea di panni lauare, e d'aqua portare, &c.* Petrarcha verò sic de illo sua incipit Carmina.

Spirto gentil, che quelle membra reggi,
Dentro le quai pellegrinando alberga,
Vn Signor valoroso, accorto, e saggio.

Ex diuersitate ergo styli non benè sæculi, ætatis non re-

ctè

tiè diuersitas arguitur, quod vt alio ostendamus exemplo, nonnè, & Cornelius Tacitus, & Plinius Nepos eodẽ fluerunt tempore? vtique, nam Plinius Epistolarum lib. 7. Epist. 20. sic suo scribit Tacito: *Erit rarum, & insigne duos homines, atate, & dignitate propè aquales... alterutrum alterius studia fouisse. Equidem Adoloscentulus, cum iam tu fama, gloriaque floreres, te sequi, tibi longo, sed proximus interuallo, & esse & haberi concupiscebam.* Quanta tamen inter vtrumque, & quoad fluiditatem, & quoad minutiarum circumstãtiarum obseruationẽ diuersitas? *la lingua, e lo style di Tacito* (inquit Hadrianus Politi in praeuia de Tacito in Italicam linguam à se conuerso ad lectorem Admonitione) *non hà anco proportione, nè molta conformità con gli altri Scrittori de' suoi tempi, nè come dicono molti, de' tempi migliori, da potere con il Paragone di quelli cauar raggioni, ò conietture per intenderla.*

Quid plura? Nonnè circa annum Domini 1220. scribebat Iacobus de Vitriaco? hoc concedit Papebrochius in *Historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum num.* 229. Nonnè Guilielmus Tyrius suam compleuit historiam circa annum 1180. Ità Lectori probat Auctor Praefationis: *adgesta Dei per Francos*. Peto modo: si quo historia est Antiquior, etiam stylus debet esse minus latinus, & minus fluidus; cum textus Vaticanus per Papebrochium sit exaratus circa saeculum XIV. Vitriaci verò historia, circa initium saeculi XIII. Guielmi autem saeculo XII. Vtriusque stylus minus fluidus, minusuè latinus stylo textus Vaticani quantum esse deberet? Profectò si per Papebrochium textus Vaticanus est subbarbare scriptus, Iacobi historia deberet esse barbarè omninò scripta; barbarissimè verò Tyrij. Iacobi tamen scripta coegerunt Auctorem Praefationis ad *Gesta Dei per Francos*, vt num. 13. de illo pronuntiaret, quod fuit: *homo, vt saeculo illo, eleganter doctus;* quique de Guilielmo scripserat: *Sequitur totius historia Princeps, Doctrina non vulgari, & supra*

saecu-

sæculum illud amena, experientia varia, & ex ijs acri iudicio vir. . dictione etiam elegans, & grauis Guielmus Tyrensis Archyepiscopus.

Imò eiusdem Auctoris eodem in opere fieri potest, vt stylus sit inæqualis, cuius rei rationem in Præfatione ad Lectorem reddit Haeftenus, sui styli inæqualitatem circa *Monasticas Disquisitiones* excusans; inquit enim: *Si humi nunc repat, nunc nonnihil assurgat Oratio; hic Vberior, hic restrictior sit; memento non æqualiter nos omni tempore affectos, nec semper optatum adfuisse ingenij vigorem.*

Quid, quod de eodem eiusdem Auctoris stylo diuersa sint hominum placita? plura exempla possent adduci; adducitque Curtius Inghiramus in Opere, cui titulus *Discorso sopra l'Oppositioni fatte all' Antichità Toschane, trattato quinto, risposta 97.* vbi diffusè de hac re; sed sufficiant, quæ de Martialis stylo scripsit Iulius Cæsar Scaliger Poesi lib. 3. cap. 126. ibi enim inquit *Epigrammatis virtutes peculiares, breuitas, & argutia, hanc Catullus non semper est assecutus: Martialis Poeta argutissimus nunquam omisit*: & lib. 6. *Nè Martialem quidem libet transferre ad meliora: multa sunt eius Epigrammata Diuina; quibus, & sermonis Castitas, & argumenti species Luculenta est; versus verò candidi, numerosi, pleni, denique optimi*: è contra verò sensit Marcus Antonius Moretus in Comment. ad Cat. vbi sic habet: *Quin etiam fucatus ille splendor, & adulterina eloquentiæ species, ita nonnullorum, qui veræ eloquentiæ gustum non habent, obcæcauit animos, vt his quoque temporibus extiterint hispani duo, homines cæteroqui, & in primis eruditi, & scriptis editis nobiles, quorum alter Lucanum Virgilio, alter Martialem Catullo anteponere veritus non est. Quorum ab vtroque, ita dissentio, vt si quis Deus potestatem mihi, optionemque faciat, non dicam Virgilij . . sed Ennij alicuius, aut Eurij, quam Lucani multo similem in scribendo esse malim. Inter Martialis autem, & Catulli scripta, tantum*

intereſſe arbitror, quam inter dicta ſcurræ alicuius de triuio, & liberalis alicuius hominis iocos, multo Vrbanitatis aſperſos ſale. Contra Moretum Franciſcus de Mendoça è Societate Ieſus præſtantiſſimus ſcriptor in ſuo Viridario lib. 5. Problem. 59. *Vter præſtantior Poeta, Catullus an Martialis.*

Sic Papebrochio, & Henſchenio viſum eſt offitium Venerabilis Sacramenti in multis Sancti Thomæ ſtylum non redolere. At in omnibus D Thomæ ſtylum ſapere viſum eſt alijs, vt notat Papebrochius ipſe part. 2. Conatus Chronico-hiſtorici ad Catalogum Pontificum, differt. 22. alijs, inquam dicentibus: *Hanc ſtyli diſſonantiam ſoli animaduertunt Collectores. Reliqua eruditorum hominum nationi nulla prorſus videtur. Hymni omnes, Proſa, Lauda Syon Saluatorem, Lectiones, Angelici Doctoris ingenium, ſtylumque planè referunt; qui nec ſublimiori, nec humilieri ſtylo, ſed ſimplicitatem ellocutionis, cum proprietate verborum coniungens, res Diuinas exprimit, & illuſtrat. Hi ſanè hymni, Proſa, Lectiones, Antiphonæ, Reſponſoria, Theologum doctiſſimum ſapiunt, non Fratrem imperitum. Probandum verò incumbebat Henſchenio, & Papebrochio ſtylum aliorum hymnorum, ſcilicèt* Pange lingua, & Verbum Supernum, *Fratri Ioanni potius, quam Sancto Thomæ conuenire, vt illos à Ioanne, ſolum autem hymnum,* Sacris ſolemnijs, *à Sancto Doctore compoſitum, tanta ſpecie veri, quanta confidentia aſſerere poſſent; ſed longè res aliter ſe habet, vt ex iſtorum hymnorum Collatione, cum illis, quas ad paruas horas ex Fratris Ioannis offitio, Martiniana ſeruat Eccleſia, penitus quiſque comperiet.* Rurſus, in ſuo Aprili ſenſit Papebrochius Epiſtolas quaſdam D. Hieronymi ad Damaſum, & D. Damaſi ad Hieronymum, tantorum virorum ſtylum ſapere: quas tamen fictitias, ac ſuppoſititias eſſe ex ipſomet ſtylo conuincere nititur eruditiſſimus Emmanuel Schelſtratius in ſua *Antiquitate illuſtrata cap. 2. præuia diſſertationis pag. 16.*

Inspiciatur de hac re Albertus de Albertis è Societate Iesu eloquentissimus scriptor in *Thesauro Eloquentiæ num.* 5. & *num.* 290.

Quid plura? Idem Auctor de eodem stylo, modo vnum, oppositum modo fert iuditium. Testis sit Papebrochius ipse, qui cum alibi scripsisset hymnos, *Pange lingua*, & *Verbum supernum*, nequaquam D. Thomæ stylum redolere; quia scilicet in illis non est poetica vis, & masculi vigoris maiestas; tamen *part.* 2. *Conatus Chronico-Historici ad Catalogum Pontificum*, *dissert.* 22. in illis hymnis D. Thomæ stylum agnoscit. E contra verò in Prologo ad eundem Conatum, de vetustioribus Catalogis agens, *pag.* 3. *num.* 9. In supradictis Epistolis stylum negat Diuis Hieronymo, & Damaso Conuenientem, inquit enim. *Frequens communio litterarum, & librorum inter Damasum, & Hieronymum faciebat non omninò incredibile videri hunc illum Antiquiorem Catalogum petitum ab Hieronymo, eique à Damaso missum fuisse; sed quæ ad probandum proferuntur Epistolæ, decurrunt stylo tam hiulco, & inculto, vt iam pridem viri aliqui eruditi, vt nuper eruditissimus Schelstratius in primo suo Illustrandæ Antiquitatis Conatu vtrauique censuerint Auctoribus tam cultis, quales ambo isti Sancti fuerunt, non conuenire... illas igitur satis est in nostro Aprili legi, vndè eas malemus expunctas.* Et Part. 1. eiusdem Conatus, dissert. 11. num. 7. *Venio ad Epistolas, tanquam Hieronymi ad Damasum, & Damasi ad Hieronymum, ab Henschenio præmissas Antiquiori, at Primo Romanorum Pontificum Catalogo ad Verosimile faciendum, quod ipsum à Damaso acceperit Hieronymus: De his enim, bona venia Magistri mei, libenter subscribo eruditissimo Schelstratio asserenti, neque in ijs, vtriusque Scriptoris stylum apparere; sed meram barbariem, transcribentium socordiæ non facilè imputabilem.* Quæ in re valdè mirandum est, quod Henschenius, vir in historia tantus, in his materijs versatissimus, emunctissimæ naris in discernendis

nendis scriptis, nesciuerit distinguere inter meram barbariem, & stylum D. Hieronymo, & Damaso, tam cultis Auctoribus, dignum: errorisque sui discipulum, ac successorem habuerit Papebrechium, hoc est Antiquitatum omnium Magistrum, Doctorem, correctorem, adeò, vt nisi ab Eruditissimo Scheltratio illuminatus fuisset, adhuc errore in illo versaretur; mirandum insuper nullum argumentum adeò Papebrochio familiare, quam ex stylo desumptum: in quo tamen discernendo tàm exiguam habet experientiam, vt meram barbariem à culto dicendi modo distinguere nesciuerit.

Hinc colligo nullius esse ponderis quæ in eodem Conatu de Ioanne XXII. num. 24 contra Bullam Sabbatinam scribit, dum ex styli dissimilitudine probare conatur illam non esse Ioannis XXII. non enim sufficit scripsisse: *Huius tamdiuturni Pontificatus, vt negotia plurima, sic numerosa fuerint Epistolæ, & Bullæ à Ioanne, vel per se ipsum dictata, vel ab alijs sub eius nomine composita, stylo, qui eruditissimum Pontificem decebat, graui, concinno, & magis ferè, quam ea tempora ferebant, latino. Harum, vel paucas, qui legerit attentiùs, nequaquam hæsitabit in repudiandis quibusdam barbaræ omnino stribiliginis scriptis, quæ magno cum strepitu iactantur, defensanturque à certis hominibus, promouendæ pietatis zelo motis fortasse. Nonnihil tamen etiam spectantibus, vt quasdam apud se præiudicatas opiniones, sublimioris cuiusdam Auctoritatis testimonio fulciant*; sed probandum illi remanet, se non etiam in Sabbathinæ stylo diiudicando deceptum, nec stylum cultum pro *mera barbarie*, aut pro *stribiligne quadam* accepisse. Cæterum de Bulla Sabbathina videatur noster Paulus ab omnibus Sanctis in *Claui Aurea Thesauri Parthenio-Carmelitici, part. 2.* vbi post alios ex nostris Bullam illa Historico-Theologicè ponderat; & ab aduersantium Iaculis tuetur. Videatur quoque: *Historia della Città d'Auignone, e del Contado Venesino scritta dal P. M. Sebastiano Fantoni Castrucci del-l'Or-*

l'Ordine Carmelitano, tom. 1. lib. 2. cap. 3. a num. 8. vsque ad num. 23. vbi de Bulla Sabbathina quædam habet, quæ illius veritatem mirificè probant; ficuti & Theophilus Raynaudus Iesuita in suo *Partheno-Carmelitico Scapulari part. 2. quæst.* 2. videatur quoque Ioannes à Iesu Maria in opellà cui titulus *Synopsis rationum, quibus Bulla Sabbatina priuilegium asseritur, & oppositorum argumentorum resolutio*: ibi enim de Bullæ Sabbatinæ ftylo.

Neque enim hic aliud adnotare libet, nisi, quod cum anno 1609. in Principe Lusitaniæ Vrbe, circa Sabbatinam Bullam magna orta esset controuersia (de qua noster Ioannes Pintus de Victoria Part. 1. tract. 5. cap. 4. Operis, cui hispanico Idiomate Titulus *Hierarchia Carmelitana*) Romamque delata; Inter multos, qui auctoritate, & eruditione præclari, Sabbatinæ Bullæ testimonium, ac fauorem suum præstitere, vnus fuit totius Societatis dignissimum caput, **Claudius Aquauiua; qui etiam vt in Aurea Claui Part. 2. cap. 15. num. 169. refert Paulus ab omnibus Sanctis à Reuerendissimo** Carmelitarum Generali petijt, & obtinuit Sacrum Scapulare conferendi facultatem quibuscunque Societatis suæ Religiosis id petentibus. Nec hominem à Sabbatinæ fauendo retraxit hæc circa stylum dubitatio: qua etiam nō obstante, celebris Vniuersitas Bononiensis eodem anno 1609. consulta, & ipsa, hoc dedit responsum: *cum Bulla Ioannis XXII. plures, illasque canonicas præseferat Summorum Pontificum confirmatorias constitutiones, nec vllo vnquam tempore reuocata fuerit, illam adhuc in suo robore manere.*

Egregiè igitur R. P. Ramirez Iesuita in Spicilegio Sacro, tract. 1. cap. 51. §. 5. n. 2. inquit: *Sed inter omnia periculosissimum est illud genus Crisis, quo aliqua opera de nouo assignantur, vel etiam subtrahuuntur suis Auctoribus. Mirum est qua confidentia, inueterata tot sæculorum opinione, libros certo Auctori assignatos, eidem denegamus, aliosque incertos, & penè*

vagos

vagos, cuidam alteri de leuibus coniecturis adoptamus. Multa debent concurrere; ne in tanto negotio temerè videamur procedere; Librorumque parentes ad libitum commutare.

DVBIVM V.

An Textus Panormitanus sit magis syncerus textu Vaticano.

NEgat Papebrochius in Anacephalæosi num. 5. vbi textum Panormitanum vocat minus sycerum textu Vaticano. Sed Panormitani textus sinceritatem, tam ex parte scripti, quàm ex parte Scriptoris testatur Bellorosius in Epistola dedicatoria, vbi sic scribit: *quem cum accuratè sæpè, ac sæpius perlegissem, nonnullis illum purgaui mendis. Fuit sanè Vita Beatissimi Martyris latinis tradita litteris ab hinc annis trecentis, à veridico, ac Beato Viro Enoch.* Et Lezzana tom. 4. Annal. ad ann. 1186. num. 4. inquit. *Quia tamen Codex ille Vaticanus, & is, quem suo operi inseruit Benedictus Gononus, haud paucis, nec leuibus mendis scatere conspicitur, propterea non ipsis, sed eo, quem præfato anno 1527. Panormi typis commissum diximus, semper vtemur, dum de prædictis Sancto Angelo, eiusque germano Ioanne, sermonem instituemus, quod semel pro semper dictum volumus.* Ità ille; quæ si à Papebrochio fuissent, vti debuerant animaduersa, non toties nobis Vaticani textus errores objicisset.

Hanc etiam synceritatem manifesta ratio conuincit; nam in Vaticano textu, quædam sunt adeò patenter falsa, vt ipsemet Papebrochius loc. cit. fateatur, quod nullo pacto deffendi possint. Talia in Panormitano textu non inueniuntur, vt in operis decursu manifestum erit; vndè meritò eruditissimus Lezana tom. 4. ad annum 1171. num 6. vocat legitimam, & correctam Vitam S. Angeli, quam propterea à Papebrochij obiectiunculis deffendendam suscipimus, de Vaticano textu nihil curantes. At

At Inquies: eidem Auctori duplex tribuitur Vita; & tamen vna est alteri contraria, ergo vtraque est falsa, & neutra est sincera. Ità videtur velle arguere Papebrochius in protestatione præuia, num. 9. vbi ait: *vtraque porrò, licet altera, alteri valdè dissimilis, vt etiam dixi Auctorem vnum, eundemq; præferi Enochum.* Sed Responsio facilis est: duplex est Vita, & vtraq; est sana, & integra, & negamus; & vna scilicet Panormitana est integra, & altera, scilicet, Vaticana, est corrupta, & concedimus. Prima Patriarchæ meritò tribuitur; secunda verò, inquantum vitiata, Patriachæ Enoch immeritò ascribitur. Ita Augustinus Torniellus in suis Annal. ad *annum Mundi* 131. *n.* 15. ostendit, quod septuaginta Interpretum textus est corruptus. De qua quidem corruptione D. Augustinus de *Ciuitate Dei lib.* 15. *cap.* 13. inquit: quod non fuerunt Interpretes illorum causa errorum, sed primus, qui ex famosa illa Bibliotheca Ptolomei Philadelphi exscripsit Interpretum textum. Indè postea, tanquam ex fonte, cœteri Codices corruptellam contraxere. Igitur tunc temporis, facta illa exscriptione, duæ habebantur, & tamen ijsdem attributæ Auctoribus, contrariæ, & dissimiles Interpretationes, quarum vna erat integra, alia corrupta. Quam multipliciter verò in alienis scriptis huiusmodi corruptiones eueniant; Diffusè docet Clemens Scotus *Opuscul. Prim. Animad. cap.* 6. *num.* 14.

At inquies iterum Cap. 4. Panormitani textus, hæc tanquam à Ioanne, & Angelo dicta habentur. *Deo denique inspirante, animo statuimus Vitæ normam seruandam suscipere; quam annis supra Quadringentos, pluribus iam euolutis, Prophetarum successores diù in Monte Carmelo, nunc verò plerisque in locis seruare caperunt.* At locum istum esse vitiatum affirmat Wastellius *tom.* 2. *sect.* 1. *ar.* 2. §. 10. Igitur nec Panormitanus textus ab erroribus est immunis. Verum hæc obiectio nihil vrget: nam adductus textus non ideò à Wa-

stellio

ſtellio vocatur vitiatus, non quia continent ſenſum hiſtoricæ veritati contrarium; ſed quia, vt putat, nullus ex eo elicitur ſenſus; quem tamen infra eruere conabimur, & ad res noſtras ſatis aptum.

DVBIVM VI.

An omnia Armentarij Carmelitici ſcuta fuerint ex Vita D. Angeli deſumpta.

AFfirmat Papebrochius, qui propterea num. 13. ſuæ præuiæ Proteſtationis hæc exarauit. *Nullus in toto Armentario Carmelitico ferè eſt Angulus, latus nullum, quod non ſit inſtructum telis, & ſcutis ex hac vita petitis.* Oppoſitum tamen patet ex Armentarij Auctore, qui parte 2. num. 126. dicti ſui teſtem volens adducere noſtrum Ioannem de Sylueira, ſic præmiſit. *Decreueram Ordinis Carmelitarum Antiquitatem ab Elia Fundatore ex ſola Sacra Scriptura, Sanctis Patribus, Breuibus Apoſtolicis, Hiſtorijs, & Scriptoribus extraneis ſufficientiſſimè ſtabilitam, vt vidimus, nulla noſtrorum Auctoritate confirmare, cùm omnes illos, vt fabulatores excludat Papebrochius.*

Et certè mirabile eſt Papebrochium tàm confidenter ſcripſiſſe; *nullus in toto Armentario Carmelitico ferè eſt Angulus, latus nullum, quod non ſit inſtructum telis hac vita petitis;* *Cùm in vtraq;* Armentarij parte vix ſemel, atque iterum hæc vita citetur, & quidem ad ea confirmanda, quæ ſine huius vitæ Auctoritate, adhuc, & validiſſimè, ſubſiſtere poſſent.



VITA S. ANGELI

PROLOGVS.

Enoch seruus Dei, & Domini nostri Iesu Christi, Diuina miseratione Patriarcha Hierosolymitanus, toti, ac Venenerabili Ecclesiæ Orientali, Occidentali, Meridionali, & Septentrionali, ac omnibus Catholicis, & fidei orthodoxe subiectis, salutem, & Pacem.



Obis vniuersis, & singulis, quibus Spiritus Dei, in virtute Domini nostri Iesu Christi, in Mysterio, & Sacramento fidei, lumen cognoscendæ veritatis infundit, verè, & fideliter scribere statuimus Vitam, & triumphum Sanctissimi Viri Angeli Hierosolomytani, Christi Martyris gloriosissimi (cuius Martyrium proprijs ipsi manibus contrectauimus) ad Instructionem præsentium, & futurorum Christi fidelium, & in testimonium veritatis, Athanasij Episcopi Alexandrini, & Hieronymi Presbyteri Cardinalis vestigia imitantes; & aliorum Doctrina, & Sanctitate præstantium hominum, qui magna virtute, & fide vitas, passiones, & flagella Martyrum, ac Christi confessorum diuersis temporibus conscripserunt, & conscriptis eorum exemplis, atque miraculis, populo Christiano mirabiliter profuerunt; quamquàm enim nos imbecilli, & fragiles, & Dei seruorum minimi ingenij, viribus diffidimus; Immenso tamen Charitatis ardorê, & Sanctorum exemplis Incensi, non de linguæ tersitie, & styli candore, sed de sola Dei bonitate, & mentis sinceritate confisi, id operis scri-

ſcribendum ſuſcepimus, vt per nos veſtræ ſinceritati, & fidelium Vniuerſitati, Vita huiuſmodi vndecunque probatiſſima tanti Patris, quam Deus mirabilium ſuorum operibus inſigniuit, & tam glorioſi Martirij Victoria imitanda proponatur. Et deinceps per vos, quaſi per manus, poſteris etiam excolenda tradatur; & in omnium ſæculorum memoria reducatur.

Nos enim,non niſi, aut qui rem ipſiſmet conſpeximus oculis, aut à ſocijs alijs, fide certiſſima dignis, audiuimus, & cognouimus, veritati ſemper inhærentes, nunciamus, ab omni etiam mendacij ſuſpicione penitùs alieni, non immemores dicti Salomonis, *qui mentiũtur, occidunt animam ſuam.* Cum, & Dominus in Euãgelio inſtruat; *de omni verbo otioſo in extremo Iudicij die rationem eſſe reddituros.* Hanc igitur Vitam Sanctiſſimam Viri Sancti Dei; hanc eius Victoriam glorioſiſſimam merito imitandum vobis, & cunctis fidelibus intimamus. Vos autem imprimis, qui Eccleſiæ ipſi à Summo Deo præpoſiti, per ſalutaria Chriſti paſcua commiſſum veſtræ fidei gregem, ad Celeſtem Patriam dirigitis, hortamur, & obſeruamus in Domino, vt non modò Vitam ipſam, & Victoriam Sancti Martyris, ſed etiam reuelationes, quibus futuris ætatibus moneri poteſt, & inſtrui populus Chriſtianus, à Domino Ieſu Chriſto ei factas, omnibus notiſſimas faciatis. Vt ex his etiam magno fidelium profectu, glorificetur Deus in Sancto Martyre ſuo, in hac ipſa mortalium militia, qui Martyrem ſuum æternum viuere facit in Patria.

DVBIVM.

Circa Titulum Patriarchæ.

QVia Compendium Vitæ S. Angeli deſumptum ex M.S. Vltraiectino S. Saluatoris, & impreſſum à Papebrochio, ſic incipit: *Beatus Angelus ex tribu Iuda traxit Origi-*

nem... prout narrat Enoch Hierosolymitanus. Papebrochius in Annotatis ad illud Compendium, obseruat, quod: *non additur* Patriarcha, *& ità relinquitur suspicandi locus, quod hic titulus postea ab alijs additus sit.*

Sed immeritò id suspicatur Papebrochius; nam & ipse sæpe sæpius in suorum dictorum testem adducit Iacobum de Vitriaco, quèm tamen non vocat Cardinalem, & si verè Cardinalis fuerit. Etenim n.7.historicæ reflexionis sic habet: *Placeat de his audire Iacobum de Vitriaco, ipso, quo Sanctus Angelus martirizatus anno, scribentem.* Et num.8. *talia cum & in alijs Scriptoribus legerem, & omnem fidem Vitriaco adhibendum putaremus*, & in Annot. ad cap. 1. litt. I. *Sed contra hunc torrentem Auctorum satis, & plusquam satis est vnus testis oculatus Iacobus de Vitriaco.* Supponit insuper Compendium illud omnes alias Vitas de Sancto Angelo scriptas præcecisse; quod tamen non supponendum, sed probandum erat à Papebrochio; qui in hoc decipi potuit; sicuti deceptus fuit anno 1667. tom 2. mensis Martij pag. 91. de Vita S. Franciscæ Romanæ à Virgilio Cepari Societatis Iesu scriptore composita scribens, quod nondum sit edita; cum tamen R. Ad. P. M. Antonius Maria Tuschus Medicinensis, Prouincialis Scotiæ, & Reuerendissimi Socius, eam Romæ legerit, & quidem editam anno 1644. cum hoc titulo *Vita di S. Francesca Romana Fondatrice delle Oblate di Torre de Specchi composta dal Padre Virgilio Cepari della Compagnia di Gesù.*

CAPVT PRIMVM.

De Testibus, & S. Synodo Approbante Vitam S. Angeli, cum Compendio eius Martyrij.

Congregatis in Hierosolymitana Synodo Patribus, dum S. Angeli Hierosolymitani, viri omnium consensu Sanctissimi, nuper in Sicilia gladio perempti, extremus

Vitæ

Vitæ dies. Profusis lachrymis, & intimo pectoris dolore pronunciatur; & Vitæ, necisque Innocentissimi viri decursus, scitu quidem dignissimus, & à plerisque Patrum studiosa meditatione perquiritur. Ierasmus homo Diuinus, Archiepiscopus Nazaret, Angeli ipsius, sæpissimè memorandi Socius, & Ioannes Archiepiscopus Cæsariensis, & Petrus Episcopus Hastilonensis, quæ est Bethlem; multi etiam Sanctissimi, ac honestissimi viri Eremitæ Montis Carmeli, atque alij complures Sacratissimi homines, qui eiusdem Sancti Angeli diuturnam Societatem habuerunt, & cum eo Religiosissimè conuixerunt, veritati testimonium perhibentes, constanti animo affirmant ipsum Angelum toto Vitæ spatio virùm Sanctitate clarissimum, Dei Iussu cum reliquijs Sanctorum, & Deiperæ Virginis Mariæ Imagine; primum ad Italiam, mox verò ad Siciliam profectum, atque ibi tandem in Oppido Agrigentinæ Diocæsis, quod Licata dicitur, quum veritatem prædicaret, & contra plurima, & nefanda, quæ in dies magis pullulabant, hominum facinora inuectus, nè Deus offenderetur iugiter, ne ve boni, si qui aderant, malorum contagia trahere sinerentur, acriter argueret, sicut à Christo mors ei prænunciata fuerat, pro Diuinæ voluntatis reuelatione, & veritatis defensione, gladio peremptum, & Martyrio coronatum, diuturni certaminis victoria ad Christum, quem toto mentis ardore inhiabat, migrasse. Quorum attestatione ego Enoch, qui in eius obitu præsens fui, & Societatis memoriam nunquam delere valui, certo, & solido veritatis argumento confirmans, ab ipsis viri Sancti Natalibus, quos Nicodemus Patriarcha, vir Sanctissimus prædecessor noster, viua voce sæpius deferebat vsque ad Martyrij gloriam, totam vitæ seriem (prout præsentibus scriptis digeram) grauissimo approbante Senatu, tum animi alacritate, tum ingenti Cordis mærore recensui.

Fuerunt inter alios in illo consessu Patres numero sex, & triginta: videlicet Athanasius de Claromonte Patriarcha Alexandrinus, Ioannes Archiepiscopus Duracensis, Andreas Archiepiscopus Necomediensis, Paulus Archiepiscopus Terdenensis, Lucas Archiepiscopus Thessalonicēsis, Paulus Archiepiscopus Colossensis. Alexander Archiepiscopus Nicosiensis, Stephanus Archiepiscopus Toranensis, Iosephus Archiepiscopus Tirensis, Philippus Archiepiscopus Petracēsis, Ioānes Episcopus Atonensis, Iulianus Episcopus Beramensis, Paulus Episcopus Bindensis, Cassianus Episcopus Sydonēsis, Mercurius Episcopus Bariconensis, Sixtus Episcopus Panadensis, Petrus Episcopus Teberiadensis, Elias Episcopus Iapponensis, idest Iaffa, Andreas Episcopus Ascolensis, idest Gaza, Pelagius Episcopus Napoliensis, idest Siten, Athanasius Episcopus Montis Tabor, Georgius Episcopus Palpherensis, Paulus Episcopus Famagustensis, Georgius Episcopus Ierobolicnsis, Andreas Episcopus Gabulensis, Ioeles Episcopus Anterabensis, Petrus Episcopus Tripoliensis, Athanasius Episcopus Rages Medorum, Alexandrinus Episcopus Damascenus, Thadeus Episcopus Scopiensis, Antoninus Episcopus Stephanensis, Alexius Episcopus Oronensis, Georgius Episcopus Albanensis, Ioannes Episcopus Heridensis, Petrus Episcopus Dulanensis, Iacobus Episcopus Alexiensis. A quibus omnibus, & singulis, nemine vlla ex parte in aliquo discrepantè, graui censuræ Iudicio relata primum omnia rigoroso cognita Examine, confirmantur. Mox verò magnificatur Diuina bonitas, & Sanctus ipse Christi Martyr perpetuus Intercessor, communi omnium præce rogatur, & maximè demum apud Ciues Hierusalem deuotione recipitur, & assiduis, ac magnis votis obseruatur, ac colitur, vbi in dies maioribus, Deo operante, miraculis claret.

Cir-

Circa Caput I.

DVBIVM PRIMVM.

An Contra veras Historias maxima, & ferè Insolubiles difficultates Oriri possint.

VIdetur negare Papebrochius, dum in Reflexione historica ex quibusdam difficultatibus, quæ sibi difficiles; imo insolubiles, videntur, relatam in cap. 1. Vitæ S. Angeli Synodum, falsam, fictamque esse probare nititur. Contrarium Innuunt, quæ habet Paulus Bellus Iesuita de Gloria Messanentium lib. 2. cap. 1. vbi cuidam Aristarco sic: *Consule Acta Apostolorum apud Abdiam, Petri Itinerarium apud Clementem, tum quæ proscribit Gelasius inter Apocripha, & quot Sacrum historiarum puta Latini, Christophori, Septem Dormientium, & aliorum, quæ primo aspectu male sibi coherent: sed ea pietas Christiana, sin minus nequit excusare, damnare certe non audet, aut ea ex sacris fastis expungere, tantum vetustati, pÿsque traditionibus defert Ecclesia.* Hinc Bollandus Iesuita tom. 1. in Actis Sanctorum, cap. 1. §. 1. Præfationis, in suis Lectoribus, & pietatem exigit, & moderationem postulat, & Antiquitatis requirit, amorem dicens: *quamobrem confido forè, vt apud Antiquitatis amatores pios præsertim, & moderatos homines, meus hic labor minime reprehensionem incurrat.* Incursurus nimirum apud homines, in quibus pietas nulla, moderatio nulla, nullus antiquitatis amor, sed solum nouitatis studium.

Contrarium quoque ostendit Ioannes Cabassutius in Notitia Conciliorum; nam de numero Canonum Nicenorum agens, hæc ad rem exarauit: *Mirum sane est, res totius Ecclesiastica historia celeberrimas, & præ reliquis memorabiles, quales sunt Canones, & Acta omnium primi, & præcipui Genera-*

nera-

neralis Concilij: baptiſmum quoque primi, atque illuſtriſsimi Chriſtianorum Imperatoris, qui Eccleſiam diriſsima, & diuturna præcedentium Imperatorum Tyrannide pene obrutam, non modo in libertatem aſſeruit, ſed etiam in maximum ſplendorem, & triumphum euexit, tantis inuolui obſcuritatibus, adeoque grauibus, & tamen mutuo diſsidentibus veterum teſtimonijs, vt neque perſpicaciora ingegnia ſe ab illis extricare queant; ſuiſque in vtramque partem coniecturis oppoſita, & quaſi ineuitabilia argumenta diſpellere.

Similia habet Franciſcus Longus in *Summa Conciliorum*, vbi refert diſcrepantes ſententias, & de loco, in quo Nicenum hoc primum Concilium celebratū fuit; & de illius Præſide; de numero, ac qualitate Epiſcoporum, qui ad Concilium illud conuenerunt; de celebrationis tempore; de Ordinibus, quibus Patres conſedere; deque Canonum numero; circa quem multiplex eſt opinio, & nulla tam fundata, quæ ab omni ſcrupulo eximat; vt enim inquit noſter Ioannes Hildeheimenſis in ſuo *Ordinis defenſorio*, conſcripto circa annum Chriſti 1370. cap 1. *Antiquitas non eſt ita demonſtrabilis propter principij nimiam localem diſtantiam, & temporalem.*

Ex quibus collige id, quod habet Pallauicinus Ieſuita in hiſtoria Concilij; edita Romæ anno 1666. nam lib 6 num. 77. ſic inquit: *Auuiene, che certe difficultà, le quali paiono inſuperabili contra le vecchie, ed Autoreuoli traditioni, ſiano larue compoſte dall'ombre della tenebroſa antichità; ne perche ci manchi chiarezza in diſsiparle, ci dee mancare franchezza per rifiutarle: eſſendo, ò ſimplicità, ò ſuperbia il circonſcriuere l'ampiezza del vero tra l'anguſtia del ſaper noſtro, e riputar inſolubile vn argumento, che intende ſcacciare dal ſuo vetuſto, e pacifico poſſeſſo qualche vniuerſal credenza, perche non ce ne occorre la ſolutione.*

DV-

DVBIVM II.

De Hierosolymitano Nicodemi Patriartatu.

QVia Enoch Vitæ S. Angeli Auctor in Hierosolymitana Synodo, de qua cap. 1. retulit (quod & capit 7. confirmat) de S. Angelo se multa cognouisse, audiuisseque à Nicodemo Surianorum, seù Syro-Græcorum Patriarcha Hierosolymitano, & S. Angeli Baptizatore, Nutritio, & Magistro; Papebrochius, vt assertæ Synodi fidem destruat. Nicodemum nequaquam Patriarcham fuisse suadere nititur. Eius probationes non referam per extensum, sed Logicis formulis perstrictas, obijciam legenti, vt facili intuitu illarum vim percipiat.

Probat ergo, quia si hæc Synodus esset vera, sequeretur, quod anno 1187. Vrbem Sanctam cum suo Patriarcha Heraclio, adhuc tenentibus latinis, Hierosolymis fuissent Surianorum, seù Syro-Græcorum Patriarchæ duo, scilicet, Nicodemus, in Vita S. Angeli nominatus, & quidem catholicus, alius verò schismaticus à Græco Imperatore missus; sed non potest esse, quod in eadem Ciuitate, eodem tempore fuerint duo Patriarchæ Syro-Græci, seù eiusdem ritus, & nationis, ergo, falsum est, quod Nicodemus fuerit Patriarcha Hierosolytanus. Minorem probat primò, quia Papebrochius hoc capere non potest. Secundò, quia Papebrochius de hoc non habet exemplum. Tertiò, quia concedendi Surianis Patriarcham Papebrochius nullam reperit necessitatem; nam simplex Episcopus Græcus à latino Patriarcha approbatus, abundè eo loco, ac tempore sufficere poterat.

Si autem dicas eum, qui ante captam Vrbem, non nisi titulum gerebat Episcopi, expulsis indè latinis, assumpsisse sibi titulum, & Insignia Patriarchalia. Contra est; quia post ca-

captam Vrbem, Græcorum Patriarcha nullum titulum, & Insignia essumebat Hierosolymitani Patriarchatus, nisi de Imperatoris Constantinopolitani consensu; at talis, Patriarcha ab Imperatore Institutus non poterat esse Catholicus, ergo quod de Nicodemo dicitur, totum est mera fabula. Quartò denique, quia linea ista Patriarcharum Syrogræcorum Catholicorum solum nominatur in Vita S. Angeli, & illius lineæ primus est Nicodemus, in illa tantummodo Vita nominatus. hæc Papebrochius.

At demus primò id, quod falsum esse infra ostendemus, scilicet fieri non potuisse, quod eodem tempore, in eadem Ciuitate, essent eiusdem Nationis Patriarchæ duo, quid inde? dices. Inde sequitur, quod Nicodemus non verè Patriarcha fuerit. cur? quia, ais, Nicetas alium pro illo tempore Patriarcham assignat. Sed contra; Imò ille alius ab Imperatore Patriarcha Institutus est mera Nicetæ fictio; quia Enoch Nicodemum pro tempore illo Patriarcham refert. At inquis, Ego græco Nicetæ fidem habeo; At ego dicam, Hierosolymitano Enoch potius credo. Quod si instes: Nicetas est irrefragabilis testis; Imò Enoch, dicam ego. Quod si iterum addas: Enoch est Carmelita; & ideò illi in Carmelitarum rebus non est habenda fides; addam & ego, quod Nicetas est Græcus Auctor; & ideò illi in græcorum rebus non est fidendum. Quid ad hæc? nonnè hic locum habent Bollandi verba in Præfatione Generali ad Sanctorum Acta, §. 4. vbi ait: *Auctorem profero, qui asserat. habes qui neget? si habes; vtrius potior fides?* Cum igitur probare nequeas, quod Græco Nicetæ potius, quam Hierosolymitano Enoch fides habenda sit; Nicetæ testimonio quid probas? nihil. certè rem ità se habere concedet Socius tuus Pater Haloix in *Apologia pro Vendicandis D. Dionisio Areopagita Operibus suis*, vbi de Sculteto Aduersario inquit, quod eius: *nona ratio talis est, citat sententiam Ignatij Morituri sub*

Traia.

Traiano . . . At Methodius Dionysium, regnante Domitiano, occisum scribit: sic ille; cui sufficere poiest hac responsio: At Ado Viennensis Archiepiscopus Hadriani temporibus Dionysium Martyrio affectum scribit: vt enim ille vno teste probat; sic ego vno teste reprobo; iam sumus ergo pares. Hinc Eminentissimus Bona Rerum Liturgicarum lib. 1. cap. 18. n. 2. relatis Anastasij, ac Strabonis contrarijs veluti assertis, & distinctione quadam ad concordiam adductis, sic subdit: *Sic Anastasij, & Strabonis sententiæ commodè conciliari possunt; neque enim puto vni potius, quam alteri credendum, cum ambo eodem tempore vixerint.* Sic Daniel Bartolus Iesuita in historia, cui titulus *la Cina* lib. 3. pag. 475. inquit. *Questa Vittoria de Portoghesi fù celebrata à gran lodi in tutto quell' Oriente: e ne fù anco più degna, se v' interuennero, come parue ad alcuni, ainti sensibili sopra del Cielo. il vero si è, che le narrationi, che ne hò da Maccaio stessa, sono fra se sì mal in accordo nelle particolarità, che io non hò saputo à qual più tosto attenermi, perche i loro Auttori tutti erano presenti, e nel fatto.* Papebrochius ipse in Actis Sanctorum ad diem 24. Aprilis de S. Saba Gotho agens, sic procedit: cum enim Sanctus iste in Menelogio Basilij Imperatoris dicatur capite plexus; in Mœneis verò dicatur in flumen abiectus, inquit Papebrochius: *nec in Mæneis, quæ cum Basilij Imperatoris Menelogio sic videntur posse conciliari, vt primum capite plexus Sabas fuerit, deindè in flumen deiectum sit corpus.* Non igitur magis Nicetæ, quam Enochio fides habenda; sed aut neutro inclinandum, aut vterque conciliandus, vt paulo post faciemus.

Quid verò si ostendam, quod Hierosolymanus Enoch, & Iacobus de Vitriaco idem sentiunt? nonnè duo contra vnum præualebunt testem? age igitur. quid ait Enoch? quod Suriani Patriarcham habebant? quod Episcopos proprios, qui scilicet ad Synodum conuenerunt? hoc idem affirmat Iaco-

bus de Vitriaco; nam Orientalis historiæ suæ cap. 74. de Patriarcha sic ait: *Princeps autem Ægyptius... quartam Ciuitatis Hierosolymitanæ portionem ex parte Dominici Sepulchri Surianis, & Patriarchæ eorum concesserat.* Et cap. 64. de illis, prout anno 1220 existentibus, inquit: *habent enim proprios Episcopos Græcos.* Solymorum autem Episcopus, vt rectè ad annum 1190. num. 5. aduertit Lezana noster, Patriarcha nominabatur. Quid indicat Enoch? quod græci, & Suriani essent duæ distinctæ nationes in terra promissionis? hoc idem significat Vitriacus cap 75. vbi Surianorum Sacerdotes à Græcorum Sacerdotibus distinguens, ait? *Vtuntur Suriani in Sermone vulgari lingua Saracenica. littera, etiam, & scriptura Saracenica vtuntur in contractibus, & negotiationibus, & in omnibus alijs, exceptis Diuinis officijs, in quibus littera græca vtuntur, vndè in Diuinis officijs laici eorum, qui non nisi linguam Saracenicam nouerunt, eos non intelligunt; cum tamen Græci, qui eadem lingua in vulgari, & in scripturis vtuntur, Sacerdotes suos in Ecclesijs & in litterali sermone, qui idem est cum vulgari intelligunt.* Sed hanc diuersitatem indicauerat cap. 20. dicens: *refrigescente Charitate multorum, maximè græcorum, & Surianorum, qui in terra Sancta tempore Heraclij Imperatoris habitabant.* Videatur pro hac distinctione Tyrius lib. 12. cap. 15. quid indicat Enoch? quod Suriani erant fideles? hoc idem ait Iacobus de Vitriaco cap. 20. *scribit enim: Suriani verò, & alij fideles?*

Quid si vlterius ostendam, quod nihil affirmat Enoch, quod aut expresè, aut implicitè à Niceta negetur? Imò, inquies, affirmat Enoch, quod Nicodemus erat Patriarcha Surianorum; Nicetas verò ait, quòd Surianorum Patriarcha erat Dositheus, & ante Dositheum erat Leontius, & consequenter negat, quòd esset Nicodemus. Sed vt de Nicetæ sensu constet, audiamus ipsum in Isaacio lib. 2. num. 4. loquentem: ait enim. *Dositheus quidam studiensis Monachus Ve-*

netÿs Oriundus . . *Ierosolymorum Patriarcha post Leontÿ obitum designatus est* . . *Isaacius Hierosolymitanum Dositheum ad Oecumenicum Patriarchatum euecturus, indignationem simulauit*. . . *Dositheus verò à Sede Hierosolymitana Costantinopolim est translatus* . . *Aliena Ecclesiæ occupator audit Dositheus, secundo honore abrogato, à sede abijcitur. Imperator verò ignominiam illatam non ferens, omnibus modis auduersatur, nec multò post, abrogatione sublata, Dositheumque denuò confirmatum* . . . *in sacram ædem deducit* . . *cæterum rursus sede eiicitur, eodemque modo, quo Canis Esopicas, & Pontificatum, quem tenuerat, amisit (nam alius Hierosolymis electus erat) & maiori sede excidit*. hac Nicetas.

Quid verò hic expresſè ait Nicetas, quòd Enochij dictis aduersetur? affirmat, quòd Dositheus ab Isacio Imperatore fuit Hierosolymorum Patriarcha designatus, quid indè contra Enoch? Oportebat nimirum, vt affirmaret, quòd Dositheus ab Isacio Imperatore fuerit Surianorum Patriarcha constitutus. Inquies: hoc sequitur; nam non potuit Dositheus esse Patriarcha Hierosolymorum, quin esset Surianorum. Verum hoc à Papebrochio probandum erat, negat Papebrochius potuisse esse, affirmamus nos. cur neget, rationem non habet; cur affirmemus, hæc est ratio. Iam supra ex Iacobo de Vitriaco ostensum est; quod alia in promissionis solo erat Græcorum, alia Surianorum natio; alia inquam non solum linguæ diuersitate, sed numinis cultu: ait enim cap. 71. *sunt præterea in prædicta terra Sancta plures aliæ nationes varios ritus habentes; in cultu Diuino, & modo religionis valdè à se inuicem diffidentes, Suriani videlicet, & Græci. Iacobitæ, Maronitæ, & Nestoriani*. Diuersis autem Nationibus in eadem Ciuitate diuersos assignare Præsules, quis vetat? certè exempla non desunt. Dominicus enim Macer in opere, cui titulus: *Viaggio al Monte Libano di Domenico Magri Maltese nell' età sua d' anni* 19. ea referens, quæ sibi à die 22. De-

cembris anni 1623. Syriam versus itineranti, memoratu digna euenere, cap. 5. hæc habet. *Aleppo è habitata dà Turchi, e Mori.. in oltre dà Greci, Maroniti, Armeni, Giacobiti, Nestoriani.. le quali Nationi Christiane tutte hanno Chiesa propria, Vescoui, e Sacerdoti, osseruando ciascheduno liberamente il suo rito.* Pari ergo ratione potuit Surianorum natio Hierosolymis existens Episcopum à Græcorum Episcopo diuersum habere. At Surianorum Hierosolymitanus Episcopus, Iacobo de Vitriaco teste cap. 74. Patriarchæ nomine decorabatur. Vtramque rationem, & ex nationis distinctione, & ex diuersitate Religionis desumptam tetigit sapientissimus Lezana noster Annalium tom. 4. ad ann. 1190. num. 5. Imò etiam nunc Suriani in Hierosolymitana Ciuitate proprium habent Episcopum; vndè Bremond lib. 2 cap. 23. *Vicina è la Casa di S. Marco, doue si ritirò S. Pietro, adesso è vna Chiesa, & è la la principal residenza de' Christiani detti Suriani: il Vescouo de' quali, & i più qualificati di loro credono, che questo sia il luogo, oue il nostro Signore fece la Cena, il che l'altre nationi negano.* Et lib. 2. cap. 32. *li Greci occupano il Coro attorno al Caluario.. gli Etiopi, e Cofti, e Suriani hanno pur essi à parte le loro Capelle;* nimirum, sicut Episcopos, ità Ecclesias habent distinctas.

Cœterum concedamus Papebrochio id, quod nec probauit ipse, nec probare poterit vnquam. Concedamus dico, Dositheum Surianorum Patriarcham fuisse, quid inde? sequitur, inquit, quod eodem tempore, eadem in Ciuitate sederint Patriarchæ duo, ambo Syro-Græci, scilicet Nicodemus, & Dositheus. concedatur. At, inquit, hoc esse non potuit. quare? quia Papebrochius hoc capere non potest. ridicula sanè res. nunquid, si Papebrochius capere non posset, quommodo permaneat cœlum, propter hoc ruerent astra, mortalesque omnes Papebrochianæ incapacitatis luerent pœnas?

Sed

Sed cur id capere non poteſt ? deſunt nè exempla, quibus id confirmare poſſit ? certè non deſunt. Et primò quidem ex Baronio anno 199. fuerunt Hieroſolymis ſimul Epiſcopi, & quidem eiuſdem nationis, & Catholicæ, Sanctus Narciſus, & Alexander. Similiter ex eodem Baronio anno 370. Coſtantinopolitanæ Sedi præerant Epiſcopi, vnus electus à Catholicis, alius ab Hæreticis, & anno 1519. & 521. Alexandrinum Thronum duo occupabant Præſules, pro hæreticis Thimoteus, pro Catholicis Aſterius. Ad annum 1535. tres eandem occupabant Sedem. Ad annum verò 1572. num. 27. Spondanus tres numerat eodem tempore Conſtantinopolitani Patriarchæ titulum tenentes. Ita noſter Daniel *Speculi Carmelitani parte 4. n. 1242.* ait quod non ita pridem Kiouiæ erat, & latinus Epiſcopus, qui Polonis Catholicis præ erat, & alter Græci Ritus, ſed Catholicus, qui Ruſſis Eccleſiæ Romanæ vnitis; tertius Schiſmaticus.

Neque dicas! quod Tirius *lib. 6. cap. 23.* de Ioanne Patriarcha Antiocheno, loquens ait, quod Latini, Antiochia capta, *noſtra latinitatis Patriarcham, eo viuente, qui pridem ibi ordinatus fuerat, eligere, vel conſecrare non præſumpſerunt, ne duo vnum, & eundem Thronum obtinere viderentur; quod manifeſtè contra Sacros Canones, & contra Sanctorum Inſtituta Patrum eſſe dignoſcitur.* Nam oppoſitũ non ſemel euenit, vel ex Sacrorũ Canonum ignorantia, vnde D. Auguſtinus epiſt. 110. *adhuc in Corpore poſito Beata Memoriæ Patre, & Epiſcopo meo Sene Valerio, Epiſcopus Ordinatus ſum, & ſedi cum illo; quod Nicano Concilio prohibitum fuiſſe neſciebam*; vel ob amabile pacis bonum; alijſque de cauſis, vt fusè habe Ferdinandus de Mendoça de confirmando Concilio Illibiritano lib. 1. cap. 1. pag. 11. vbi inter multa ſic ad rem. *Non ignorabant Epiſcopi Hiſpani, Toletano Concilio conuocati, Canonem Concily Nicani, duos in eadem Vrbe Epiſcopos*

pos, aut esse, aut vocari, prohibentis; ideoque non posse in eodem Concilio duos eiusdem Vrbis Episcopos adesse, & subscribere; Arianum præsertim vnum, & alterum Catholicum; sed pacis, & vnitatis Christianæ gratia illud in Hispania Catholici Arianis Episcopis permitebant; quem admodum in Africa Donatistis Catholici. Hec ille cui addendus Papebrochius ipse, qui *tom. 3. Aprilis ad diem 25. de S. Stephano Episcopo Antiocheno agens nu. primo* Antiochiæ tres Episcopos simul agnoscit, Eulogium, pro Hæreticis Arianis, Melesium, & Flauianum pro Catholicis, remittens lectorem ad diem 22. Aprilis. Interim videri potest Ioannes Cabasutius in *Notitia Conciliorum*, vbi de Concilijs Mediolans. agit; & Carolus à S. Paulo in *Geoagraf. Ecclesiastica pag. 5. & 75.* & Abraham Ecchelensis in *responsione ad Ioannis Seldeni Origines part. prima*, quæ est de Ecclesiæ Alexandrinæ Originibus, *cap.* 13. vbi querit an tempore Apostolorum, & aliquibus subsequentibus Sæculis plures in eadem Ciuitate fuerint Episcopis, vbi affirmatiuam partem tot probat exemplis, firmat auctoritatibus, vt stultus sit qui neget.

Hæc eadem fouendæ pacis ratio militare potuit in nostro casu; quia vt inquit Lezana tom. 4. ad annum Christi 1190. num. 5. *cum prædicti Suriani Latinis Patriarchis libenter non subÿcerentur, vt habet Idem Vitriacus, oportebat sanè proprios permitti Antetistes, à quibus iuxta ipsorum mores gubernari possent*. Hoc autem euenire potuit circa Annum 1115. quando Baldouinus primus Catholicis, & fidelibus Siris, seù Surianis, vt refert Tyrius lib. 11. cap. 27. Hierosolymitanam Vrbem repleuit; quæ adeò habitatoribus vacua remanserat: *vt Rega ad cætera Regni negotia properante, Populus, qui saltem ad protegendos Ciuitatis introitus, & Turres; & Menia, contra repentinas hostium irruptiones muniendа sufficeret, non remaneret*. Immò Franciscus Niger in Volumine cui titulus:

Histo-

Historia della Sacra Cruciata, Hierosolymitanum Patriarcham Græcum Simeonem, non tempore obsidionis Hierosolymitanæ, vt scribit Albertus Aquensis mortuum: sed ad suam sub Latinis Victoribus Sedem reuersum affirmat; deque illo sub Gotifredo num. 245. hæc habet: *fatte dalli Soldati auanti il Santissimo Legno della Croce, portato nelle mani del Patriarcha Simeone; al Ferro della sacra Lancia, portato dal Venerando Pontiò Abbate di Clugni; & al Latte della Gloriosa Vergine, portato dal Vescouo di Bethleme, come affermano Anselmo Abbate di Camblaco, & altri; che tutti trè ammantati di Piuiali, con le Mitrie in Capo, caualcauano auanti le Squadre, à guisa di Condottieri, nell' andare verso i Nemici; & n. 257. l'essere la Santa Città proueduta di Clero Latino non riusciua il Patriarcha Simeone Capo adequato per l'vna, e per l'altra Natione.*

Ceterum non multum refert ignorari, an ab initio Regni, Patriarcha illo Sanctissimo, vt ait Albertus Aquensis in *Chronico Hierosolymitano lib. 6. cap.* 39. in Insula Cypro, tempore Obsidionis Hierusalem, ex hac vita sublato, ipsis saltem Surianis Præsul alter, Patriarchali insignitus dignitate, vel Nomine; an posteà temporis successu à Latinis fuerit permissus. Sicut enim Papebrochius ad diem 23. Aprilis de Sancto Giorgio Episcopo Suessi in Sardinia agens num. primo, ante vitam, ait: *Qui nam Istic Episcopi, & à quo tempore sedere cœperint; quo ve desierint, deficientibus Scripturarum monumentis, ignoramus.* Ita & nos dicimus: Nec mirum est temporum illorum res gestas obliuione, obscuritateque inuolui; quandoquidem recentissimarum rerum memoria per varios dispersa casus, misere euanuit. Sic Daniel Bartolus Iesuita in opere cui titulus *La Cina* lib. 4. pag. 1052. ait *de due anni appresso, che furono il trentacinque, e il trentasei, per le memorie di tutta la Missione Cinese, smarritasi in gran parte, non hò, che poter dire espresso degli auanzamenti, così in virtù*

virtù, come in numero, di quella nobile Christianità. Ità & Petrus Ribadaneira Iesuita in Vita Beati Francisci Borgiæ lib. 3. cap. 13. inquit. *Mi sono disteso alquanto nello scriuere le fondationi di queste Case, e Colleggi . . . può stare, che vi siano alcune altre fondationi, le quali, per essere in parti molto remote, ò per nō hauerne potuto sapere particolarmente l'anno, nel quale si fondarono, ancorche l' habbia molto ricercato, si tralasciano di raccontare.* Nemo igitur dicat: Huius Patriarchatus, Episcopatus, Regni, &c. ignoratur Initium, ergo non est, non fuit. Celeberrimæ quidem res Franciæ Pares, ac Parisiense Parlamentum; Aubery tamen in tractatu de Regal. pag. 200. inquit: *à multis dubitari in Gallia à quo Regum Parisiense Parlamentum institutum fuerit; licet communis opinio ferat id factum esse à Philippo Pulchro; testaturque pag. 202. quod Origo Parium Franciæ, vulgo des Pairs de France, est aque obscura, ac Origo Nili, & si aliqui illam Philippo Pulchro ascribant.*

At inquies: constat Latinos permisisse Syro Græcis, sub Imperio suo in Palestina constitutis, habere proprij ritus Episcopos; dubito etiam an Patriarcham. quare? quia exemplum, quo id affirmem, nullum reperio. Sed in primis hæc obiectio retorqueri potest sic: quod Saraceni Græcum in Hierosolymitana Ciuitate Patriarcham ab Isaacio institutum permiserint, dubito; quia non inuenio Exemplum, quo id confirmem; Immo quod sub Saracenis in Hierosolymitana Ciuitate Græcus Patriarcha fuerit admissus, negat illius temporis Scriptor Theodorus Balsamon, de quo Baronius ad annum Christi 1191. sic habet: *hoc eodem anno Giorgius Xiphilinus Constantinopolitanus Patriarcha sedere cepit.*

Huic autem Xiphilino Teodorus Balsamon obtulit commentarium à se scriptum super Canones . . . hic Balsamon titulotenus dicebatur Antiochenus Patriarcha, cum illic consistere non valeret, sed Latinus eiusdem Ecclesia Patriarcha sedens, rerum

Domi-

Dominus, non sineret Græcum Patriarcham illuc accedere. Hec Baronius.

Cœterum Balsamon; in illo Commentario Parisijs edito anno 1620. in Can. 16. Synodi Antiochenæ, sic habet.

Notã, quod sæpe in Synodo quæsitũ est; quis est is qui vacat.. & placuit omnibus eum dici vacare qui non potest proficisci ad eam Ecclesiam, ad quam renunciatus est; eo quod vel à gentibus impijs, vel etiam ab Hæreticis occupetur; & fortasse etiam profanetur.. nec sinatur Antistes pedem in eam immettere; cuius modi est etiã hodie Hierosolymitana Ecclesia, Antiochena, Tarsensis, & aliæ. Hierosolyma enim ab Impijs Saracenis polluta sũt. Thronus Antiochenus à Patriarcha Latino detinetur; & Tarsus ab Armenis. Reliqua verò Hierosolymorum Antiochia, & quadam Orientales Constantinopolis Ecclesiæ, non reputantur vacare, quatenus Latini, & reliqui Agareni permittunt Antistitibus Ecclesias Episcopaliter administrare, & Christianorum, qui illuc sunt, Curam gerere; vnde & huiusmodi Ecclesiarum vocati Antistites debent proficisci. Hæc Balsamon.

Respondeo secundo, similia exempla non deesse; nam ante Dositheum, teste Niceta, erat Patriarcha Leontius; ante Leontium Athanasius, & quidem Hierosolymis existens. Græci ergo sub Latinis suum habuere Patriarcham. Hierosolyma quippe Capta fuit à Saracenis anno Domini 1187. 4. Kal. Octobris; Athanasius autem, teste Baronio, obijt circa annum Domini 1188. & non paruo tempore Patriarchatus munus gessit, vt constat ex epistola Georgij Metropolitæ Corcyræ ad Athanasium; quam refert Baronius ad annum Domini 1188. in illa autem Georgius sic. *Hierusalem. Hierusalem; quoties volui Colligere me ipsum, & omnium, quæ apud vos sunt, oblitus, recurrere ad Sanctissimum istum verticem tuum, vt viderem... & vt conuenirem Patriarcham tuum, virum videlicet virtute Inaccessibilem, & Incomparabilem, & qui Immortalis memoriæ iam bene refert præmia?*

 Cui

Cui quidem respondens Athanasius, sic inter cœtera. *Hierusalem, igitur Hierusalem, fuit quidem ædificata aliquando, vt Ciuitas cuius participatio in Idipsum: nunc verò . . . iacta-ta . . . fluctibus malorum, o innumerabilia peccata mea! o Diuinum, & iustum Iudicium! a quo constitutus sum ego indignus deplorator huius Throni, qui mihi fortè datus est, vt initium faciam lamentationum erga te, delecte mihi Caput. Nihilominus veneranda littera tua, Reuerendissime Domine mi, in memoriam reuocant miserias quæ nos agunt, tum ab impijs hominibus, tum ab Irreligiosis, dum vtrique contendunt, hanc infelicissimam* Syon *Sedem occupare*. Qua ergo ratione Latini, Græcis, ita & Surianis, vt suæ nationis Patriarcham haberent, concedere potuerunt. Sed neque necesse erat aliquod simile referre exemplum; vt enim ait Bolandus in præfatione generali ad acta Sanctorum. Si Liuius hoc narraret, *vnde constaret tibi, Liuio narrante? fide humana opinor, quæ & hic locum habet*. Sed & circa annum 1228. Recipientibus iterum, vel recipere sperantibus Patriarchalem Sancti Sepulchri Latinis, Templum Domini Patriarchalis Sedes factum est, vt ex oculato teste dicimus num. 26.

At iterum insurgit: Patriarcham Surianis concedendi non reperio necessitatem; quia simplex Episcopus Græcus à Latino Patriarcha approbatus, abbundè eo loco, ac tempore sufficere poterat. Verum hæc obiectio vrget nihil; non enim omnia ad sufficientiam; sed ad honorem multa, & voluptatem fiunt. Hinc Ioannes Cassabucius in Notitia Conciliorum, de ordine, & consessu in Nicęna Synodo agens, hæc habet; *Decrescente demum, & Religione, & potentia Græcorum, simulque eorundem crescente superbia, captum est nouum in Oriente genus Archiepiscoporum nominetenus, qui tametsi nullis præessent Episcopis, ex rescripto Imperatoris hoc iniuste Nomen adipiscebantur*. En absque necessitate, & solius honoris causa institutos Archiepiscopos. Hinc crudi-

tissimus

tissimus Leo Allatius in opere de perpetua Cõsensione Orientalis cum Occidentali Ecclesia lib. 1. cap. 25. num. 7. sic: *fuerè quoque apud Occidentales, apud quos vilius id nomen fuit, præter Romanum Pontificem, & alij Patriarchæ. dixi: vilius id nomen fuisse, cum pro Archiepiscopo Patriarcha nomen vsurparetur* en quibus Archiepiscopi titulus sufficiebat; Patriarchæ nomen attributum. Videatur Papebrochius ipse in *Sanctorum Actis, ad diem primam Martij, de Sancta Eudosia Martyre, in præuio Commentario, num.* 14. vbi Regis appellationem multis attributam asserit, quibus minor valdè titulus sufficiens erat: & Henricus de Noris in *Dissertatione Historica cap.* 10. Vbi ostendit multis nomen Patriarchæ attributum, qui solo Nomine erant Patriarchæ. Videatur etiam Ioannes Philippus de Marinis e Societate Iesu in opere cui titulus: *Historia del Tunchino, e del Giappone. Part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 44.

Deniquæ peto, cur non putet Papebrochius abundè eo loco, ac tempore sufficiens fuisse Dositheum esse tantummodo Episcopum? An quia Græcorum Episcopi plures erant, quorum propterea Caput Patriarcha meritò appellatum? At Surianorum Episcopi, vt ex Iacobo de Vitriaco vidimus, plures erant: & Papebrochius ipse in Historica Reflexione num. 3. concedit; eadem ergo ratio vtrobique. Vterque ergo & Nicodemus, & Dositheus Patriarcha dicatur Hierosolymitanus, quorum tamen Dositheus extra Hierosolymam, vt ex Balsamone vidimus, Nicodemus verò intra, Sedem teneret. Sic, vt notat Spondanus ad annum Christi 321. num. 2. Donatistæ aliquem ex suis mittebant Romam, qui ibi Episcopum ageret; Cœterum à Romana Ciuitate exclusi, in quadam Vicinorum Montium Spelunca Conuenticula Celebrabant; vnde vt Optatus lib. 2. tradit, dicebantur: *Montenses*: quo etiam nomine à S. Hieronymo *epist.* 133. appellantur; quos Diuus Augustinus de Vnitate Eccle-

ſiæ *Rupitanos*, à rupe nominat. Facit ad hanc rem, quæ apud Baronium ad Annum 1187. Henrico Anglorum Regi ſcripſit Terricus magnus præceptor: ait enim: *Sciatis, quod Hierusalem, cum Arce Dauid, reddita eſt Saladino: Siriy autem habent Cuſtodiam Sepulcri vſque ad quartum diem, poſt feſtum Sancti Michaelis.* Quibus adde, quod Willelmus ab Oldemburg Canonicus Hidelſemenſis in Itenerario Terræ Sanctæ anno 1211. ſic ad rem: *Et nota quia ipſa Eccleſia, & Sanctum Sepulcrum, & omnia, quæ intus ſunt contenta, a quatuor Sacerdotibus Surianis, qui exire non permittuntur, in bona deuotione cuſtodiuntur; quæ omnia ipſi Saraceni relinquerunt illæſa; quod potius ex Diuina voluntate, quam ex ipſorum accidit beneuolentia.* qui etiam de Valle Ioſaphat loquens inquit. *In cuius capite vidimus Eccleſiam Optime Ornatam, & in medio via monumentum... in quod aliquando Apoſtuli Immaculatum Corpus B. Virginis depoſuerant.. quod nunc temporis Suriani Sacerdotes, Saracenis tributarÿ, in Condigna, veneratione obſeruant.* & de Monte Syon ait: in *Summo illius.. habetur quoddam largum.. Cœnobium, in quo manent Suriani Saracenis Tributarÿ.*

Poſtremo ad illud, quod Linea iſta Patriarcharum Syro-Græcorum Catholicorum ſolum nominatur in Vita D. Angeli; & quod illius lineæ primus eſt Nicodemus; Reſpondeo totum eſſe falſum; nam Surianos Patriarchas etiam antè Nicodemum; immò antequam Hieroſolyma, ſub Latinorum poteſtate redigeretur, fuiſſe fideles, ſupra ex Iacobo de Vitriaco vidimus, & infra ex Tyrio dicemus; ſed etiam ſi vera eſſent à Papebrochio obiecta; tamen nihil nouum obijciſſet: ſimile enim exemplum habetur in Vita Pauli V. Pontificis à Bzouio ſcripta cap 26. vbi agit de Chaldeis Neſtorianis ad Catholicam fidem ſub Iulio III. Conuerſis, deque eorum Patriarcha Simone Sulacha, Ordinis S. Pachomij Monacho; viderique poteſt Fauſtus Naironus Maronita in

Diſſer-

Dissertatione de Origine Maronitarum pag. 48. *&* 49.

Quod postea Nicodemus tantummodo in Vita S. Angeli Patriarcha nominetur, mirum Papebrochio esse non debet, qui libentissimè Dositheum Patriarcham in ipsamet Hierosolymitana Ciuitate residentem agnoscit, etsi Auctorem, à quó Patriarcha nominetur, neminem adducat, preter Nicetam; qui tamen non ita clare asserit Dositheum in Sancta Ciuitate Dominium, Mansionemque habuisse, quin aliter intelligi possit; Balsamonis præsertim testimonio clarissimè oppositum affirmante.

Verum est vtique, quod apud Allatium de Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis, perpetua consensione lib. 2. cap. 13. num. 2. de Isaacio Imperatore ait Euphemius Chonografus. *Presulem Syonis nomine Theodosium, Latinis Oriundum... in sedem Constantinopolitanam euexit:* sed neque ex huius Auctoris verbis colligitur, quòd intra Hierosolymam Dositheus suam teneret Sedem; & variatio nominis, si non dubitandi ansam moderatis lectoribus; certè cauillandi de Nicetæ fide occasionē pruriginosis ingenijs præbet. Interim patet ex dictis, quid ponderis, quidue veritatis habeant, quæ de Patriarchis Græcis, post eiectos Latinos, captauè iterum à Saracenis Vrbe, habet Papebrochius in Patriarcharum Hierosolymitanorum Chronologica historia. *num.* 278.

DVBIVM III.

De Surianorum Fide.

SVrianos (qui etiam *Melchitę*, vt refert Ioannes Morinus *part. 2. pag.* 478. *de sacris Ordinationibus, præfatione in ritum Syrorum, & Iacobitorum*; & etiam *Grçci-Arabes*, vt scribit Ioannes Bona *Rerum Liturgicarum lib. 1. cap. 9. nu. 5.* vocantur) gentem esse à diebus antiquis in Terra Sancta com-

commemorantem, teste Iacobo de Vitriaco *cap.* 74. Historiæ Orientalis, certum est: cui vt fusè narrat Tyrius *lib.* 9. *cap.* 18. anno ab incarnatione Domini 1063. trigesimo sexto ante Vrbis Liberationem, quarta Hierosolymitanæ Ciuitatis pars à Saraceno Principe data fuit.

Papebrochius in *reflexione Historica num.* 7. & 8. relatam Synodum in suspitionem falsitatis, & fictionis reuocare conatur, argomento deducto ex Schismatica Surianorum fide: quam probat primo ex Iacobi de Vitriaco Auctoritate: nam Surianos vocat homines magna ex parte Infideles. Secundò, quia Syro-Græcos Episcopos Chatolica vnione coniunctos, cum Latinis in Terra Sancta, Saltem pro isto, de quo agimus, tempore, nullos nouerunt historici. Tertiò, quia si aliqui eorum seriò amplexi sunt Catholicam vnionem, quando sub Latinorum Dominatu erant, eos omnes, aut plerosque credit redijsse ad vomitum. Probat, quia, sic de facto vidimus accidisse Hierosolymis, vbi mox, atque Vrbs capta fuit, receptos, dixit Patriarchas Græcos, à Græco Schismatico Imperatore Missos. Quartò quia Suriani ferebãt egrius suas à Latinis Ecclesias occupari, reliquias distrahi, ritus negligi, se ipsos censuris eorum grauari, Imperium denique ferè totum obtineri; ideò pertinaci planè Schismatè à Latinis dissidebant.

Verum si de Græcis in Vniuersum Loquamur, non omnes circa annum Domini 1222. à recta recesserant fide; Immò multi præclari viri, de Latinis rectè sentiebant, vt fusè probat Ioannes Morinus de Sacris Ordinationibus *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. quod confirmari potest primo ex Baronio ad annum 1191. vbi de Balsamone contra Latinos Scribente ait: *Cæterum scias ipsos suos* (græcos scilicet) *aduersatos esse responsioni Theodori Balsamonis ad Marchum Patriarcham, de non communicando cum Latinis, quos ipse execrandos affirmat, veluti hæreticos; quibus planè apparet... Latinos à Græcis nunquam*

vt Hæreticos fuisse damnatos, publiceque reiectos ... addit præterea, Demetrius in eadem responsione, id vsu probatum, quod scilicet nunquam intercepta, vetitaque fuerit communicatio his temporibus inter, Græcos, atque Latinos, vt Græci cessauerint adire Latinorum Ecclesias, & cum Latinis orare, & Sacrificijs interesse: ait enim post alia multa; repletur autem, & Italia Diuinorum Apostolorum, & Martyrum Templis, in erque summum obtinet locum Romæ Inclytum Petri Apostolorum Coriphei Templum. in quo nostrates Ingredientes, tam Ecclesiastici Ordinis, quam Laici vota faciunt ad Cælum, & Sanctis, qui in eis Coluntur, debitam venerationem. & honorem exhibent, nec præiudicium sustinent; quod videlicet in Latinorum sunt Templis.

Secundò, ex Leone Allatio de Ecclesiæ Occidentalis, atque Orientalis perpetua Consensione *lib. 2. cap. 13. num. 2. neque Græcos ait, maxime primarios à Latinis ipsis hac eadem ætate fuisse animo alieno, vel indè probari potest, quod Isaacius Angelus Imperator Dositheum studiosum gerere Latinum, Venetijs oriundum, post Leontium, Hierosolymorum Patriarcham designat.* Probat etiam *lib. 2. cap. 11. num. 4.* argumento deducto ex Ioanne Fhoca, ex cuius libello constat, quod Constantinopolitani Imperatoris Imagines in Latinorum Templis honorificè asseruabantur.

Tertiò, probari potest ex eo, quod Frãciscus Longi Capuccinus in Breuiario Chronologico sub anno 1215. habet, ait enim: *eodem anno Concilium General Oecumenicũ Lateranense Celebratum fuit; omnium vtiq; qui in Europa habita sunt, Celeberimum. Interfuerunt... Archiepiscopi tum Græci tum Latini septuaginta: Episcopi 400. Abbates 12. Priores Conuentuales 800. simul omnes Patres fuerunt 1285. tum Græci erant cum Latinis coniuncti.*

Quod eo tempore, quo Sancta Ciuitas in Latinorum Potestatem redacta fuit, Suriani Hierosolymis existentes verè adhe-

adhererent fidei, testatur Iacobus de Vitriaco *c.* 20. dicens, *Suriani verò, & alij Fideles, &c.* hoc quoque habetur ex Tyrio *lib.* 1. *cap.* 11. de Hierosolymitano Patriarcha sicuti de Antiocheno *lib.* 4. *cap.* 9. & *lib.* 6. *cap.* 23. qui etiam *lib.* 11. *cap.* 27. enarrat; qualiter Græci Arabes, seù Suriani à Baldouino Rege, tanquam Catholici, & fideles, ad Sanctam Ciuitatem inabitandam euocati fuerunt.

Quod autem anno 1220. quando Iacobus de Vitriaco, testè Papebrochio in historia Chronologica *num.* 229. suam historiam scribebat, Suriani essent Schysmatici, ità quod nec Patriarcha, nec vllus alius esset Catholicus, nullo asseritur fundamento, nam si Iacobus *lib.* 1. suæ Historiæ Orientalis *cap.* 74 ait. *Suriani magna ex parte Infideles*; non sequitur quod omnes: sic Dodechinus Abbas, antiquissimus Auctor, vtpotè qui floruit circa Annum 1200. in continuatione ad Chronica Mariani Scoti ad annum 1089. scribit. *per idem tempus Catholici in Ecclesia rari habebantur, Schismatici verò multiplicabantur.* an indè inferas, quod Pontifex non esset Catholicus? quod nulli Episcopi essent Chatholici? adde Iacobum minimè loqui de Surianis sub Saracenorum Dominio existentibus; ait enim. *Suriani... magna ex parte Infideles... Latinorum verò Pralatis, in quorum Diocæsibus commorantur, non ex corde, sed ore tantum, & superficialiter se dicunt obedire, timore, scilicet Secularium Dominorum.* Immo Canonicos Regulares Surianos Hierosolymis existentes agnoscit Catholicos. ait enim *cap.* 58. *in Ecclesijs autem Templi Domini, & Montis Syon, & Montis Oliueti sunt Abbates, & Canonici secundum Regulam prædictam Sancti Augustini Domino militantes.* at anno 1220. in dictis Ecclesijs non erant Canonici Latini, si quidem fatente Papebrochio in Historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum *n.* 278. expulsis Latinis omnibus: *remanentibus in Vrbe sancta Syro-Græcis post Vrbem anno 1187. captam, vsq; adeo benignè*

vsi

vsi sunt Saraceni, vt excepto Templo Salomonis, Ecclesias eis suas, ac nominatim Patriarchalem Sanctæ resurrectionis, cum Sepulcro Domini relinquerunt liberas: & in annotatis ad *cap.* 2. Vitæ S. Angeli: *Capta Ciuitate Latinis Omnibus eiectis, atque adeo Sanctimonialibus Benedictinis; quæ Abbatiam S. Annę tenebant, potuerunt in harum locum Monachi Suriani Successisse*. Neque dicat quis quod Iacobus loquatur de Canonicis Latinis qui circa annum 1186. ante Captam anno 1187. à Saracenis Hierosolymam, in illis extabant Ecclesijs, & anno 1220. Latinum Patriarcham Accone (vt ex Innocentij III. Epistola ad Albertum Patriarcham anno 1205. vt rectè noster Lezana ad annum 1204. tom. 4. annal. num. 3. non autem anno 1204. vt malè Papebrochius tom. 1. Aprilis ad diem 8. de S. Alberto cap. 3. num. 17. data constat) profugum comitabantur; nam Iacobus non ait (erant) sed ait (sunt) at illi Canonici si fuissent Schismatici, non Deo, sed Diabolo militassent. Vtrum autem quando ait: *Patriarchalis si quidem Eccl. sia, quę est Dominici Sepulchri, sub Monte Caluario, Canonicos habet Regulares, secundum Habitum, & Regulam Beati Augustini viuentes; habent autem Priorem, ad quem cum dictis Canonicis, pertinet eligere Patriarcham, qui est illis loco Abbatis*. Loquatur de Canonicis Surianis Regularibus tunc temporis, cum suo Patriarcha Suriano Hierosolymis in Patriarchali S. Sepulchri existentibus: an verò de Canonicis Regularibus Latinis Accone, cum suo Patriarcha Latino profugis, non definio. Sed tria hic asseri possunt. Primum est, quod anno 1220. Suriani Hierosolymis suum habebant in Patriarchali Sancti Sepulchri, Patriarcham; & hoc concedit Papebrochius in Patriarcharum Hierosolymitanorum historia Chronologica *num.* 278. secundum est, probabilissimum esse Canonicos Patriarchæ inseruientes fuisse Regulares: nam quando à nostris anno 1099. Capta fuit Hierosolyma, Suriani Patriarchæ Canonicos fuisse Re-

golares probat Pinnotus in sua tripartita Historia; & noster Enoch, sub Latinis Surianorum Patriarchæ Templum Domini pro sua Patriarchali Sede assignat; in quo Templo Canonici Regolares erant.

Tertium est quod etiam si supponamus Iacobum in relatis verbis loqui de Canonicis Regolaribus Latinis, cum Latino Patriarcha Accone profugis; diuersa tamen est ratio de Ecclesia Patriarchali, ac de Ecclesijs Templi Domini, Montis Syon, & Montis Oliueti; de prima enim ait; *Patriarchalis si quidem Ecclesia Canonicos habet*; quæ verba possunt esse vera, siuè Canonici essent Hierosolymis, siuè Accone: at de alijs Ecclesijs. Inquit: *in Ecclesijs autem Templi Domini, Montis Syon, & Montis Oliueti sunt Abbates, & Canonici*; quæ posse esse vera non videntur, nisi Canonici in dictis Ecclesijs de facto manerent.

Hoc quoque notandum est, quod circa annum 1188. Capta à Saracenis Hierosolyma, Surianorum Patriarcha, relicto Templo Domini, & in Episcopalem Sedem commutato, in sua antiqua Patriarchali Dominici Sepulchri residebat. At verò circa annum 1229. vel paulo antea, obtinentibus iterum Latinis, vel saltem se obtinere sperantibus Patriarchalem Dominici Sepulchri, seù Sanctæ Resurrectionis, iterum Templum Domini Sedes Patriarchalis facta est. Totum hoc videtur mihi Innui à Geraldo, apud Odoricum Raynaldum *tom. 1. Annal. ad annum 1229. num. 15* ibi enim extant Capitola Treguæ Federici cum Sultano Babiloniæ à Geroldo Patriarcha Ierosolymitano, & Legato Apostolico ad Gregorium Nonum transmissa, cum Notationibus eiusdem Patriarchæ ad quodlibet Capitulum, & cum Capitulum Secundum contineat, quod Templum Domini, & Templum Salomonis, maneant in Saracinorum potestate: *qui ea ad orationes suas fundendas, suamque legem proclamandam obtinebunt, nulla his prohibitione, aut contradictione facta*. Quartum

tumque Capitulum contineat quod nullus Francus possit ingredi Templum Domini, nisi in illius Templi dignitatem, Maiestatemque credat. Geroldus hæc Capitula vituperans, ad quartum inter cætera sic scribit: *Item notandum, quod Templum Domini fuit primo Sedes Episcopalis, qua nunc Patriarchalis facta est; & nunc ibi Sedes est Mahometis*: quod si quis petat, cui noua illa Patriarchalis destinata erat, non video, quid rationabiliter, & cum aliquo fundamento responderi possit; nisi quod destinata erat Surianorum Patriarchæ, vtpotè à sua antiqua Patriarchali Dominici Sepulchri iterum excluso.

An autem Surianorum Patriarcha Latino Patriarchæ subditus esset, eo modo, quo minores Patriarchæ Orientis, vt Maronitarum, Armenorum, Caldæorum, Assyriorum, Georgianorum, Etyopum, sunt de Iure, & aliqui de facto, subiecti quattuor maioribus Patriarchis, vt obseruat Varicelli in *tractatu de Apostolicis Missionibus quæst.* 84. *num.* 4. non dico. Cœterum non videtur; cum haberet Ius Episcopos sibi subditos ad Concilium vocandi; vt enim ad *Can.* 17. Synodi Generalis. Scripsit Parisiensium Episcopus de Marca *lib. cap.* 6. §. 2. *Ius Patriarcha in eo versatur; vt Episcopos sibi subditos ad Concilium Euocet, Ordinationes Episcoporum Celebret, & de maioribus Causis Iudicium ferat*. Nisi quis dicat Concilium istud euocatum Pontificis iussu, vt scribit Ioannes Antonius Philippinus in Vita S. Angeli Italice edita.

Quia tamen Innocentius III. *lib.* 3. *epist. Epist.* 84. inter editas à Francisco Bosqueto, refert qualiter Archiepiscopus Thessal. scripserat ad Innocentium, quod licet Ecclesia S. Demetrij Thessal. pertineret ad eius Iurisdictionem, sibi tamen placebat, vt Canonici Regulares Latini S. Sepulcri, illam tenerent; his tamen inter cœteras conditionibus: *Præterea Prior, qui in Ecclesia sepe dicta S. Demetrij pro tem-*

pore à Patriarca Hierosolymitano, & Capitulo suo fuerit delegatus, mihi, & successoribus Canonicè intrantibus obedientiam, & reuerentiam tenebitur exhibere. Matrici insuper Ecclesia Thessalonicensi, & mihi, meique successoribus in dicta Ecclesia, omni Iure, & Libertate nostra, sicut & in alijs Ecclesijs eiusmodi plenariè reseruatis, salua Domini Patriarcha Hierosolymitani, & Capituli sui in omnibus obedientia, in ipsum Priorem, & Canonicos, & alios Religiosos ibid. commorantes. Ita fieri potest quod hac ratione Canonici Regulares Suriani tenerentur Patriarchæ Latino Obedientiam, & reuerentiam exhibere. Probabile enim est à Latino Patriarcha in illis Ecclesijs introductos fuisse: Etenim Godefridus Bulionus, vt scribit Tyrius *lib. 9. cap. 9. postquam Regnum obtinuit, paucis diebus interpositis.. in Ecclesia Dominici Sepulchri, & Templo Domini Canonicos instituit... Ordinem, & institutionem seruans, quas magna, & Amplissima, à pijs Principibus fundata vltra montes seruant Ecclesia.* At Canonicos istos Seculares à Godifrido introductos expulit Arnolphus creatus Patriarcha Latinus anno 1111. vndè Tyrius *lib. 1 . c. 15.* conquæritur de illo, quod *Ordinem, quem Primi Principes studiosè, & cum multa deliberatione instituerant, Canonicos Regulares introducendo, commutauit.* Sic Papebrochius. *tom. 1. Aprilis ad diem* 8. *de S. Alberto num.* 86. 87. explicat Tyrium. Et in Historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum *num.* 197. *& Henschenius tom.* 3. *Februarij. ad diem* 18. *de S. Theotonio fol.* 112. *litt. N.* Sic: *Canonicos à Godifrido Bullliono, creato Rege Hierosolymorum in Ecclesia Dominici Sepulchri constitutos fuisse tradit Tyrius lib 9 cap. 9. qui lib. 11. c. 15. scribit pro illo Clero introductos esse Canonicos Regulares ab Arnulpho Patriarcha constitutos anno 1111.*

Ex his probabiliter deductis, hoc argumentum conficio: Noster Enoch Auctor Coeuus affirmat circa annum 1222. Patriarcham Surianum Hierosolymis existentem fuisse Catho-

tholicum: illius historia non solū non repugnat illius temporis historicis, sed potius illorum dictis cohæret, ergo vel illi non est neganda fides, vel ferè omnia Sanctorū acta, quæ Sanctæ Sedis approbationem non habent, ad fabulas, & commenta sunt releganda; quod quidem argumentum alio in Opere latissime prosequimur.

Quod similitèr Surianorum Monachi, saltem quam plures, vitam Sanctissimam agerent, habetur ex eodem Iacobo de Vitriaco *cap.* 52. Historiæ Orientalis; ibi enim sic: *Quamplures verò in solitudinibus Iordanis, vbi Beatus Ioannes Baptista, fugiens hominum turmas, vt liberius Deo vacaret, ab annis puerilibus, delituit, mortui mundo, vt viuerent Deo, quietis sibi sepulcrum elegerunt; in hac autem solitudine, non nisi Locustas, cum melle Beatus Ioannes edebat: est autem in partibus Syriæ, plerisque consuetudo, adueniente Locustarum multitudine, eas eligendo, & congregando, ad Victum reseruare... quæsiui diligenter à quodam Surianorum Monacho, cuius Cœnobium in partibus illis erat, habens maximam Monachorum Multitudinem sub vno Abbate vitam arctissimam ducentium, cuiusmodi essent Locustæ, quas in solitudine Iordanis Beatus Ioannes manducasse perhibetur.*

Vbi vides inter eos, qui in Iordanica solitudine, Præcursoris nobilitata incolatu, mortui erant mundo, vt viuerent Deo, adnumerari Surianorum maximam multitudinem, sub vno Abbate Vitam arctissimam, seù, vt in alijs Codicibus habetur, Vitam Sanctissimam ducentium. His dictis consonant ea, quæ habet *capit.* 32. de Antiochia, scribens: ait enim: *Habet autem à Septentrionali parte Montem quendam, qui Montana Nigra dicitur; in quo sunt multi Eremitæ ex omni Gente, & Natione, & quamplurima Monasteria, tàm Græcorum quàm Latinorum.* Tyrius verò *lib.* 4. *cap.* 10. de hoc eodem Monte loquens ait: *vbi: & priscis temporibus multa traduntur fuisse Virorum Religiosorum Monaste-*

ria, & vsque in præsens Deum timentium plura loca fouet, & nutrit Venerabilia. In hoc autem Monte, tum quando Tyrius, tum cum Iacobus de Vitriaco scribebat, Religiosos Carmelitas fuisse, testatur Guiglielmus de Sanuico in Chronica Ordinis. Auctor igitur iste qui vixit anno Domini 1280. & in Carmelo fuit Prior circa annum 1289. & cuius Antiquitatem agnoscit; faseturque Papebrochius, *cap. 1.* sic habet: *Nonnullos quoque eorum duxit Americus Patriarcha Antiochenus in solitudinem Montis Neroi, qui alio nomine, Montana Nigra appellatur; vbi in Antris absconsam vitam Domino seruabant.* & *cap. 2. In eadem quoque Prouincia, procedendo versus Aquilonem, occurrit Mons, dictus Neroi.... in huius Montis Solitudine ædificauerunt Fratres nostri Ordinis, & habuerunt sua Religionis Monasterium.*

Ex quibus omnibus habes, quod licet à Iacobo de Vitriaco cap. 74. *Suriani... homines magna ex parte Infideles, duplices, & more Græcorum dolosi*: dicantur; non tamen de omnibus Græcis hoc verum erat; & licet scripserit: *etenim tàm Græci, quàm Suriani, occasione Symboli, quod in Nicæna Synodo composuerunt Sancti Patres, mirabiliter decepti, negant à Filio procedere Spiritum Sanctum.* Non tamen omnes, maximè Religiosos viros, eo in errore fuisse: etenim si dolosi, si Schismatici; quomodo Deum timentes? Idem dicendum à pari; immò à fortiori, de Surianis, de quibus clarissimè ait: *magna ex parte Infideles*: innuens, quod non omnes.

Addendum modo, quod apud Orientales nationes Patriarchæ, & Episcopi ex religiosis Familijs assumebantur. De Nestorianis habet Bzouius in Vita Pauli V. cap. 26 De Græcis Petrus à Valle epistola 11. num. 20. De Maronitis Dominicus Macer in Libro, cui titulus. *Viaggio alli Maroniti*, vbi cap. 7. reddit rationem, dicens: *li Sacerdoti sono ammogliati, prendendo Moglie prima di ordinarsi in Sacris,*

Ver-

Vergine, & vnica; la onde tutti li Vescoui sono Monachi per l'ordinario, ritrouandosi pochi Sacerdoti celibi: Addit Bremond. Lib 2 cap. 22. suorum Itinerum, quod si Patriarcha electus apud Maronitas. *non hà fatto professione nella Regola di S. Antonio, è necessario che la faccia; essendo questo il fondamento della loro Chiesa.* De Surianis noster Enoch cap. 21. Si igitur Religiosæ familiæ à recta non recedebant fide, consequens est, vt nec Episcopi, ac Patriarchæ ex illis assumpti. Confirmari potest per ea, quæ Franciscus Longi scribit in Breuiario Chronologica ad annum 1215. ait enim: *Eodem anno Concilium Generale Oecumenicum Lateranense Celebratum fuit.... Interfuerunt duo Patriarcha Orientales, Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus. Antiochenus morbo impeditus suos Legatos misit idem quoque fecit Alexandrinus Patriarcha, qui ab Ægiptis impeditus fuit proficisci. Archiepiscopi tum Græci tum Latini, septuaginta.. tum Græci erant cum Latinis coniuncti.*

Adde quod Iacobus de Vitriaco in Epistola circa annum 1219. ad Honorium III. scripta, & in exercitu propè Damiatam data, & ab Acherio in tom. 8. sui Spicilegij relata, inquit· *hoc præsenti anno, Suriani, qui nobiscum erant in exercitu, Librum alium antiquissimum de Antiquis Armarijs suis nobis ostenderunt.* Cum igitur, & Milites, & Sacerdotes Suriani in Latinorum exercitu reperirentur, & pro Latinis Militarent, videat Papebrochius quo fundamento scribat, quod Latinorum Imperium odio habebant.

Ad primum igitur Papebrochij argumentum ex auctoritate Iacobi de Vitriaco desumptum, qui cap. 64. vocat *Surianos magna ex parte Infideles.*

Respondeo primo, quod Iacobus non loquitur de illis, qui sub Saracenorum Iugo, in Hierosolymitana Ciuitate, & circa eam mansiones habebant; quosque cap. 20. fideles appellauerat; sed de illis, qui à Saracenica seruitute liberi,

ri, Latinorum parebant Imperio, vt ex Iacobi verbis clarissime patet.

Respondeo secundo, quod si ex magna parte Infideles, ergo aliqui fideles; & hoc sufficit, ne Iacobus, & Enoch contraria loquantur; dum vnus de Surianis fidelibus, alter de Infidelibus loquitur. Quod autem Iacobus velit magnam illam partem fuisse Infidelem, non adeo nos cogit, quin Iacobum deceptum putare possimus; Sic Tyrium lib 22. Belli Sacri cap. 8. de Maronitis tanquam de hæreticis loquentem Faustus Naironus in libro de Maronitarum Origine pag. 8., redarguens, deceptum ostendit.

Ad secundnm, in quo dicitur: *Syro-Græcos Episcopos Catholica vnione in Terra Sancta cum Latinis Contunctos, saltem pro isto, de quo agimus tempore, Nullos nouerunt historici.*

Respondeo, iam supra num. 26. ostensum esse, agnitos fuisse à Iacobo de Vitriaco cap. 74 historiæ Orientalis lib. 1. dum ibi agnoscit inter Surianos fuisse partem vnam fidelem; & de omnibus pronunciet, quod habebant proprios Episcopos Græcos, & quidem Catholici Catholicos; neque enim credibile est, quod Catholici obedire vellent, vel à Latinis Præsulibus, aut à Sæcularibus Principibus cogerentur obedire Episcopis Schismaticis.

Ad tertium, quod Syro-Græci *pertinaci planè schismate à Latinis dissidebant, eò quia ferebant ægrius suas à Latinis Ecclesias occupari, reliquias distrahi, Ritus negligi, se ipsos censuris eorum grauari, Imperium denique ferè totum obtineri.* Respondeo, quod Syro-Græci, ante Latinorum aduentum, sub Saracenorum Imperio, miserabili premebantur seruitute, vt ex Iacobo de Vitriaco cap. 20. videri potest, & testis est Tyrius lib primo, cap. 11. quapropter erepti Latinorum viribus ab Infidelium potestate, præ ingenti gaudio lacrymas effuderunt. En Surianorum, seu Syro-Græcorum Imperium à Latinis occupatum. Quo verò ad eorũ Ecclesias,

atque

atque adeo reliquias, & Ritus, Papebrochius ipse, contra se ipsum loquatur, cum in historica reflexione sic scribere potuerit: *Quo statu res fuerint, quando sæculo Christi vndecimo Terram Sanctam recuperarunt Christiani, incertum est, ex notitia tamen Patriarchatuum latina, non diù post scripta, ... apparet numerum non modo imminutum tunc nō fuisse; sed etiam auctum; eique accessisse totam Arabiam quartam, in qua ad triginta quinque Episcopi numerabantur; pro quibus omnibus, sicut ex notitia in Codice Thuano reperta apparet, Latini valde paucos sui ritus substituerunt, Antitistes, Patriarcham scilicet, &c.* Si igitur Latini paucos sui ritus substituerunt Antistites; Si pro paucis Antistitibus Latinis tam magna Syro-Græcis Episcopis Episcopatuum facta est accessio, quo pacto cum veritate dici potest, Latinos Surianorum Ecclesias occupasse? maxime cum Papebrochius in historica reflexione num. 3. sic subiungat: *hæc operosius deducere placuit, vt ne ex præsenti Patriarchatus Statu, & Episcoporum in eo paucitate dubitare quis velit, vtrum quo tempore hæc, de qua agimus, Synodus celebrata dicitur; satis multos Episcopos Syro-Græcos habuerit Palestina ad complendum numerum XXXVI. Patrum, in titulo expressum.*

Quo igitur fundamento potest asseri, quod Latini de Syro-Græcis parum, aut nihil curarent? quando illis Victrix natio tot concessit Episcopatus? Immò Surianis Patriarchis subesse passa est? vt habetur ex Tyrio lib. 6. cap. 23. est nè hoc de Surianis parum curare, aut eorum negligere Ritus? Adde insuper quod Innocentius III. vt habetur cap. 4. Concilij Lateranensis, suam, totiusque Latinæ Ecclesiæ mentem, quoad Græcorum, atque adeò, quo ad Surianorum Ritus, sic expræssit: *licet Græcos in diebus nostris ad obedientiam Sedis Apostolicæ reuertentes, fouere, & honorare velimus, mores, ac Ritus eorum, in quantum cum Domino possumus, sustinendo.*

Ad quartum, quod si aliqui eorũ seriò amplexi sunt Catholicam fidem, sub Latinorum Imperio viuentes, eos omnes, aut plerosque credit redeijsse ad vomitum; probat, quia sic de facto vidimus accidisse Hierosolymis, vbi mox, atque Vrbs Capta fuit à Saracenis, receptos dixit Patriarchas à Græco Imperatore Schismatico Missos. Respod. primo constare ex Tyrio, & Iacobo de Vitriaco, vt vidimus supra, quod Surianorum Episcopi, & Patriarchæ erant Catholici; etiam antequam à nostris Hierosolyma caperetur: vndè Papebrochij ratiocinatio falsum supponit. Respondeo secundo constare ex dictis in præcedenti dubio, quod Patriarcha Schismaticus non probatur à Surianis admissus.

Respondeo tertiò, quod si ipse credit redijsse ad vomitum, non credimus Nos. Certe Græcum Montis Sinai Episcopum sub Latinis Principibus fuisse Catholicum fatetur Papebrochius in reflexione Historica, num. 3. dicens, quod Latini: *in Monte Sinai, propter Celebritatem peregrinationis ad Sanctam Catherinam, voluerunt vnum* (scilicet Episcopum) *habere, qui vnionis Catholicæ esset*. At quod ille, eiusque Successores diù Catholicam retinuerint vnionem, habemus aliquid fundamentum opinandi, si quidem Guilemus de Baldensel, *in tractatu de Terra Sancta*. Quam visitauit circa annum 1336. & est apud Canisium *tom. 5. Antiquarum. lect. Cap. 4. de Monasterio Montis Synai loquens, inquit quod in eo sunt Monachi Arabes, & pauci Græci, simul numero multi, deuotissime, & Sanctissime viuentes: Archiepiscopis eiusdem Ordinis, & loci, & cæteris Prælatis suis valde obedientes*. Quod autem hi Monachi non essent Schismatici suadetur ex eo, quod Sanctissime viuebant; consequens est, quod non obedirent Archiepiscopis Schismaticis, sed cum Romana Sede Communionem habentibus.

DV-

DVBIVM IV.

De Surianorum Erroribus à Iacobo de Vitriaco enumeratis.

HI sunt errores, quos Iacobus de Vitriaco cap. 74. Surianis attribuit. Primo, quod Sabbato non Ieiunarent; immò Carnibus vescerentur; & Solemniter, sicut in die Dominicá, celebrarent Diuina. Secundo quod negarent Spiritum Sanctum procedere à Filio. Tertio, quod omnes Latinos excommunicatos reputarent; vndè Altaria, super quæ Latini celebrauerant Diuina, priusquam in ijs celebrarent, abluere, consueuerant. Quartò, quod nostris Sacramentis nullam exiberent reuerentiam; nec assurgere vellent, quando Latini Sacerdotes Dominicum Corpus ad Infirmos deferebant.

Cœterum, quod Sabbato non Ieiunarent, non erat error, sed pia Orientalis Ecclesiæ consuetudo; cuius rationem ex Patribus reddunt Franciscus Longi in Summa Conciliorum ad Canon. 66. Apostolorum. Et Ferdinandus de Mendoça de confirmando Concilio Illiberitano lib. 2. cap. 52. non Ieiunabant igitur Orientales *in Odium, & detestationem Hereticorum illorum, qui Rerum Auctorem Mundi, cum omnibus à se creatis rebus malum esse, atque ideò à carnis esu, & propagatione per Matrimonium abstinentes, die Sabbato ieiunandum esse, ne Creator Mundi, qui die septima requieuit, honorari videatur, docebant, & obseruabant.*

Neque etiam quod manducarent Carnes, fuit error; hoc enim licitum fuisse, patet ex Constitutione Clementis VIII. de Instructione Græcorum; in ea enim, vt refert Franciscus Maria Varricelli in tractatu de Apostolicis Missionibus. qu. 81. num. 1. hæc habentur: *Tolerandus est apud Græcos vsus Carnium die Sabbati, vbi sine scandalo fieri potest.. si ipsi Græci ad obseruationem Ieiuniorum, & Vigiliarum Latinæ Eccle-*

sia induci possent, optimum esset; sed non cogantur. Sic de Maronitis scribit Dominicus Macer in Opusculo cui titulus. *Viaggi al Monte Libano* cap. 7. *Tutti li Mercordì, e Venerdì digiunano sino al mezzo giorno: mà il Sabbato mangiano Carne, la quale mangiano ogni giorno da doppo Pasqua, fino alla Pentecoste*. Et in Opere, cui titulus. *Notitia de' Vocaboli Ecclesiastici* de Ieiunio sic habet. *In tutte le Diocesi della Francia, nelle quali la Chiesa Cathedrale è dedicata in honore della Beatissima Vergine, mangiano Carne in tutti li Sabbati dal Giorno di Natale, fino alla Festa della Purificatione in segno d'allegrezza; mà poi digiunano nella Festa di S. Marco, e nelli tre giorni delle Rogationi*. Quod comprobatur ex Michaele Angelo Mariano in libro, cui titulus. *Il più Curioso, e memorabile della Francia pag.* 29. ibi enim: *viddi portare per la Regia Mensa gran numero di Piatti imbanditi di volatili... confesso il vero, che rèstai attonito, e quasi che poco edificato, non sapendo, come potesse stare il giorno di Sabbato col mangiar carne: mà restai pago in intendere, come in Francia tutte quelle Diocesi, che hanno la Madonna per titolare godono questo Indulto dal Natale fino alla Festa della Purificatione exclusivè, con obligo poi d'astenersene il giorno di* S. *Marco, e le trè Rogationi*.

Quo autem ad Soleminia Sabbati Clemens primus lib. 7. Apostolicarum Constitionum cap. 24. scripserat: *Sabbati, & Dominicum diem Festum agite: quoniam illud naturæ conditæ est monumentum, hic resurrectionis. vnum autem Sabbatum, vobis seruandum in toto anno, quod pertinet ad Sepulturam Domini in quo ieiunare oportet, non festum agere*.

Quo ad Altarium ablutionem, bene ait, *consueuerant*: si tamen consueuerant; nam consuetudo ista iam ante Lateranense Concilium, vel apud Græcos absoleuerat; nonnullis tantummodò in hac insania perseuerantibus, teste Innocentio III. qui vt habetur c. 4. Concilij ait: *& adhuc quidam, sicut accepimus, hoc agere non verentur, volentes ergo*
tan-

tantum ab Ecclesia Dei scandalum amouerè, Sacrosuadente Concilio, districtè pracipimus, vt talia de catero non prasumant, conformantes se, tanquam obedientia filij, Sacro Sancta Romana Ecclesia Matri sua, vt sit vnum, Ouile, & vnus Pastor: si quis autem quid tale prasumpserit, excommunicationis macrone percussus, ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico deponatur.

Quod autem Hæretici censendi non essent, quia negabant Spiritum Sanctum à Filio procedere putat Verricelli in tract. de Apostolicis Missionibus quæst. 186. num. 10. sic: *quo ad duo tamen illa capita, processionis Spiritus Sancti, & Primatus Romani Pontificis, in quibus ferè tota natio Graca conuenit, sicut excusabantur ab haresi ante Concilium Florentinum; ita nunc pariter excusantur; dicunt enim Spiritum Sanctum non procedere à Patre, & Filio, vt à duobus principijs, & asserunt procedere à Patre per Filium, vt ab vno principio, seù vnico Spiratore.*

Denique vt sciamus quidquo ad hos, alioque errores à Iacobo Surianis attributos, credere debeamus, hanc statuò regolam; *domesticis potius quam extraneis Auctoribus habendam fidem, vbi Ceteris paribus, sola rerum notitia est inspicienda.* Hanc firmant Regulam Auctoritas, experientia, & ratio. Auctoritas nostro in casu, vtpotè ad hominem, magnifacienda; est Papebrochij; qui in diatriba ad tom. 1. Aprilis præliminari, num. 5. prologi sic habet: *Latinis igitur, potius, quam Gracis circa Romanos Pontifices, inharere, cum haberemus constitutum*, & tom. 3. Aprilis ad diem 26. de S. Cleto num. 6. *prafiximus nobis hanc regulam; quod in his, qua sunt Romana Ecclesia, maior sit fides habenda eius Alumnis... quam externis*, & ad eadem diem de S. Marcellino; *in eis, qua sunt Romana Ecclesia, maiorem esse adhibendam fidem eius Alumnis, quam cateris, censemus cum Baronio in notis suis ad hunc 26. Aprilis.* Sic Petrus Ribadaneiria

nciria lib. 2. cap. 17. Vitæ B. Francisci Borgiæ, eiusdem B. Patris ad Carolum Imperatorem huius nominis Quintum, hæc refert verba: *Ben sò, che molti parlano della Compagnia differentemente, come dice Vostra Maestà, è non manca, chi, ò per non sapere la verità, ò forse per qualche passione, gl' impone cose false, & impertinenti, mà pare à me, che si debba dare più credito à noi, che viuiamo in essa, che à quei, che son fuori, e la guardano da lontano, è mormorano di quello, che non sanno.* Hæc Beatus ille, & sapientissimè quidem.

Vt enim multiplex experientia Docet, extranei Auctores, & si coeui, & si præsentes, non semel decepti ipsi, alios decipiunt sic Otto Frisingensis lib. 7. cap. 32. de Armenis scripsit: *Inter ipsos, & Græcos quadam de Sacrificij ritu habitudo est in quibusdam, in alijs verò discrepantia, ponunt enim fermentatum, Panem, sicut etiam illi: Aquam verò vino non admiscent, sicut nos, & illi.* Baronius sub anno 1145. Ottonis verba, tanquam Auctoris fidelissimi, atque ex visu scribentis recitat. At p. Combesis O. P. in nota præuia ad Sancti Patris Isaac Orationem Iuectiuam aduersus Armenios (quæ habetur tom. 20. Bibliotecæ Patrum æditæ Lugduni anno 1677.) relatis superius adductis Ottonis verbis, sic prosequitur: *sic etiã adita Ottonis tomo vnico Vrstij Scriptorũ Germaniæ: ex quibus fideliter exscribens Baronius, ita deuorat, tanquam nihil ad historiam Ecclesiasticam præferret, vt Armenij dicantur conuenire cum Græcis in fermenti vsu, quo tempore Græci, ac Græcizantes sic in eis azima reprehendebant vt etiam hæresis notarent. Sic sæpè neque ab oculatis testibus veritas hauriri potest.* Sic Cornelius Harzat Iesuita in Pontificum triumpho in Paulo V. fol. 285. scripsit: *Vlterius beatificabat Beltrandum Dominicanum, & Thomam de Villanoua ex eodem Ordine Episcopum Valentinum*: cum tamen omnibus notum sit, quod Thomas de Villanoua est Augustinianus: Idem Cornelius in Vita S. Syluerij Papæ sic habet: *Hinc factum est,*

vt

vt licet Sanctus vocetur, nullibi tamen eius nomen in Martyrologio Romano sit notatum. Hoc falsissimum est; habetur enim, & quidem primo loco ad diem 12. Kal. Iulij, cum annotatione Cardinalis Baronij die 20. Iunij. Sic Augustinus Oldinus Iesuita in tom. 4. Ciaconij ad annum 1667 col 726. de Iacobo Cardinali Rospigliosо scribit: *Religiosos Ordines Clericorum Ministrantium Infirmis & Minimorum S. Francisci de Paula suo patrocinio fouet, apud Romanum Pontificem;* & tamen Eminentissimus iste non fuit nisi aliquando Protector Capuccinorum, quorum tamen protectionem reliquit. Sic Abbas Carolus Bartholomæus Piazzi, in illo libro, cui titulus, *Santuario, ò vero Menologio,* ædito Romæ anno 1675. ad diem 16. Iulij, sic habet: *Festa Solenne alla Madonna di Mõte Santo: ... è gouernata questa noua, è vaga Chiesa da Padri Carmelitani Scalzi;* quid apertius falsum in toto illo Opere scribere potuit, quàm quod: *è gouernata questa noua, e vaga Chiesa da Padri Carmelitani Scalzi?* & tamen ad Lectorem suum sic præfatur: *e se bene son certo di non hauer scritto cosa veruna, che con diligenza non habbia letta ne' migliori scrittori, ouero osseruata col testimonio infallibile de gl' Occhi, ò riceuuta da persone superiori ad ogni fede, ò stabilita dalla più commune Opinione;* At quod: *sia gouernata questa noua, e vaga Chiesa da Padri Carmelitani Scalzi,* nec legere, nec audire, nec Communiorem Opinionem appelare potuit. Neque in in hoc solum, quoad res nostras à notissima veritate, facilè nimis aberrauit; sed omitto, cum indigitasse sufficiat. Interim videatur Fredericus Franzinus in opere, cui titulus. *Roma antica, e moderna, pag. 91.* vbi rectè, & diffusè de hac Ecclesia. Sic Pompeus Vizanus lib. 11. suæ Bononiensis Historiæ sub anno 1546. inquit: *nel medesimo anno... il Padre Francesco Sauerio... ottenne ..la Chiesa di S. Lucia:* cum tamen Petrus Iesuita in Vita S. Ignatij lib. 2. cap. 10. & 11. dicat Franciscum circa annum 1538. missum in Indiam.

Quod

Quod si omnia, in quibus Papebrochius à verò longissimè recessit, adnotare vellem, quis scribendi finis? aliqua igitur tantummodo hic apponam; aliorum erit cœtera scrutari. Igitur in appendice ad diem 1. Maij, agens de Venerabili Ceraldo Ordinis Canonicorũ Regularium Ansedę in Lusitania, scribit: *hoc certũ est, quod Era MCLXXIX. idest anno Christi: MCXLI. non ibi, sed Anseda, Conuentus fuerit Canonicorum Regularium, Sancti Andreæ nuncupatus, quibus, eorumque Priori Adenulfo, Rex Alphonsus VIII. Kal. Maij, Lantifundia donauit ingentia, cum Iurisdictione perquam ampla; quæ cum venissent in Commendam D. Emanuelis de Suosa, & hic ad Pernensem Cathedram esset euectus, D. Catherina pro suo Nepote Sebastiano Regnum administrans anno MCLIX. Impetrauit ab Apostolica Sede licentiam Canonicam istam conuertendi in potestatem Ordinis S. Dominici, cui tunc Prouincialis Venerabilis Pater Fr. Ludouicus Granatensis, qui ibidem constituit Vicarium, Capitulariter deinceps eligendum à sex, quos Ordo iste habet Religiosis.* His Papebrochij verbis Auctor quidam sequentia subiecit: explicet Papebrochius quomodo anno MCLIX. & D. Emanuel de Sousa, D. Catherina, & eius Nepos Sebastianus V. & Ludouicus Granatensis fuerint in viuis; explicet quomodo filius fuerit antę Patrem, & Ordo Dominicanus ante Dominicum, & discat non tam presidenter definire dicendo, *certum est, vbi pleraque sunt falsissima.*

Idem Papebrochius ad secundam Aprilis in Historia Sancti Francisci de Paula cap. 23. num. 114. scribit: *Paulus eiusdem officij Celebrandi ritum, quem Clemens VIII. semiduplicis esse iusserat, iterum duplicis, esse voluit, ad instantiam Philippi III. Hispaniarum Monarchæ, & Margaritæ Austriacæ à Cruce cognominatę, & cum inter Theresanas Matritenses Religiosa Vota profiteretur.* At lippis, & tonsoribus Hispanis notum est, Discalceatas, inter quas, Margarita vixit, esse Ordinis

Sanctæ

Sanctæ Claræ, non Sanctæ Theresæ: Cuius Margaritæ Vitam scripsit Frater Ioannes de Parma, Ordinis S. Francisci illius Confessarius, Impressam Matriti anno 1636. vt videre est in Tom. 1. Scriptorum Hispaniæ D. Nicolai Antonij pag. 578. & in Scriptoribus Ordinis Minorum Patris Wadingi pag. 216.

Similiter ad diem 6. Aprilis de Beata Catharina Palantina num. 7. scribens, inquit: *Congregatio Ambrosiana... pridem extincta est, Summorum Pontificum Auctoritate. Dum stetit, intra solam Mediolanensem Prouinciam stetit, multa ibidem numerans Monasteria, sub vno Generali, residente in primaria huius instituti Abbatia.* Verum hæc Congregatio, quæ & Ordo S. Ambrosij ad Nemus, dicebatur, iussu Innocentij X. finem habuit. Falsum est autem, quod dum stetit, intra solam Mediolanensem Prouinciam steterit; Siquidem illius Ordinis Conuentus erant Romæ; intra quidem Mænia Conuentus S. Clementis, cuius modo Possessores sunt Dominicani; & extra muros, Conuentus S. Pancratij, qui nostris Excalceatis cessit. Hinc Sixtus V. in Bulla ædita anno 1589. & habetur pag. 7. Constitutionum illius Ordinis, iubet vt Procurator Generalis Romæ in Conuentu S. Clementis, vel S. Pancratij. Similiter falsum est, quod illius Ordinis Supremũ Caput in primaria illius Instituti Abbatia resideret; vt enim patet ex illius Instituti Constitutionibus, Ordo ille, nec Abbates, nec Abbatias habebat; sed locales Prælati Priores; illorum autem Domicilia, Conuentus vocabantur. Constitutiones autem illæ hoc inscribuntur titulo. *Regole de i Frati de SS. Barnaba, & Ambrosio, tradotte dal Reuerendissimo Padre Frà Barnaba Serafini.. Stampate in Fabriano l' anno* 1629. & licet tom. 3. Maij de S. Pancratio ad diem 12. num. 6. primum vitet errorem, persistit tamen in secundo. Videatur Fredericus Franzinus in Roma Antiqua pag. 51. vbi de S. Pancratio inquit: *Vi stauano i Pa-*

dri di S. Ambrogio ad Nemus, & hauendo vltimamente Innocentio X. estinta la detta Religione, furono leuati di quà, e postoui l'anno 1662. da Al. Padre VII. li Padri Carmelitani Scalzi. Pariter ad diem 6. Aprilis loco citato, dicit Papebrochius: *quomodo tamen Oblatæ Turris Speculorum, à S. Francisca Romana Institutæ, Ordini accensentur Camaldulensi, à quo habitum, formamque viuendi sumpsere, licet absque vlla ad Ordinem subiectione*; ita, &c. At Oblatæ illæ non sunt Ordinis Camaldulensis, sed sunt Ordinis Montis Oliueti; vt constat ex cap. 12. Vitæ S. Franciscæ Romanæ, de qua ad diem 9. Martij Papebrochius ipse in Sanctorum Actis. Nec habitum habent ab Ordine Camaldulensi, quia habitum Nigrum gestant sub Palio albo; quo tantum vtuntur Domi. Videatur Daniel Bartolus Iesuita in historia cui titulus *la Cina* lib. 2. pag. 423. & 435. Ioannes Mabillon de Re diplomatica, lib. 3. cap. 6. num. 6. Ioannes Rhò Iesuita in Interrogationibus Apologeticis, Interrogatione secunda. Sfortia Pallauicinus Iesuita in Societatis Vindicationibus.

Hoc denique manifesta conuincit ratio: cum enim vnusquisque teste Aristotile lib. 1. Moralium cap. 3. ea rectè iudicet, quæ cognoscit, ambigendi Locus non est, quin vnius familiæ, seù Reipublicæ homines de illis, quæ in ipsa acciderunt, cæteris aptius iudicare possint, ac pro indè veluti legittimi testes de ipsis testimonium proferre: cum è contra extranei facilè decipiantur, sicut deceptos fuisse Parisienses Magistros, qui anno 1555. contra Iesuitas decretum fecerunt, in quo Societatem multis, & quidem grauissimis criminibus tunc temporis inuolutam decernunt, Martinus Olauius Iesuita in sua ad illud Decretum responsione scripsit, vt fuse refert Nicolaus Orlandinus in Societatis historia part. 1. lib. 15. ad annum 1555.

Dixi vbi cæteris paribus, sola rerum notitia est inspicienda; nam quod Historicus aliquis aliena à veritate com-

commemoret, vel oritur à voluntate, quæ peruersis affectibus ambitionis, Auaritiæ alterius vè agitata, corruptaque passionis, à sinceriori narratione diuertens, ad vana, aut peruersa Commenta, scribentis calamum flectit; aut oritur ab Intellectu, qui Ignorantiæ tenebris circumseptus, veritatis viam à falsitatis tramite secernere nequit; Eaque damnat, quę vel maximè laudare oporteret: tales erant illi de quibus Petrus Baptista Burgus lib. 3 de Bello Suecico pag. 170. inquit: *Memini ego, cum mihi sermo esset, cum præcipuis Cæsaris Hostibus, inter Protestantes maximè authoritatis viris, atque splendore Familiæ nemoni secundis; cum inquam in Cæsarem inueherentur, ipsiusque vitia ostentare studerent, nihil aliud prorsus obiecisse, quam quod Giesuistis nimium credens, promouendæ Catholicæ fidei, præter modum inuigilaret.* Hinc horum defectuum neutro Orlandini de Societate Historiam laborare, atq; adeo maximæ esse auctoritatis, conatur ostendere Sacchinus Iesuita in præfatione ad illam.

Cum igitur Enoch, & Iacobus de Vitriaco de Surianis opposita scripserint; ait enim Enoch, in prologo: *toti, ac Venerabili Ecclesiæ Orientali, Occidentali... ac omnibus Catholicæ, fidei Ortodoxæ subiectis*; & cap. primo omnes Patres in Hierosolymitano Synodo congregatos, vocat Sanctos dicens: *congregatis in Sancta Hierosolymitana Synodo Sanctis Patribus.* & cap. 2. *Hierosolymitanum Patriarcham Surianum vocet virum spiritu Profetico insignem, peruigilem Animarum Pastorem, & verum Catholicæ fidei zelatorem.* absit in Iacobo de Vitriaco circa Surianos peruersam volontatem affirmem; sed etiam Enoch Patriarchæ Probitatem, tam intima, tam accepta, cum D. Angelo Societas, apud Æquos, piosquæ lectores satis firmare valet, hominemque ab omni fraudis, ac Imposturæ suspicione Liberum reddere. Cum igitur quærimus, vtri potius habenda fides, recurendum est ad Scientiam, quam de Surianorum rebus vterque habere potuit,

 quia

quia vero Enoch non solum Surianus, sed & ex Surianorum Patriarchis vnus fuit, ideò in eo ampliorem de ijsdem, ac sinceriorem notitiam inficiabitur nemo. Cum igitur conterraneos suos à relatis absoluat Erroribus, æquum est nos quoque existimare, Iacobum de Vitriaco de Surianorum moribus, vel non omnimodam habuisse notitiam, vel saltem non de omnibus locutum. Hinc Anselmus Hauelbergensis Episcopus Prologo in Anticymenon ad Eugenium III. anno 1145. scribens inquit: *Nonnulli quippe latini Græcorum dictis plerumq; falluntur, dum ea verborum tantum transitu audiunt, non autem examinato sensu intelligunt, putantes eos affirmare, quod non affirmant, aut negare, quod nullatenus negant.* Habetur hic Auctor in Spicilegio Lucæ de Acherij tom. 13.

Et certe mirum est, quod Papebrochius in historia Chronologica Patriarcharum Ierosolymitanorum. num. 152. potius Georgio Elmacino, quam Theophani circa Saracenorum Principes velit fidem haberi, licet Theophanes antiquitate, Religione, Sanctitate, longissime post se Elmacinum reliquat. Siquidem, vt ipsemet Papebrochius num. 146. inquit, Theophanes post Egregiam confessionem, mortuus est anno 820. die 12. Martij: At Elmacinus non Sanctus, non Christianus; historiam Saracenorum Arabicè scripsit initio sæculi XII. Si queras cur? non aliam dat rationem; nisi quia Elmacinus domesticus, Theophanes externus Scriptor. Domesticum vocans scribentem Acta Principum, à quorum Interitu multa iam sæcula excesserant, cum Elmacinus scribere cœpit: Minus solicitus querere, vnde Elmacinus hæc acceperat; & an à coeuis Scriptoribus confirmata essent; Modo verò domesticum, & oculatum Scriptorem reiciat, quia Carmelita, vt externum sequatur.

DV-

DVBIVM V.

De Episcopalium Sedium Nominibus.

INter cœteros, qui huic, de qua agimus, Synodo, interfuere, triginta, & sex Præsules adnumerantur. Horum Episcopatuum nomina in triplicem Classem secernuntur. Aliqua Eodem, ac apud Latinos, modo Leguntur, vt *Alexandrinus*; alia diuersimodè, vt *Athoniensis*, & Heridensis. In Ecclesiastica enim Auberti Myræi Notitia *Arch donensis*, *Aridensis*: legitur. Nec mirum, vt enim Emanuel Thesauro in Regno Italiæ pag. 9. *Non è alcun nome Italiano, Latino, ò barbaro, e così proprio de' popoli, ò di persone, che storpiato dalla vulgare ignoranza, od alterato da pronuncie, Ortografie, grammatiche, ò linguaggi differenti, in mille forme non si trasmuti: quali però quantunque mostruose, e strane, serbano sempre alcun vestiggio della sua Origine; è da questa varietà si prendono souente nelle antiche* Scritture, *ò nell' historie grandissimi equiuoci da leggieri Ingegni.* Alia videntur omnino diuersa, vt *Scoppiensis.* vt enim noster Daniel adnotauit in cap. 1. Vitæ D. Angeli, quod tituli, seu nomina quædam Episcopatuum non reperiantur, ratio videtur diuersitas, seù varietas nomenclaturæ Ciuitatum, (& inde Episcopatuum) apud Syros, & Latinos, quia binomiæ, sic *Ioppe*, etiam dicta *Iaffa*; & Napolis, idest *Sitens* verosimiliter eadem, quæ *Napolosa*, *Neapolis*, & olim *Sichar*, vel *Sichem*. Gazensis Episcopus nuncupatur *Ascalonensis*, & sic Initio Capitis, Episcopus Bethleemitanus nuncupatur *Hastilonensis*, exempla eiusmodi Ciuitatum, & Episcopatuum binomiorum alia plurima suppetunt: & quidem sub Patriarchatu Hierosolymitano, &c. ita Daniel.

Quibus addi potest, aliquos fuisse Episcopos Monasteriorum, non Ciuitatum. Huius rei exemplum habet Papebro-

brochius tom. 2. Martij in Actis Sanctorum ad diem quintam, vbi de S. Kierano agens, sic ait: *Roscreensi porrò Ciuitati ad Boream illustria duo Monasteria sunt, Byrrhanum vnū Saigerense alterum... Episcopali etiam dignitate gaudens... Ideoque noster Codex...Sancti Kierani Vitam sic finit. Explicit Vita Beati Kiriani Episcopi* Saigerensis.. Videatur Mabillon lib. 6. de Re Diplomatica Corollario 3. denique notanda quæ apud Tyrium Paschalis Papa lib. 11. cap 28. scripsit. *Si ergo vel Antiochena, vel Hierosolymitana Ecclesia aliter fortasse, quam oportuit, de Patriarcharum finibus scripsimus, nec leuitati est, nec malitia adscribendum, nec propter hoc est scandalum apud nos concitandum, quoniam & locorum prolixa longinquitas, & Antiquorum Nominum corruptio, quę Ciuitatibus, vel Prouincijs accidit, magnam nobis ambiguitatem, vel Ignorantiam intulerunt.*

DVBIVM VI.

De Athanasio Patriarcha Alexandrino.

PApebrochius in reflexione historica num. 12. inquit: *vnum video fieri non posse, vt eiusmodi Patriarcha Alexandrinus fuerit Catholicus, vti nec* Patriarcha *Hierosolymitanus, quicunque is fuerit, quando* S. *Angelus Martyrio fuit coronatus, proindè estimo nullam esse verisimilitudinem, quod eiusmodi homines sollicitifuerint pro honoranda Memoria Carmelitę Religiosi, à sua schismatica, hęreticaque communione alienissimi.*

At de Hierosolymitano Patriarcha satis supra; videamus nunc quibus rationibus probet, *fieri non potuisse, quod Alexandrinus* Patriarcha *fuerit Catholicus* cas. proponit nu. 10. & 11. prima ratio est, quia sicut modo in Ægypto non sunt Christiani Chatolici, ita nec Ætate illa, ergo neque Patriarcha

cha potuit esse Chatholicus. Probat antecedens, quia Iacobitæ, vt inquit Iacobus de Vitriaco cap 75. erant etiam in Ægypto; sed & Melchitæ, de quibus sæpè in historia Saracenica ædita à Thoma Erpenio anno 1625. sed omnes isti erant hæretici, ergo, &c.. Probat secundò, quia Ægyptus alios Patriarchas vsque ad annum 1250. non habuit, quàm Cophtistarum, sed hi fuerunt Schismatici, in Iacobitas, idest Eutychianos, & Melchitas, idest Nestorianos circa annum 1207. diuisi, ergo in Ægypto non fuere Patriarchæ Catholici, ea, de qua loquimur Aetate. maior probatur, nam huiusmodi Patriarcharum Nomina, & tempora à Marco Euangelista vsque ad suam Aetatem pertexens Auctor Chronici Orientalis ex Arabico M. S. Petrij Siguerij Franciæ Cancelarij, latine reditus ab Abrahamo Ecchellensi, æditus Parisijs anno 1651. Scribere se dixit nomina Patriarcharum Caphtistarum Ægypti Sedis Vrbis Alexandrinæ; quorum quinquagesimus nonus numeratur Macharius.

Cæterum, quod Melchitæ differant à Nestorianis, & in quo differant, habet Ioannes Bona rerum liturgicarum lib. 1. cap. 9 num. 5. agnouit etiam hanc differentiam, errorem que suum Papebrochius, qui propterea tom. 2. Maij, ædito Antuerpiæ apud Michaelem Cnobarum anno 1680 in fine, in appendicè ad Commen. Apologeticum, vt expungatur à pag. 807. num. 11. linea 9. error ille, iubet. Similiter, quod Melchitæ essent ipsimet, qui Suriani vocantur, dictum est ex Ioanne Morino par. 2. pag. 478. de Sacris Ordinationibus. & quia Papebrochius ait, quod Ægyptus non habet, nisi Christianos Schismatis nota infames, audiendus Gabriel Bremont in Opere, cui titulus, *Viaggi fatti nell'Egitto*. Hic Auctor, qui vt audio. Romæ modo habitat, lib. 1. cap. 19. sic ad rem. *li Christiani Egitij, detti Cofti, Eretici, e Sismatici...sono in gran numero, tanto in Egitto, quanto in Etiopia, Nubia, è Bugia; ve ne sono alcuni Catholici, mà in poco numero,*

ro, detti Melchisti, da vn Santo Homo, che li conuertì.

Ad primam igitur rationem negatur maior; ex Francisci enim Longi Cappuccini Breuiario Chronologico constat, quod anno 1215. in Ægypto erat Catholicus Patriarcha; qui Saracenis Impedientibus, nè ad Lateranense veniret Concilium; suos misit Legatos; quos viros Sanctos appellat Spondanus in annal. ad annum 1215. num.1. constat hoc etiam ex Odorico Raynaldo in Compendio Annalium ad annum Christi 1229. num. 10. vbi refert tristes Nicolai Patriarchæ Alexandrini litteràs ad Honorium III. quibus miseram Christianorum in Ægypto sub Saracenis commorantium conditionem exprimebat: aiebat enim: *Miserere Domine, Miserere Nostri: veni & libera nos, Pater noster spiritualis: sicut Sancti ante aduentum Christi, expectabant Libarationem, & redemptionem à Christo Saluatore; ita expectamus aduentum Fily vestri Imperatoris, & non solum nos expectamus hanc gratiam, sed etiam Renegati plusquam decem millia, qui dispersi sunt per Terras Saracenorum.*

Immò si Historiæ Saracenicæ, & Chronico Alexandrino fides esset habenda; ex illis colligitur Iacobitarum Patriarchas Pios Catholicosque fuisse, & consequenter, Iacobitas non Schismatis Nota Infames; etenim in historia Saracenica lib.1. cap. 12. & lib 2. c.8. à Iacobitarum Patriarchis mortuos ad vitam reuocatos refertur; cum tamen D. Hirinæus lib. 2. cap. 36. scripserit. *Haretici, neque cacis possunt donare visum, neque surdis auditum ... nequè debiles, aut claudos, aut paraliticos curare, & alia quadam Corporis parte vexatos.* ergo tanto minus mortuos ad vitam reuocare. Libro autem 2. cap. 5. dicitur quod Syriacus Patriarcha Antiochenus vir Sanctus cum Iacobitarum Patriarcha in vnitate fidei conueniebat. Similiter & Chronicam Alexandrinum ad annum Christi 691. à Simeone ad annum 821. à Iacobo, Iacobitarum Patriarchis refert mortuis vitam restitutam. Ad

annum

annum Christi 970. quod orantibus Iacobitis cum suo Patriarcha Ephrem, Mons abscissus est, & decidit: ad annum 1023. de Sene Palatino loquens, eius pro fide Martyrium, & Miraculum in eius Martyrio secutum narrat; illiusque *historiam, specimen feruoris Christiani, etiam tunc Alexandriæ Ardentis*: describit Papebrochius in Historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum num. 188. At, vt inquit Zacharias Bouerius: *persuasum esse debet, miracula, non modo Ecclesiæ vtilia, ac proficua esse; sed quoties ea à Deo nobis in Ecclesia exhibentur, toties veram ipsius fidem, ac religionem declarari*.

Sed ad aliam Papebrochij rationem Calamum conuertamus. In ea iterum perperam cum Nestorianis confundit Melchitas; de quibus Bona Rerum Liturgicarum lib. 1. cap. 9. num. 5. *Melchitæ siue Reges, & Imperiales nuncupati fuerunt, quia addicti Imperatorum Obidientes, Chalcedonense Concilium receperunt; & in hoc differunt à Nestorianis, & Iacobitis*. Perperam etiam ait, quod Cophtitarum diuisio in Iacobitas, & Melchitas facta fuerit solum anno 1207. Si enim Saracenicæ Historiæ fides habenda, lib. 3. cap. 5. huiusmodi diuisio existebat anno Hegiræ 371. quo Alexandriæ Iacobitarum Patriarcha factus est Philipponus; cuius tempore acceperunt Melchitæ à Iacobitis Templum Domini. Incepit autem Hegira die 16. Iulij anno Christi 622. Hæc eadem diuisio constat ex Chronico Alexandrino Arabico ad annum Christi 545. & 561.

Quod posteà ait: Ægyptum vsque ad annum 1250. alios Patriarchas non habuisse, quam Cophtitarum Schismaticorum, hoc illi probandum erat. certè Baron. tom. 11. sub anno 1053. scripsit: *Porrò non solum Ecclesia Antiochena, sed & Alexandrina, atque Hierosolymitana retinebant hoc tempore Communionem Romanæ Ecclesiæ, nomenque Romani Pontificis, ex Dypthicis ex more in Ecclesia recitabant, quod infenso*

tulit animo Constantinopolitanus Patriarcha Michael. Hinc sub anno 1054. Leoni Papæ ad Constantinum Nouæ Romæ Imperatorem litteras, refert, in quibus, de prædicto Patriarcha Michaele Cerulano habetur, *quod Alexandrinum, & Antiochenum Patriarchas antiqua dignitate sua priuare contendens, contra fas, & Ius sibi subdere, noua ambitione appetit.* Immò ad eundem Patriarcham alijs in litteris à Baronio sub eodem anno relatis Pontifex Leo sic scribit: *Hinc noua ambitione Alexandrinum, & Antiochenum Patriarcham Antiquis suæ dignitatis priuilegijs priuare contendens, contra omnes fas, & Ius tuo Dominio subiugare conaris.* qui Cerularius ad Petrum Patriarcham Antiochenum Epistolam, à Baronio sub eodem anno editam, mittens, hæc inter cœtera habet. *Iam verò quoddam ad nostras aures peruenit, quod tua Beatitudo prædictum Papam in Sacris referrat Dypticbis, nec non & idem faciat Alexandria, & Hierosolymorum Patriarcha.* Probauit, inquies, Auctoritate cuiusdam Chronici Orientalis ex Arabico latinè redditi ab Abrahamo Ecchelensi: Verum quid de Chronico illo sentiendum sit, audiendus Io. Morinus, qui de Sacris Ordinationibus p. 2. pag. 475. præfatione in Ritum Ordinationis Iacobitarum ait: *Chronicũ Alexandrinum Arabicũ antè annos quadringentos ab Heretico aliquo Iacobita compositum ... Ideò Auctor ille Patriarcharum Alexandrinorum Catalogo post Dioscorum, eos tantum inserit, qui Euthychianæ hæresis fautores erant, cæteros prætermittit. Illud Chronicum fuit latinè reditum ab Abrahamo Ecchelensi.* Ioanni Morino consentit quoque Theophylus Raynaudus in sua Holpoteca sect. 2. serie. 2. cap. 2. sed & ipse Abraham in præfatione ad Lectorem, de Auctore Chronici sic monet: *Eum autem fuisse Egyptium Cophtitam, Indicant Stylus, numeri, ac Patriarcharum gentis vita, quorum pro Dioscoriana secta labores, ac certamina celebrat.* Cum igitur Auctor iste non de omnibus Patriarchis locutus sit, ab eius auctoritate

Pape-

Papebrochij argumentũ concludit nihil. Interim ergo licebit nobis negare nostrum Enoch circa Alexandrinum Patriarcham aliquid falsi scripsisse, donec, & quousque Papebrochius solidioribus fundamentis, & exitu meliori, nobis probauerit illud suum: *Hoc vnum video fieri non potuisse, vt eiusmodi Patriarcha Alexandrinus fuerit Catholicus, quicumque is fuerit, quando Sanctus Angelus Martyrio fuit coronatus.*

DVBIVM VII.

A quo Hierosolymitana Synoda Congregata fuerit?

PApebrochius huius Synodi arguit fictionem, quia non patet quis illam indixerit. Respondeo tamen cap. 10. Vitæ D. Angeli satis innotescere ab Honuphrio Patriarcha fuisse Congregatam: ibi enim Auctor loquens de quibusdam miraculis D. Angeli sic ait: *Hac autem omnia, & singula palam proferri per totam Orientalem Ecclesiam omnibus satis constat. In primis autem ab Honuphrio Patriarcha, viro certissimæ fidei, & omnia publicare audiuimus, præsentibus sex, & triginta Episcopis, superius* (scilicèt cap. 1.) *expressis in Synodali Concilio eiusdem, Honuphrij Patriarchæ prope Hierosolymam solemniter congregatis.*

Contra responsionem allatam has Papebrochius excitat difficultates. Prima est, quia hoc Concilium fuit prope Oecumenicum, ergo non potuit congregari ab Honuphrio Patriarcha; nam congregare Concilium. Oecumenicum spectat ad Summum Pontificem; antecedens verò constat, quia in illo Concilio fuerunt ex Cypro Episcopi Famagustensis, & Nicosiensis; ex Creta Episcopus Paphalunensis; ex Græcia Episcopus Thessalonicensis. Secunda est, quia Patriarcha Hierosolymitanus totus pendebat à Græco Imperatore, ergo absque eo non potuit congregare Synodum. Tertia,

quia licet Hierosolymitanus Patriarcha aliquid facere possset per Palestinam; nulla certe in illo auctoritas ad alios Episcopos conuocandos, quales erant Nicomediensis, Thessalonicensis, Atheniensis, & similes alij; nam isti erant subditi Patriarchæ Constantinopolitano. Quarta, quia Synodorum plusquam Prouincialium Congregatio est, & fuit semper tàm in Oriente, quàm in Occidente res moliminis maximi; nec absque Principum Sæcularium consensu, auxilioque perducenda ad effectum. Quinta, quia Synodus de qua fit mentio cap. 10. est diuersa à Synodo, de qua fit mentio cap. 1.

Quo ad primam difficultatem concedimus; quod congregare Concilium Oecumenicum spectat ad Summum Pontificem; ideò in Chalcedonensi Concilio, Actione prima celebrata 8. idus Octobris, anno 451. denunciatur Dioscorus, quod sine Auctoritate, & consensu Pontificis, vniuersale Concilium congregasset; Concilium tamen Hierosolymitanum, de quo agimus, Oecumenicū, vel prope Oecumenicum fuisse, negamus; cum enim, vt in Summa Conciliorum præludio quarto Franciscus Longi obseruat ex Bellarmino lib. 1. de Ecclesia, & Concilio cap. 17. ad Oecumenicum Concilium quattuor requirantur Conditiones, quarum prima est, vt Euocatio sit Generalis, ita vt innotescat omnibus maioribus Christiani Orbis Prouincijs. Secunda, vt ex Episcopis nullus excludatur, vndecunque veniat, modo constet eum esse Episcopum, & non esse excommunicatum. Tertia, vt adsint, vel per se, vel per alios quattuor præcipui Patriarchæ. Quarta, vt saltem ex maiori parte Christianorum aliqui adueniant; & siquidem Concilium sit in Oriente, semper visum est sufficere, si ex Prouincijs omnibus Orientis Episcopi multi conueniant; ex toto autem Occidente mittantur aliqui à Summo Pontifice, qui aliorum locum suppleant. An autem hæc nostra Synodus has habuerit conditiones, ex ipso

ipso historiæ contextu, quisque perspicere potest. Hinc nostro Lezzanæ *tom. 4. annal. ad annum* 1222. *num.* 2. Hæc Synodus non Oecumenica, sed Nationalis visa est. Videatur Emanuel à Scheltrate in *tractatu de Sensu, & Auctoritate decretorum Constanciensis Concilij, dissert.* 2. *cap.* 3.

Ad secundam difficultatem fuse responsum est dub. 2. vbi vidimus falsum esse, quod Hierosolymitanus Surianorum Patriarcha à Græco Instituueretur Imperatore.

Ad tertiam, vt responsum demus, sciendum est, quod Episcopi, qui ad Concilium conuenerunt, in tres Classes possunt distribui. Prima est eorum, qui Hierosolymitano Patriarchæ erant subiecti. Secunda est eorum, qui finittimis Patriarchis, scilicet Alexandrino, & Antiocheno obedientiam dabant; tertia est eorum, qui ex longiquis aderant partibus, vt Thessalonicensis. Si de Episcopis Patriarchæ subiectis loquamur, nulla est difficultas, quod omnes ad Synodum euocare poterat: ex hoc tamen non sequitur, quod omnes ad Synodum accesserint; patet hoc ex Ioanne Morino, qui in *exercitationibus Ecclesiasticis pag.* 55. de Hierosolymitano Patriarcha in sua prima institutione considerato loquens, & Concilium anno 536. habitum tangens, sic loquitur. *Nouo Patriarchæ ex Mutilatis Orientis, & Ægypti Diœcesibus, si Guielmo Tyrio, & Prouinciali Romano credimus, Diœcesis assignata est, & Suffraganei aliquot, ne Metropolitis esset inferior, de more attributi. Diœcesis illa ex quattuor Prouincijs, Cæsariensi, Schithopolitana, Rabensi, & Beritensi conualuit; quarum duæ priores ab Antiochena, reliquæ duæ ab Ægyptiaca Diœcesi aulsæ... animaduersione verò dignum est in Concilio Hierosolymitano anno* 536. *in causa Anthimi celebrato, cui Syngrafas* 48. *Episcopi Inscripserunt, Prouinciarum ex Ægyptiaca Diœcesi distractarum, nullum subesse vestigium; primi subscribunt Elias Cæsariensis, & Theodosius Schitopolitanus Episcopus. Rabensis, Beritensis, aut Bacerensis nulla mentio;*

Si

Si de finittimis loquamur; ad hanc nostram Synodum accessisse, neque nouum, neque mirandum; vsus enim, & consuetudo videtur fuisse, vt ad Hierosolymitanum Concilium venirent; siquidem Carolus à Sancto Paulo in Geografia Sacra pag. 311. de Patriarcha Hierosolymitano loquens, sic ad rem habet. *Quod etiam Congregandarum Synodorum auctoritatem habuerit, ex ipsis Palestinæ* Synodis *probatur. Si quidem Ioannes Hierosolymitanus Concilium trium Palestinarum sub Hormisda contra Euthychianos coegit, cuius Epistola* Synodica *in Act. 5. Concilij Constantinopolitani sub Menna reperitur. Aliud simile Congregauit Petrus Hierosolymitanus contra Seuerum, Petrum, & Zoaram Hæreticos, post obitum Agapeti anno Domini 536.... vnum tantum monebo circa hæc Concilia, plures Episcopos ex vicinis Prouincijs, Phænicia, Syria, Lybia, & aliarum, vt sæpe in alijs factum est, his interfuisse, & subscripsisse, ne quis forsan errore deceptus, omnes Episcopos, quorum subscriptiones inibi reperiuntur, Palestinos fuisse censeat.*

Simile aliquid refert Papebrochius ipse ad diem primam Martij *in Commentario de S. Simplicio num.* 4. ait enim: *Cum is esset rerum status, migrauit à vita Eulodius Bituricensis Archiepiscopus; nec ad successorem eligendum conuenire Prouinciales Episcopi poterant... Inuitatus ergo Biturigas, qui solus venire ex ea Prouincia poterat* Sidonius... *ad Sanctum Agroetium Metropolitam Senonensem scripsit, quem illuc quoque inuitauit: fas enim erat, si adesse iusto Numero Prouinciales Episcopi non possent, etiam aliarum Prouinciarum Metropolitas euocare.*

Ex quibus, patet quod ad nihil valet argumentum istud: In Patriarcha nulla residebat auctoritas Euocandi ad Synodum finitimos Præsules, ergo non adfuerunt. Si enim illi non erat cogendi potestas; inuitandi facultas erat; sed & quę inferius dicentur, huc reuocari possunt.

Quo

Quo verò ad Episcopos, qui de remotis Prouincijs Concilio adfuere, duplex militat difficultas; vna desumitur ex defectu auctoritatis in Patriarcha eos euocandi; quæ iam soluta est; alia ex nimia locorum distantia desumitur. Cæterum Terraconensi Concilio cum Orontius Illiberitanus Episcopus, & similiter Hector Episcopus Carthaginensis Metropolis, quorum Sedes Tarraconensi Archiepiscopo minime subiecebatur, subscripserint, Ferdinandus de Mendoça de *Confirmando Concilio Illiberitano lib. 1. cap. 1. pag. 13.* difficultati sic occurrit; *quare autem Hector, & Orontius diuersarum Prouinciarum Episcopi, Tarraconensi Concilio interfuerint, expedita ratio est, cum Gothorum enim, Suecorum, Wandalorum, & quod grauius fuerit postea, Arabum irruptionibus, Vrbes Hispaniæ, & Ecclesiæ euerterentur. Remanebant Episcopi eis antè præfecti, & qui denuo Creabantur, nominetenus, & titulo insigniti, cumque propriæ Dioeceseos finibus exterminarentur, cogebantur interdum vagari, Regum, & aliorum Principum Ecclesiasticorum patrocinium requirentes, à quibus singulari beneuolentia, humanoque, & Ciuili cultu peregrinos Episcopos suscipiendos, antiqua fuit, & benigna satis Osij Episcopi Cordubensis Sententia, Vniuersi Concilij Sardicensis consensu, & auctoritate comprobata, quam cum pari humanitate nostrates Episcopi... recepissent, omnia pietatis Offitio peregrinis Episcopis semper exibuerunt, & si in ipsorum Ecclesijs Concilia interim cogerentur, ad consultationem, & sententiam ferendam ipsos titulares Episcopos non nunquam inuitabant; quorum vtrumque testatur Rodericus Archiepiscopus Toletanus; recensens eos, qui ad consecrandam Ecclesiam S. Iacobi conuenerant, & qui interfuissent Ouatensi Concilio, &c.*

Quod si nomine simul, & dignitate Episcopi potirentur, solebant aliquando, vel cura, & sollicitudine Negotiorum Ecclesiæ, vel exilij ab Arianis indicti Causam, ab Ecclesijs proprijs abesse, & in alijs commorari, temporum vicessitudini, & graui

rerum

rerum necessitati cedentes. Si verò Concilia in his indicebantur, vt in eis interessent, à Metropolitanis rogari solebant; hi præsertim, qui pietate prudentia, & litteris præstissent. Hac de Causa in Concilio Toletano secundo, coacto ex eiusdem solum Prouinciæ Episcopis, subscripsisse Macrinum Episcopum; Macrinus in Christi nomine Episcopus, ob causam fidei Catholicæ, in Toletana Vrbe exilio deputatus, Sanctorum fratrum meorum Constitutionibus interfui, relegi, & subscripsi, die, & anno, quo supra. *Cum exule Macrino subscripserunt Nibridius, & Iustus, alter Egarensis, alter Vrgellitanæ Ecclesiæ Episcopus;* vterque Tarraconensi Metropoli subiectus, & exilij, vel negotiorum Causa à propria Ecclesia absens, vt ibi Mendoza, qui etiam, de primo Arelatensi Concilio loquens ait: *cum non ex proximis Tarraconensis, aut Narbonensis, sed ex vltimis Bæthicæ, & Lusitaniæ Prouinciæ finibus illi Antetistes interfuisse sciamus, ex Emerita Liberium Episcopum, Florentinum Diaconum: ex Ciuitate Orcellis, Naielem Præsbyterum, Cæterium Diaconum: ex Bæthica Sabinum Præsbyterum, vt omittamus ex Corduba Osium, & ex alijs Prouincijs alios, quos præsentes fuisse primo Arelatensi Concilio Auctor est Augustinus;* quod tamen Concilium inter Prouincialia numeratur; vt videre est in Summa Conciliorum Francisci Longi.

Simili igitur modo, & nos propositæ difficultati responpondemus. Bellorum igitur occasione factum est, vt peregrinorum Episcoporum multitudo Hierosolymitanam petierit Vrbem. Hinc Chronicon Hierosolimitanum lib. 2. cap. 24. *Nec dubitandum est, cum tot Capitanijs primis non paucos adfuisse sequaces, & inferiores Seruos, & Ancillas, Nuptas, Innuptas, cuiuscunque Ordinis Viros, & Mulieres, His omnibus Episcopi, Abbates, Monachi, Canonici, Præsbyteri præerant, ad instruendos, & corrobborandos.* Similiter Odoricus Rainaldus in Compendio Annalium ad annum 1217.

num.

num. 39. *quid vero Egerint hoc eodem anno in Terra Sanctæ regionibus... referunt, Christianos... comparato Florentissimo exercitu, in hostium terras erupisse... praeunte Patriarcha Hierosolymitano, magna Episcoporum multitudine stipato.* Et ad annum 1218. num. 5. *accinxerat se Syriacæ profectioni Pelagius, cum magna virorum Principum multitudo Gennuam confluxit; inter quos Burdigalensis Archiepiscopus, Parisiensis, atque Endeganensis Episcopi*, & num. 14. *Princepes exercitus Romanorum, aliÿque Prelati, & Magnates consistentes in prædicta obsidione Damiatæ.* Baptista Ramusius volum. 2. in expositione præuia ad Marci Poli opus pag. 9. *è dunque da sapere che l' anno di nostra salute 1202. venero in questa Città di Venetia, quei gran Principi Francesi, e Fiamenghi. Baldouino Conte di Fiandra... con gran numero... di Vescoui.. è condussero seco numeroso Esercito, con proponimento di andare à soccorerre i Christiani in Terra Santa.*

Cum fidelium autem exercitibus, etiam ex Græcorum regionibus Episcopos fuisse, ex historia Colligitur, & primo quidem ex Cipro; Odoricus enim in Compendio ad annum 1218. num. 6. *quo vero in Statu res Christiana versaretur, Ioannes Rex Hierosolymorum... Archiepiscopus Nicosiensis, aliÿque Præsules his verbis descripsere.* Iacobus de Vitriaco lib. 3. *Anno Domini Millesimo ducentesimo decimo septimo... Congregatus est Exercitus Domini in Achon... aderant etiam Episcopi Peregrini... Archiepiscopus Nicosiensis.* Secundò ex Creta; vnde idem Iacobus sub anno 1220. sic ait: *Superuenerunt in Sexto passagio, Mediolanensis, & Cretensis Archiepiscopus.* Quod autem ex illis aliqui assent Græci ritus, & Catholici, probabile valde esse inficiabitur nemo; primo, quia vt ad annum Domini 1237. *ait Gordonus, a Capta anno 1204. Constantinopoli vsque ad annum 1237. Ecclesia Græca fuit vnita Latinæ.* Secundo, quia vt idem Gordonus ait: *ab anno 1204. Capta Constantinopoli, Ciuitates Macedoniæ deuenerunt*

 nerunt

runt in manus Christianorum. *Sic Athenis, Creta, seù Candia, Thessalonica, quas Asię Ciuitates possederunt vsque ad annum* 1223. Tertiò, quia Odericus ad annum 1230. num 3. inquit, *quod Archiepiscopus Athenensis erat subditus Sanctę Sedi*; maxime cum in *reflexione historica num*. 8. scribat Papebrochius, Episcopos Græcos, *Catholica vnione coniunctos cum Latinis... postmodum reperimus in Vrbibus quibusdam Gracię, diu subiectis Genuensium, & Venetorum Dominio, post Latinorum Imperium Constantinopoli extinctum*. Certum est autem, vt Libro 6. scribit Paulus Æmilius, quod recepto anno 1204. Bizantio, *Venetis Creta cessit: Ferratensi Marchioni Thessalonica. Venetis pręterea datę Ægei Maris Insulę. Gottofredus- Dux Athenorum,& Achaię Princeps declaratus*: & Iacobus de Vitriaco in epistola circa annum 1219. ad Honorium III. scripta, & in Exercitu prope Damiatam data, & ab Acherio in tom. 8. sui Spicilegij relata dicat; *hoc pręsenti anno, Suriani qui nobiscum erant in Exercitu nostro, Librum alium Antiquissimum lingua Saracenica scriptum de Antiquis Armarijs suis nobis ostenderunt*. Probabile autem non est, quod Surianis Militibus Sacerdotes sui ritus non adessent. Fieri, etiam potuit, vt ex Episcopis illis aliquis esset latini ritus; Sic Tredentino Concilio ex Latinis Prælatis ferè conflato interfuit. *Macario da Scio Arciuescouo di Tessalonica del rito Greco*, vt testatur Pallauicinus in historia Concilij Tridentini ædita Romæ 1666. lib. 12. num 63.

Potuerunt, & alij Præsules adorandi Causa illuc peruenisse: Sic Philippus in Terra Sancta Dominicarum Prior, litteris ad Innocentium III: datis, vt refert Odoricus in Compendio annalium ad annum Domini 1238. num.87. ex Mattheo Parisio in Historia Anglicana hæc scripsit: *Patriarcha Iacobitarum Orientalium, vir quidem Venerabilis scientia, moribus, & ętate, cum maximo comitatu Archiepiscoporum, Episcoporum, necnon Monachorum suę gentis, hoc anno venit*

ado-

adorare in Hierusalem, cui verbum Catholicę fidei exponentes, ad tantum, Diuina gratia cooperante, peruenimus, vt in ramis Palmarum, in processione solemni... obedientiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ permitteret... Secundum eandem formam fecerunt duo Archiepiscopi; vnus Iacobinus de Ægypto in Oriente: Sicut ergo ex tam dissitis partibus simul reperiri potuerunt, Patriarcha, cum tot Archiepiscopis, & Episcopis, & Monachis, & vnus Archiepiscopus Nestorianus, & alter Ægyptius, non vt audirent Dominicanum prædicantem: sed vt adorarent in Hierusalem: ita quid mirum, quod Archiepiscopus Thessalonicensis, & tres, vel quattuor alij, adorandi Causa fuerint in Hierusalem, & hac occasione ad Synodum Inuitati? denique vt Petrus Maffeus Iesuita lib. 2. cap. 8. de Vita S. Ignatij refert: Apud Vrbis præfectum accusauerunt quidam *Ignatium, Sociosque omni scelerum genere coopertos, tum in Hispania, tum in Gallia, quin etiam nuper Venetijs, falsa religionis probri, flagitijque damnatos, & elapsos è Iudicum manibus, ad corrumpendam Iuuentutem, spetie pietatis Romam se contulisse:...cumque longum; & operosum esset, nemine præsertim necessaria in eam rem impedia subeunte, ex tam remotis, disiunctis que prouincijs rei gestæ seriem litteris consignatam, testibusque firmatam, ex forensi formula petere, plane diuinitus factum est, vt quot, quot in Italia, Gallia, Hispania Ignatij Iudices extitissent, sub ipsum ferenda Sententiæ tempus Romam fere omnes, alia de Causa conuenerint; Ioannes Figheroa, quondam Archiepiscopi Toletani Vicarius, is, qui compluti primum de Ignatij fama, capiteque cognorat, grauibus de Causis Neapoli à Cæsare Missus, in redditu commodum Romæ substiterat. Venerat eodem è Gallia Parisiensis Inquisitor Matthæus Ori Dominicanus, apud quem Ignatius, vt supra dictum est, semel, iterumque ab improbis fuerat accusatus; denique in tempore Gaspar etiam Doctus à Venetijs adfuit, qui habita in ea Vrbe de Ignatio quæstioni præfuerat. Hi omnes in Iudicium*

adducti, aduersariorum commenta detexere, cum summa testificatione Virtutis, ac Pietatis Ignatij. Hæc Maffeus, querenti igitur Papebrochio quo pacto Synodo de qua agimus, ex tam longiquis partibus Præsules adfuere; respondemus & nos, *Plane diuinitus factum esse*, vt serui sui Angeli Magis, atq; magis gloria per Orbem vniuersum manifestaretur. Sic Michael Februe in Opere cui titulus: *Teatro della Turchia. Cap. 30. articolo 10. sect. 1.* de Patre Siluestro Capuccino inquit: *Morì questo Padre dieci anni sono in Aleppo... Si trouorano à caso alle sue Esequie, ò per dire meglio, per volere di Dio, trè Patriarchi, (che non si erano da molti anni nè veduti, nè trouati insieme nello stesso luogo) otto Vescoui, è più di settanta Sacerdoti.. gli Cantarono l'Officio cinque Nationi diuerse in cinque lingua differenti, cioè in Latino, Graco, Armeno, Siriaco, & Arabo.*

Ad quartam difficultatem sciendum est, quod noster Philippus à SS. Trinitate in Opere, cui titulus: *Viaggi Orientali lib. 3. cap. 2.* sic ait: *nel Monte Libano sono molti Borghi, & alcune Città, mà tanto picciole, che solo di questo nome sono degne, per essere della dignità Episcopale honorate, la prima Città, ò vogliamo dire il primo Borgo del Libano, e Bsarrai... l'altra Città si chiama Edem, doue io viddi l'Arciuescouo, che era vn Religioso molto pouero, è tutto il suo hauere consisteua in vna Casa assai piccola, & in vna Vigna di poco rilieuo, che egli stesso, come viddi, coltiuaua, e vendemiaua; dalla quale se ne ritornaua poi carico di legna; oltre ciò haueua alcune pecore, che nel più basso della Casa, si rinchiudeuano, e le quali ogni dì il suo Nepote conduceua à pascolare, come la Casa era pouera, così tutto il restante era pouerissimo, e non vi è senza dubbio trà di noi Contadino veruno, che non habbia vn letto migliore del suo; che però egli stesso sorridendo ci disse: ecco ò Padri il letto di vn Arciuescouo.* Similem paupertatem in Surianorum Episcopis, innuit de Vitriaco cap. 52. dicens: *multa alia sunt Ciuitates*

tates in Terra Promissionis, quæ licet ante latinorum tempora proprios haberent Episcopos Surianorum, & Græcorum: Latini tamen propter multitudinem, & paupertatem eorum, ne dignitas Episcopalis vilipenderetur, plures Ecclesias Cathedrales, vni Cathedrali subiecerunt.

Non ergo putare debemus, quod Surianorum Episcopi, cum curribus, & Equitibus, & cum maxima pompa ad Synodum conuenerint, ac propterea Principum auxilio opus fuisse prò impensibus faciendis. Denique detur quod Synodus ista magni fuerit res moliminis, absque Principum consensu ac auxilio ad finem minime perducenda; tamen quod auxilium istud; quod consensus iste defuerit, adhuc à Papebrochio non est probatum, nam quod aliqui bellorum occasione aduenerint, & hoc Principum auxilio factum est. Ad quintam difficultatem dicemus infra.

Interim, & hoc aduertendum, quod scilicet anno Domini 1221 die 8. Septembris, vt ad hunc annum num. 5. Scribit Bzouius, Crucesignati Damiatam perdiderunt; vnde, & in Palestinam reuersi sunt. Sequenti autem anno, vt habet noster Lezana ad annum 1222. celebratum fuit prope Hierosolymam Concilium istud, de quo est quæstio: quid igitur mirum ex tot Episcopis, & Præsulibus, qui occasione Belli, vel etiam adorandi Causa, è remotis Prouincijs illuc aduenerant, aliquos huic Concilio interfuisse? equidem à die 8. Septembris, vsque ad initium sequentis anni, in quo Synodus illa celebrari potuit, nec quattuor intercessere menses, per quos varij casus, curiositatis, deuotionis, infirmitatis, negotij, ex Præsulibus alios in Palestinam detinere, attrahere alios, vsque ad Synodi tempus potuerunt. Certe non nisi sequenti anno è Palestina reuersos, qui Bellorum factionibus interfuere, innuit Bzouius ad annum 1222. num. 1. vbi sic: *Pelagius Apostolicæ Sedis Legatus hoc anno ab Ægypto reuertens, Cypriorum Regni controuersias, auctoritate Pon-*

Pontificis audiuit, & determinauit, ... partibus in Concilio 18. Septembris auditis.

DVBIVM VIII.

Quis huius Concilij fuerit Præses?

NON apparet, inquit Papebrochius, quis huic præfuerit Concilio; nam si dicatur, quod præfuit Honuphrius; contra est, quia ante omnes est subscriptus Athanasius: si dicatur, quod præfuit Athanasius, contra est, quia Synodus dicitur congregata ab Honuphrio.

Respondeo primo, quod etiam de Præside Concilij Nicæni Primi non constare refert Franciscus Longi in Summa Conciliorum; an scilicet fuerit Imperator, an Athanasius, an Eustachius Antiochenus, ex hoc tamen non sequitur Concilium illud ad Commenta, & fabulas relegandum. Sic Ditimarus Mesepurgensis *lib. 6. cap.* 74. postquam dixerat, quod Henricus Rex ad dedicationem Ecclesiæ Bambergensis conuocauerat Cœtum, plusquam triginta Episcoporum, narrat quomodo occasione huius Conuentus, fuerit celebrata Synodus dicens, *post hac Synodus fuit magna, in qua Geberardus Retisponensis Præsul ab Archiepiscopo suimet arguitur, & Metensis Ecclesię Pręsul Theodericus à Rege increpatur, eo quod epistolasuimet hunc iniuste apud Papam accusaret; hec omnia, & multa alia consilio prudenti finita sunt, & restitutio Parochia promissa, est mihi.* Quis tamen huic Bambergensi Concilio præfuerit, non refert apud Baronium sub anno 1011. num. 1. à quo nihilominus Synodus illa non reijcitur.

Respondeo secundò, quod ex illa Episcoporum enumeratione facta ab Auctore, non potest colligi, quod Athanasius subscripserit ante Honuphrium Concilio; cum ipse Honu-

Honuphrius nec ante, nec post inueniatur subscriptus; immo non videtur ibi Auctoris intentum subscriptionum ordinem, formulamque attexere; sed illos enumerare Patres: qui Synodum ab Honuphrio congregatam, præsentia sua decorarunt; dicit enim: *fuerunt autem inter alios illo in consessu Patres numero sex, & triginta: videlicet Athanasius de Claramonte, &c.* Lezana tom. 4. ad annum 1222. num. 3. videtur respondere, quod si respiciatur Ius, debebat præsidere Honuphrius; si respiciatur Antiquitas Patriarchatus, Senectus Personæ, & hospitalitatis habeatur ratio, debebat præsidere Athanasius; & quod Ius cessit Antiquitati, Senectuti, hospitalitati.

DVBIVM IX.

De Tempore, & Loco Synodi.

Hierosolyma, inquit Papebrochius, & circonuicinæ Regiones infestabantur Militibus ad mutuam perniciem armatis; qui aut Saraceni, aut Latini erant; & vtraque natio inimica Syro-Græcis, Saraceni quidem, vt Christianis; Latini verò, vt Græcorum profitentibus errores.

Sed in primis hoc tempore fieri potuisse, quod elapsis antea temporibus factum fuerat, mirabitur nemo: quod autem Concilia inter persecutiones, & persequentes celebrata fuerint, Ecclesiastica historia pluribus in locis docet. Sic tres Apostolorum Synodus, de quibus in actibus Apostolorum, Cap. 1. Cap. 6. Cap. 15 sub Iudæis persequentibus celæbratæ fuerunt. Sic sub Iuliano Apostata Laodicea Synodus peracta fuit. Sic anno Christi 523. vacante Sede, & persecutione adhuc instante, Synodum Congregauit, & ad eam vicinos quosque Episcopos, & quotquot ex alijs regioni-

gionibus extorres Romæ fidei Causa, mutato habitu, delitiscebant, conuocauit; de quo Baronius ad annum Christi 253. num. 79. 88. 81. Sic anno 255. sub Cornelio Papa aliud Romæ Concilium Celebratum est, de quo ad annum 255. num. 2. & 3. Sic anno 303. cum Marcellinus Potifex Romanus in templo Vestæ, & Isidis Simulachris, & Idolis gentilibus, Ioui nimirum, & Saturno thus adoleuisset, obtulissetque Sacrificium, & ideò accusatus esset, in Ciuitate Sinuæssana (erat Sinuessæ Campaniæ Oppidum, quod nunc vocari perhibent, Rocca di Mondragone) conuenerunt trecenti Episcopi, de lapsu Marcellini Pontificis Sententiam dicturi; nec mirum, cum Blondo in sua Illustrata Italia teste, Iginius, & Guido Antiquissimi, Christianique Auctores scribant suo in Italia tempore 700. Ciuitates fuisse; quarum quatuor in Bononiensi districtu, cum 280. Castris, destructas, in sua perlustrata Bononia scribit Masinus.

Reijciunt Hæretici Concilium hoc ob easdem difficultates, quas in nostra Synodo visus est sibi videre Papebrochius. Vnde Franciscus Longi in Summa Conciliorum sub anno 303. ait: *hunc Conuentum trecentorum Episcoporum post Magdeburgenses Nouatores, Angli, quasi à Donatistis confictus sit, reijciunt, ideo quod putent non esse probabile hoc anno Diocletiani 20. quo persecutionis Sæuissimum Incendium flagrabat, & Imperatorum in toto Orbe Romano in Christianos acerbior ira sæuiebat, trecentos Episcopos congregari potuisse. Verum si nullo metu persecutionis Diocletiani, ante annos 50. circiter vt supra diximus in adnotatione ad Romanum Concilium, sub Interregno habitum ad litteras Cleri Romani remotiarum Prouinciarum Episcopi plurimi, cum multis alijs vicinis Italiæ, & Roma in exilio degentibus conuenerunt, & Concilio ibidem celebrato ea statuerunt, quæ prò necessitate Ecclesiæ tunc requirebantur: cur magis à veritate alienum erit eiusdem Romani Cleri vigilantissimo Studio Transmarinæ Ecclesiæ Episcopos per litte-*

litteras circulares conuocatos, nullo metu, aut periculo vitæ prohibente, loco ac tempore conueniſſe, &c. quid plura? Daniel Bartolus Ieſuita in hiſtoria Iapponenſi part. 2. lib. 1. pag. 91. ſic habet, de Patre Alexandro Valegnani Ieſuita loquens: *In tanto, mentre* (ſcilicet anno 1579.) *seco medeſimo ne diuiſe il come, ſpedì per colà intorno meſſi, dounnque eran Padri (trattone ſolo il Meaco, che n' era troppo da lungi) è conuccolli à Coccinontzai, per quiui conſigliarſi tutti inſieme, e ſtatuire ciò, che à maggior bene, e della Compagnia, e della Chriſtianità nel Giappone li pareſſe conueniente.* Sed quo pacto ſe habebant tunc temporis Terrarum illarum viæ? en quid de ſuis Ieſuitis ad conuocatam Congregationem properantibus ſcribebat Vallegnani: *van ſempre con la Vita, come ſi dice pendente da vn ſottil filo: tempeſte, e ladroni incontrano in Mare; in Terra per le continue riuolture, e cambiamenti di Stato, che ogni dì ſi vanno facendo, ſpeſſe volte ſi veggono il Coltello alla gola.* at quibus ex partibus conueniebant ſimul? en: *haueuano nel medeſimo tempo alle mani da coltiuare il Meaco, Zumi, Succo, Ciugen, Bungo, Fiunga, Satzuma, Fingo, Cicungo, Figan, tutti Regni diuerſi, trà dello Scimo, e del Gochinai.* Quanto tempore illorum perdurauit Congregatio? ecce: *queſti buoni mezzi, tutti ordinati al fine dell intera, e ſtabile conuerſione del Giappone, penſati dal Padre Vallegnani, è propoſti alla Congregatione de' Padri, principiata in Coccinozzi queſt' anno dell' 1579. è poi compita il ſeguente in Bungo.*

Quod autem ait, quod Saracenis Syro-Græci eſſent odioſi, falſū eſſe colligitur ex hoc, quod Capta à Saracenis Hieroſolyma, Saladinus expugnator Syro-Græcis locum in Vrbe Sancta conceſſit, vt habes num. 24. Sed nec Latinis ſuſpecti, ſi quidem Catholicam ſequebantur fidem, vt probatum man. t dub. 3. 5. 6. 7.

Cœterum hæc omnia, tanquam ſuperflua, omitti poterant, cum Papebrochij difficultas, ad quam ſoluendam ad-

ducta sunt, ex falso supposito procedat. Supponit enim, quod anno illo 1222. quo Synodus celebrata fuit, Saracenos inter, ac Latinos bellum arderet; cum tamen anno 1221. die 8. Septembris Diamata Saracenis reddita, pax secuta esset; quam à Saladino religiose obseruatam habet Bzouius ad annum 1221. Adde quod adhuc vigente bello, tutum ad Hierosolymam erat iter. Hinc Angelus Marinquez in Annal. Cisterciens. ad annum 1219. cap. 1. num. 3. de Cruce Signatorum exercitu loquens ait. *Damum ibi etiam exercitus vicit, vbi non fuit; nam solo nuntio perculsus Coradinus Hierosolymam Liberam reliquit, sine metu adeundam Christianis populis; vndè multa alia bona sunt secuta: quare Oliuerius* (Auctor scilicèt coeuus, & rebus tunc temporis in Terra Sancta gestis præsens) *quam supra dicebamus, epistolam, in hæc verba concludit: Gaudeat igitur vniuersalis Ecclesia, dignas gratiarum actiones referendo pro tali triumpho; & non solum prò Damiata, sed pro destructa perniciosa munitione Montis Tabor, & pro aditu libero ad Hierusalem, vt reedificentur muri eius, tempore ab Altissimo præuiso.* Consonant, quæ scribit alius temporibus illis coeuus Auctor Riccardus à S. Germano; qui in Chronico sic habet: *tunc Soldanus ipse furore accensus, muros Terræ Sanctæ Hierusalem Sterni ad solum fecit, & à Saracenis incolis deseri, paucis in ea Christicolis remanentibus*. Si igitur Saraceni Sanctam relinquerant Ciuitatem, quomodo aditum ad eam, aut poterunt, aut volebant impedire? aut quo pacto Conuentus propè Hierosolymam celebratus illis in suspitionem venire poterat?

Nunc de loco; inquit enim Papebrochius. *quomodò potuerit illa Synodus propè Hierosolymam celebrari; nam Saladinus anno 1219.... Muros, Turresq; Hierusalem euertit, Ciuitatem miserè deformauit, qui verò Vrbis Mænia Turresque sic destruxerat, vt non relinqueretur lapis supra lapidem, puta*

sub-

suburbanis Domibus Ecclesÿsque pepercerit, quæ in tali Casu solent prima destrui, nè receptum hosti præbeant? vbi ergo locum inueniemus, in quo conuenerit turba tanta, puta ducentorum Capitum.

Respondeo tamen, quod ad Concilium celebrandum non est necessaria Ecclesia, sed sufficit Domus. Sic Concilium Certense anno 303. sub Marcellino Papa, & Diocletiano, ac Maximiano Imperatoribus habitum fuit Cirtæ in Numidia in Domo Vrbani Carisij, quia Basilicæ nondum erant restitutæ; ita Baronius. Sic Synodus sexta Generalis Constantinopolitana III. habita fuit Constantinopoli in Secretario Sacri Palatij, quod cognominatum est Trullus anno 680. sub Agathone Papa, de qua Baronius. Sic Concilium Mediolanense Vniuersale sub Liberio Pontifice anno 355. Celebratum fuit in Palatio Constantij Imperatoris. Ita Baronius. Sic Concilium Romanum pro Canonizacione S. Roderici sub Ioanne XV. anno 998. Celebratum fuit in Palatio Lateranensi; ità Longi, in Summa Conciliorum. Immò necessitate cogente, non Domus, sed Crypta ad Synodum adhibita. Sic anno 303. Concilium Sinuessanum in Causa Marcellini Pontificis congregatum, cum Episcopi essent trecenti, non in Domo, aut Ecclesia, sed in Crypta conuenerunt. Locus namque conueniendi fuit Crypta Cleopatrensis quam quinquageni dumtaxat, alij post alios introibant, cum præ nimia angustia, omnes simul non caperet; ita Baronius. Immò Ioannes Baptista Riccioli Iesuita in Chronico Magno ad annum 1095 inquit: *Vrbanus Papa conuocatis vndique ex Europa Episcopis, & Abbatibus, Concilium Placentiæ Celebrauit .... tanto concursu, vt coactus sit illud extra Vrbem in Campo Celebrare, cum nulla Ecclesia tantum multitudinem Caperet.*

Hæc tamen omitti poterunt; neque enim necesse habemus ad Cryptas recurrere; quando quidem historia nihil

 aliud

aliud affirmat; nisi quod muros, Turresque Saladinus euertit, sicuti & aliarum quarundam Ciuitatum, vt testatur Iacobus de Vitriaco cap. 10. & cap. 80. quod autem Suburbanas euerterit, aut Domus, aut Ecclesias, nec historia narrat, nec ratio nos huiusmodi facimus credere cogit; cur enim euertisset? vt deffenderet Ciuitatem? ne hostes propè Ciuitates muros tutum receptum haberent? at ipse non defensionem, sed fugam meditabatur, vt probauit euentus, & significat historia. Cur ergo? nè hostes vllam reperirent Domum, in qua possent habitare? At Ciuitatem ipsam totam solo æquari Iussisset; quod tamen non fecit; reliquit enim, qui eam inabitarent, Christicolas, vt Riccardus de S. Geminiano coæuus Auctor enarrat.

DVBIVM X.

De Modo, & Ritu in Canonizatione Seruato.

NON est postrema difficultas, quam obycit Papebrochius de modo, & ritu ab illis Patribus in Diui Angeli Canonizatione seruato; quia scilicet mos ille canonizandi, hoc est in Concilijs Canonizationes proponendi, & deffiniendi, post lecta Vitæ, & Miraculorum acta, incipiebat hoc tempore in Europa, scilicet anno 1222: in Oriente tamen nihil tale auditum; ergo non potest sapiente credi, concludit ille, quod Syro-Græci amplexi sint hunc morem.

Ad primum Papebrochij assertū quod scilicet mos ille inciperet in Europa circa annum 1222. respondeo, quod ipsemet Papebrochius ad diem nonam Aprilis de Sancta Waldetrude, agens, oppositum, asserit, ibi enim hæc habet: *est enim verò Canonizata, sinè in Sanctorum Album relata, sed more antiquo; neque enim semper ita angusto, ac splendi-*

do ritu, atque nunc fit, Sancta illa Ceremonia Canonizationis peragi consueuit; adhibitus primo hic ritus, vt viri eruditissimi adnotarunt, cum Sanctus Hugo Gratianopolitano Episcopus ab Innocentio II. Sanctis adscriptus est... antea, vt Cathalogo insererentur, qui Sanctè vixerunt, facultas ab Apostolica Sede petebatur, supra Canonizandi Corpus aram erigendi, in eaque Sacrum Missa Sacrificium offerendi: quo facto omnis peracta erat Canonizatio.

At Hugo vt refert Baronius, fuit Canonizatns sub anno 1134. in litteris verò Innocentij de illius Canonizatione, hæc inter cœtera habentur; *Cognita Vita eius, & auditis, qua per Beati Hugonis merita fiunt, miraculis, superna Maiestatis Clementiam collaudamus: & Archiepiscoporum, Episcoporum, & Cardinalium, atque aliorum, qui nobiscum aderant, communicato Consilio, ipsum inter Sanctos, & electos honorari præcipimus.* Sed & Lucas d. Acherius *tom. 2. Spicilegij*; sic lectori: *Habitum est aliud Concilium Bellouaci, eodem Conone Legato, anno* 1120. (quod Scriptores hactenus præteriuit) *vti scriptis mandauit Lisiardus Suessionensis Episcopus in vita M.S. Sancti Arnulphi decessoris sui cap. 15. vbi Concilio præsentatur libellus de Vita Sancti, vt legatur.*

Immò falsum est, quod solemnis hic ritus ab Innocentio II. primum adhibitus fuerit; eo enim vsus est Ioannes XV. in Canonizatione Sancti Vlderici sub anno 993. vt refert Baronius. in diplomate autem eiusdem Ioannis hæc ad rem habentur. *Cum Conuentus esset factus in Palatio Lateranensi pridie Kalendas Februarias, residente Ioanne Sanctissimo Papa, cum Episcopis, & Presbyteris, astantibus, Diaconibus, & cuncto Clero, Surgens Reuerendissimus Luitolphus Augusta Episcopus inquit: Domine Sanctissime Præsul, si vobis placet, & omnibus Episcopis, & Presbyteris hic residentibus, Libellus, quem præ manibus habeo, coram nobis legatur de Vita, & Miraculis Venerabilis Vlderici Sancta Augustana Ecclesia dudum Episco-*

Episcopi, & quid libitum vobis fuerit, decernantur. . . . cumque perlecta esset Vita prædicti Sanctissimi Episcopi, ventum est ad miracula . . . quæ omnia. . . recepimus, & communi Consilio decrevimus memoriam illius, idest Sancti Vlderici Episcopi, affectu pijssimo, & deuotione fideli venerandum.

Omitto, quod de ſolemni Canonizatione Apollionis à Nicolao primo, Creato anno 859. die 24. Aprilis, Maluetius. de Canonizatione Sanctorum. S. Succiberti à Leone III. anno 804. facta Cantelorius de Canonizatione Sanctorum cap. 3. num. 4. Rocca de Canonizatione Sanctorum cap. 5. Beati Trudberti à Stephano Papa huius nominis III. anno 770. Andreas Molfetius Clericus Theatinus Conſil. 46. num. 15. & Caſtellinus de dilatione Canonizationis Sanctorum referunt.

Immò, non ſolum in Europa, ſed etiam in Africa hunc ſolemnem ritum in vſu fuiſſe, etiam tempore D. Auguſtini; ita ſcilicet, quod Canonizatio ipſa proponeretur in Concilio, in quo Canonizandi acta examinabantur, volunt Franciſcus Longi in Breuiario Chronologico ad annum Chriſti 303. & Felix Cantelorius de Canonizatione Sanctorum cap. 3. num. 3. ex D. Auguſtino in Breuicoll. Collat. die 3. cap. 13. ex Africæ autem Diocœſibus aliquam ſpectaſſe ad Orientalem Eccleſiam docet Ioannes Morinus in *Exercitationibus Ecclesiaſticis de limitibus trium Patriarcharum*, vbi demonſtrat, quod in Africa Regio Ammoniaca pertinet ad Alexandrinum Patriarcham, & colligi poteſt, ex eo, quod in Concilio Mileuitano, ſeu potius Carthaginenſi, vt citatur in Codice Eccleſiæ Africanæ cap. 103. Sancitum fuit, ne quid publicè in Eccleſia recitaretur, niſi prius in Synodo approbatum foret.

Per hoc patet ad illud, quod *in Oriente nihil vnquam auditum.* Adde modo, quod cum Canonizationis Solemnitas, gradatim ſub varijs Pontificibus, per diuerſa ſæcula, in multipli-

tiplices creuerit Obſeruantias, & cautiones, vt videri eſt apud Matta de *Canonizatione Sanctorum part. 1. capit. 3.* cuiuſcunque ritus initio opponi poſſet, *quod antea nihil vnquam tale auditum*, & ſic Impoſturæ narrantem conuincere: qua quidem re, quid magis, aut abſurdum, aut ridiculum in hiſtorica Inquiſitione excogitari poſſet? Neque vim faciat Papebrochius in hoc, quod non ſolum antea, ſed neque etiam poſt, aliquid tale in Oriente auditum, nam vt loc. cit. ſcribit Matta in litteris Canonizationis S. Bernardini Senenſis per Nicolaum V. legitur ſuper eiuſdem Sanctitate Vitæ quattuor Inquiſitiones præciſſiſſe... qui tamen rigor per Pontifices Succeſſores ſeruatus non fuit. En Canonizandi Ritus nec antea, nec poſt Nicolaum V. in Europa auditus. Quid inde? Ergo litteræ in quibus modus ille, ac inquirendi rigor naratur, ſunt fictæ?

Et eſto; quod nullus Auctor de hoc in Oriente ritu mentionem faceret, noſter tamen ſufficeret Enoch; cuius teſtimonium, neque in hoc, neque alijs in rebus, ſimplici Papebrochij negatione eludi poteſt; quin Societatis hiſtoricis in ſimilibus ſimili explusſioni exponantur; hoc enim dicam Papebrochio, quod Ioannes Rhò Ieſuita *Interrogatione 10. num. 24.* ad Caſtaldum: *Simeos reycis teſtes, nulla tibi obſtrictus reuerentia, tuos omnes Iure merito, floccifecero: quod qui noſtrum Æquius faciat, Orbis, ac ſaculorum Iudicium eſto.* Nec refert etiam ſi dicatur, quod ante illud Concilium, nullius alterius eſt memoria in Oriente, pro Sanctorum Canonizatione Celebrati. Huic enim obiectioni hac ſatis factum hiſtoria puto. Igitur Bartolus Ieſuita in Opere, cui Titulus (*la Cina*) *lib. 3. pag.* 779. ſic ad rem: *Michele il Giouine, ſopraviſſe appunto trè anni, quali menò in tanta purità di Anima, e di Corpo, & in ſi grandi, e ſi continui atti d'ogni virtù, che à comprenderne tutto inſieme il merito, baſta dire, che i Chriſtiani, ciò che ſin à quell' hora non ſi era fatto*

con

con niun altro, per commune consolatione, & essempio, ne scrissero, e publicarono la Vita. Audis ne? *ciò che fin à quel' hora non si era fatto con niun' altro*, quid inde? ergo fabulam nobis Bartholus obtrudit? consequentiam profectò negabunt, quot quot logicis Summulis aliquid operis dedere. Ad illud denique quod non potest sapienter credi quod Syro-Græci amplexi sint hunc Canonizandi Ritum.

Antequam hæc scriberet, tria illi probanda erant. Primum, quod Ritus iste circa annum 1222. esset nouus, nec antea cognitus. Oppositum autem vidimus supra. Secundum, quod talis Ritus ab Occidente in Orientem deriuauerit. ait enim Longus in Breuiar. Chronologico ad annum 1489. *qui quidem mos constat, quod peruetustus sit in Ecclesia Catholica, vt nullus, nec Martyr quidem absque, aliqua præuia discussione, & approbatione inter Sanctos recenseretur... moris enim erat, vt cum aliquis occubuisset, Episcopus, sub cuius ditione id accidisset, rem gestam scriberet ad primatem Episcopum; à quo maturè, adhibitis in Concilium Collegis Episcopis, an inter Martyres esset recipiendus, decernebatur. Cuius rei ritum, & Ordinem satis monstrant ea, quæ S. Augustinus scribit.*

Tertio, quod Suriani omnes Latinorum Ritus contemptui haberent; supponit enim omnes fuisse Schismaticos; quod tamen non ad huc probauit; & dato quod Schismatici fuissent omnes, odio que Latinos prosequerentur; non tamen probauit, nec probabit vnquam, Inde sequi, quod omnes Latinorum reijcerent ritus. Etenim de Armenijs sic habet Ioannes Bona Rerum Liturgicarum lib. 1. Cap. 9. num. 7. *inter ipsos, & Græcos implacabiles semper dissensiones fuerunt, suosque Ritus inuicem detestantur. Horum tamen Liturgia Græcanicum Ritum in plerisq; imitatur; adeo vt verba quædam Græca in ea permanserint.* Videatur Ioannes Baptista Ricciolus Iesuita in *Chronologia Reformata, tom. 3. part. 3. catolog. 7.* ibi enim

enim Antiquissimæ Sanctorum Canonizationes inueniantur.

DVBIVM XI.

De Causa huius Synodi Congregandæ.

INter Cœteras difficultates, quas nobis obijcit Papebrochius vna est hæc, quia scilicet non apparet causa huius Synodi Congregandæ. Respondeo tamen primo, quod Synodus congrebatur quolibet anno. Ita iubent quam plurima Concilia, pro suo quodlibet respectiue iure; Ea autem sunt Concilium Carthaginense III. circa tempora Siriaci Papæ anno Domini 397. Celebratum cap. 2. Concilium Agathense sub Symacho Papa anno Domini 506. cap 71. Concilium Turonense, sub Ioanne Papa III. anno Domini 570. cap. 1. Concilium Toletanum IIII. sub Honorio Primo, anno 633. cap. 3. Concilium Emeritense sub Vitaliano Papa Secundo anno 660. Can. 7. Concilium Toletanum XII. sub Agathone Papa anno 681. Can. 12. Concilium Vernense sub Stephano Papa III. anno 756. Can. 4. Concilium Nicænum II. Generale VIII. sub Hadriano Primo anno 787. Can. 6. vbi statuit: *saltem semel in anno celebrari Synodos Prouinciales, sicuti Patres sexta Synodi in Trullo statuerunt Canone* 8. Immò, quod bis in anno haberentur, iussum fuit in Canonibus Apostolorum *Can.* 38. quod etiam ordinauit Concilium Antiochenum primum *Can.* 20. & licæt aliquando cessatum sit ab huiusmodi Concilijs celebrandis vt in suo eruditissimo Opere, cui titulus *Iuris prudentia Sacra tom.* 1. *lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 8 *num.* 8. ex Balsamone, & Zonara scribit Illustrissimus Antonius Paulutius; & in Concilio Calcedonensi *actione* 9. repræhendantur Episcopi, qui præfata Concilia celebrare cessarunt; tamen circa tempora, de quibus scribimus, non

fuisse in omnibus Antistitibus extinctam sollicitudinem huiusmodi celebrandi Concilia, patet ex Epistolis Athanasij Constantinopolitani Patriarchæ positis in *tom.* 25. *pag.* 944. Bibliothecæ Patrum, æditæ Lugduni anno 1677. in illarum enim septima sic habet: *debet, qui Pastor est, vsque ad Sanguinem pro grege Christi non relinquendo, labores perferre; nisi cum opus fuerit, in Synodo singulis annis ad agendum de rebus necessarijs panlisper abesse, quibus conclusis celeriter illi redeundum sit*: vixit autem iste Athanasius sub Andronico Imperatore, vt habetur in historia Nicephori Gregoræ *lib.* 6. *cap.* 11. 12. 13. fuitque Patriarcha circa annum 1294. vt est videre in Odorico ad annum 1294. *num.* 27. *tom.* 2.

Causæ celebrandi Concilia multæ sunt, quas refert Longhus *in Summa Concilium prælud.* 2. qui etiam in *adnot. ad Can.* 38. Apostolorum causas sæpè celebrandi Concilia adducit dicens: *sunt autem multæ rationes, propter quas Concilia sic frequenter celebrari debent. Primo, vt videatur quomodo Episcopi in suo munere exercendo se se gerant, & villicationis suæ reddant rationem, prout in Concilio Trident. sess.* 23. *de Reformatione cap.* 5. *satis innuitur*. Quarum vel omnes, vel aliquæ in nostra Synodo locum habere poterunt.

Quod si aliquis instet, Concilium, de quo loquimur, Nationale fuisse; & quod Paulutius de *Iuris Prudentia sacra tom.* 1. *lib.* 3. *tract.* 3. *cap.* 7. *num.* 5. scribat: *cessauit Comitiorum necessitas, præsertim Nationalium, quæ postremis his quingentis, aut sexcentis annis cæperunt posthaberi*. Respondetur, non tantũ Nationale in Paulutij sensu, seu vnius Diocœsis, sed potius Patriarchale fuisse: tunc temporis autem Patriarchalia Concilia non in desuetudinem, sed in consuetudinem ibant, vt Paulutius ibidem. Facit etiam ad rem nostram Alexandri quarti Constitutio pro Græcis, Latinisque Episcopis Cypri ab Odorico Rainaldo ad annum 1260. relata; numero enim 47. dicitur: *Ne autem Episcopi Græci*

du-

duplici onere grauentur, cum eos semel in anno adire oporteat. *Episcopales Synodos Pontificum Latinorum, eos ire ad Prouinciale Concilium decernimus non cogendos.*

Respondeo secundò, quod ipsa D. Angeli Canonizatio potuit illius Synodi esse causa sufficiens; vt enim probat Troilus Maluetius de *Canoniz. Sanctor. cap. 1. num. 6.* Canonizatio est vna de maioribus causis, quæ inter Christianos populos proponatur: & idem tradit Cardinalis Tuscus *Pract. Conclus. Iur. litt. C. Conclus. 41. num. 14.* & certè, vt patet apud Baronium anno 993. à Ioanne XV. congregata fuit Romana Synodus, non alia de causa, quam canonizandi Sancti Vlderici, quod etiam agnoscit Franciscus Longi in Summa Conciliorum, vbi sic: *Concilium Romanum pro Canonizatione Sancti Vlderici Augustani Episcopi celebratum anno Domini 993. tempore Ioannis Papæ XV.*

Respondeo tertiò, quod etiam si nostræ huius Hierosolymitanæ Synodi nulla appareret causa, non propter hoc esset improbanda, nam Papebrochius ipse ad diem 24. Aprilis de *S. Egberto prauiè ad Vitam num. 2.* admittit aliquam potuisse venerationem habere, etsi venerationis illius causas sibi fateatur ignotas dicens: *potuit nihilominus ob causas nobis ignotas S. Egbertus aliquam venerationem Domni habuisse.* Et ad diem 9. Aprilis de *Waltrude num. 2.* admittit Concilium, in quo S. Hugo canonizatus fuit, cuius tamen Concilij, si canonizationem excipias, nulla apparet causa apud Baronium ad annum 1134. nec mirum, quia (vt optimè Bollandus in *præfatione generali ad Acta Sanctorum*) non omnes omnium scriptæ sunt causæ. En verba illius *cap. 3. §. 4.* ly, *esto: nulla* (inquit) *patrandi miraculi causa. Vnde id nosti? non scribitur; an ergo omnes rerum omnium conscripta causa?*

DVBIVM XII.

An declaratio Sanctitatis D. Angeli in Hierosolymitana Synodo sit vocanda Canonizatio?

PApebrochius *tom. 3. ad diem 27. de S. Zyta* agens, præuiè ad Vitam *num.* 4. adnotat in margine, quod illius: *Canonizatio (*& si post Innocentij Tertij tempora*) fuit legitima, & publica, probata à Cardinalibus, & Pralatis varys, licèt non solemniter à Pontifice.* Et in textu. *Non ausim tamen affirmare* S*actificationis causam ad Romanum Pontificem (erat is Nicolaus Tertius) fuisse deductam.* Cum tamen eodem tomo in Appendice de Cultu S. Georgij in Sardinia num. 2. scribat: Decretum Alexandri Tertij in Concilio Lugdunensi anno 1164. ne deinceps aliquis pro Sancto coli inciperet, sine Romani Pontificis approbatione, rigidè seruatum, post illius decreti innouationem ab Innocentio III. factam.

At noster Lezana ad annum Christi 1222. sic: *etsi enim vera, & legitima Diuorum canonizatio solum ad Sedem Apostolicam Romanam pertinere dignoscatur; non tam propterea Orientalis Ecclesia Catholicorum Antistitum (quales hos fuisse credimus) iudicium spernendum pro Angeli* S*anctitate comprobanda.*

Fortunatus verò Schacus de cultu, & veneratione Sanctorum lib. 1. sect. 1. cap. 7. §. *Vetus quoque*, sic scribit: *Vetus quoque praxis Ecclesia ex actibus Angeli Carmelitani idipsum confirmat. Huius enim Dei Serui vita mirabilis, & mors sanguine laureata, cum relata fuisset per testes fide dignos in Concilio, seù potius in Synodo Hierosolymitana, in qua, vt scribit Enoch Patriarha Hierosolymitanus, cum Athanasio de Claromonte Patriarcha Alexandrino, & Nicomede Patriarcha Hierosolymitano, triginta sex alij Episcopi conuenerant; de consen-*

su

su omnium honores Sanctorum eidem Seruo Dei decreti fuerunt; quos etiam decretos fuisse eidem per Episcopum Agrigentinum statim à die obitus. Idem Auctor scribit §. vltimo.... *ex quibus quidem actis, ac inquisitionibus de virtutibus, & miraculis Serui Dei Angeli Carmelitani, ex honoribus eidem decretis ab Archiepiscopo Agrigentino, atque à Synodo Hierosolymitana, perspicuum est validum, & plenum sanctitatis fumum ad fauorem alicuius hauriri ad effectum Beatificationis, & Canonizationis eiusdem: cui ea ratione sanctitatis titulus concessus fuerit.*

DVBIVM XIII.

An Hierosolymitana Synodus pro D. Angeli Miraculis inquirendis, & examinandis fuerit vna, aut duplex?

DE Hierosolymitana Synodo pro Miraculis D. Angeli inquirendis, & examinandis non solum fit mentio in *cap.* 1. sed etiam in *cap* 10. Vitæ eiusdem Sancti. Papebrochius verò in Annotatis ad *cap.* 3. *litter. M.* duplicem fuisse Synodum affirmat; ex qua supposita, & non probata distinctione, amplam sumit irridendi materiam. Verum, & eandem fuisse Synodum colligitur primo ex nostro Lezana ad *annum.* 1616. *tom* 4. *Annal. num.* 5. & ad *annum.* 1222. *num.* 4. in vtroque enim loco Synodum, de qua *cap.* 10. fuisse celebratam post mortem Ioannis Patriarchæ, D. Angeli fratrem, astruit. Cum autem Ioannes iste, vt ipse tradit Lezana, vltimum clauserit diem, quo tempore D. Angelus Martyrium passus est: ergo Synodus, de qua *cap.* 10. non fuit celebrata nisi post mortem D. Angeli; fuit igitur eadem, de qua loquitur Auctor Vitæ *capite primo*.

Hoc etiam colligitur ex ipso Historiæ contextu *cap.* 10. primo enim, quia in Synodo *cap.* illo relata sunt ijdem Prælati

lati, nominibus, numero, & titulis sedium, qui referuntur interfuisse Synodo, de qua *cap.* 1. ait enim: *præsentibus sex, & triginta Episcopis superius* (scilicet càp. primo) *expressis*. Hoc autem est argumentum rationi valdè consentaneum, quod scilicèt in vtroque capite sermo sit de Synodo eadem. Eo magis, quod si duo essent Concilia, vnum inter ac aliud sex annorum tempus effluxisset; Synodus enim, de qua cap. 10. annò 1216. illa verò, de qua cap. primo, anno 1222. peracta fuisset. Quod autem post sex annorum spatium, maximè in tanta temporum illorum varietate, & locorum distantia ijdem penitus Episcopi iterum conuenerint, inuerisimile valde est, vt ipsemet Papebrochius fatetur.

Colligitur tertiò, ex illis contextus verbis: *eorum vnanimi assensu ipse D. Angelus in Diuorum numerum relatus, debita Martyribus veneratione excolitur*: vndè sic discurro: Hæc Synodus, de qua loquitur Auctor cap. 10. est Synodus illa, in qua D. Angelus inter Cœlites fuit adscriptus: sed Synodus, in qua D. Angelus fuit inter Cœlites adscriptus: est Synodus, de qua agitur cap primo: ergo Synodus de qua agitur cap. primo, & Synodus, de qua agitur cap. 10. sunt vna, & eadem Synodus, nisi quis velit, quod non semel, sed bis, ab iisdem Prælatis, fuerit in Diuorum numerum relatus, vna vice ante, alia post obitum. Hoc autem absurdius quid scribi potuit?

DVBIVM XIV.

An Papebrochij petitio num. XII. Historicæ reflexionis sit rationalis.

NVm. 12. sic suam Historicam reflexionem concludit Papebrochius: *quare finem facio huic historicæ reflexioni, eiusque Summam ad paucas quæstiones restringens, peto,*

peto, vt mihi demonstrentur, probenturque sequentia puncta. I. quod Hierosolymis, & Alexandria fuerint anno 1221. vel sequentibus Patriarcha Honuphrius, & Athanasius. II. quod Patriarchæ isti, cum Episcopis sibi adiunctis ex toto Oriente, fuerint catholicæ communionis. III. quod ritus, & forma canonizationum, tunc apud latinos captarum in vsu fuerit Syro-Græcorum. *IIII. quod possibile fuerit tali loco, tali tempore, & rebus politicis adeò turbatis, conuenire Synodum XXXVI. Episcoporum, præter plurimos ex Clero Regulari, & Sæculari, ius habentes sessionis, suffragijque in Synodis. Quæ si nequeant vlla ratione probari, restat, vt interrogem, ecquid fidei mereatur Auctor tam multa commentus, veluti certissimo sibi comperta, idque in prima Introductione ad vitam?*

Respondeo primo id, quod Laurentius Forerius Iesuita in Appendice ad Grammaticum Proteum, ædita Ingolstadij anno 1636. pag 51. respondet Scioppio, sub Alphonsi de Vargas nomine Forerum criminanti; sic enim habet: *possem quidem satis tutari innocentiam meam illis Nehemiæ verbis lib. 2. Esdræ cap. 6. vers. 8. & Grammatico dicere*: non est Factum secundum verba hæc, quæ tu loqueris: de corde enim tuo componis hæc: *cum enim tu Accusatoris partes susceperis, ego verò accusati, seù rei sustineam, nullo iure à me potest exigi, vt me probem integrum vitæ scelerisque purum, sed sola criminum mihi impositorum inficiatione possessionem boni nominis retineo, donec tu ritè, atque ordine tantorum flagitiorum me conuincas: quod in tua relatione Alphonse neutiquam fecisti, neque in omnem æternitatem es facturus.*

Ita pariter, cum tu Pater Papebrochij, Accusatoris partes susceperis, quippe qui fictionis, imposturæ, ignorantiæ, aliorumque in Historia criminum Panormitani textus Auctorem accusas, Auctor autem ille, Accusati, seù Rei personam sustineat; nullo iure ab illo, aut ab eiusdem absentis vicem subeuntibus, exigi potest, vt eius dicta de Honuphrij, Atha-

Athanasijque Patriarchatu; de Orientalium in Hierosolymitana Synodo Patrum catholica fide; de tunc adhibito canonizationis ritu, deque illa tempore tali, talique loco congregata Synodo: ab omni falsitatis, & imposturæ nævo pura probentur: Sed sola errorum illi impositorum inficiatione, veridici historici possessionem ab immemorabili acquisitam retinet, donec Papebrochi obiectarum falsitatum ritè, atque ordine Panormitani textus Auctorem conuincas; quod in tua historica reflexione Pater Papebrochi, neutiquam fecisti, neque in omnem æternitatem es facturus.

Dixi, quod nullo iure exigi potest; sic namq; me insuper docuit Sfortia Pallauicinus Iesuita tom. 1. Historiæ Concilij æditæ Romæ anno 1664. nam cap. 5. num 6. Introductionis ita habet: *ne sarebbe accaduta all' Alciati la malageuolezza, che siam per dire, intorno alla narratione della verità, e dalla confutatione del Soaue; mà là doue questi s'era fatto lecito d'accusare, senza prouare; il che dalle leggi è punito con la pena del taglione; quegli non volle negare, senza hauer la proua della falsità, dal che ogni legge il disobligaua.*

Respondeo secundò, & peto à quo, vel à quibus exigit illorum quatuor punctorum demonstrationen, ac probationem? Ab Auctore Panormitani textus? At Auctor ille probare non posset, nisi alios adducendo testes, & scriptores: quos tamen si rebus à se scriptis non coæuus Auctor non tenetur adducere; multo minus tenebitur coæuus. Pallauicinus tom. 1. Historiæ Concilij Tridentini cap. 6. Introductionis. n. 6. *Io non hò voluto in questi racconti prendermi quell'autorità, che suol darsi all' historici. Mi son legato à produrre in margine le testimonianze d'ogni picciola cosa, tratti ò da Scrittori stampati, e riceuuti per fedeli dal Mondo, ò da manuscritti, i cui autori furono Principi, Legati, Ambasciatori, e sì fatte persone publiche, cioè da loro lettere, relationi, instruttioni, Atti, e simiglianti... il che è quel più, che possa farsi negl' humani*

mani successi. Ex quibus duo colliguntur, primum est, quod noster Auctor non posset sua dicta probare, nisi adducendo alios Scriptores. Secundum est, quod eos adducere haud tenetur; eo magis, vbi à se visa scribit. Hinc Bolandus Iesuita saltem à se visa scribenti fidem non denegandam astruit in Præfatione Generali ad Sanctorum Acta cap. 1. §. 7. vbi sic: *Atque ita quidem affectus animo sum, vt mihi haberi fidem nolim, nisi id narrem, quod ipse oculis vidi: neque enim me hactenus ita vixisse arbitror, vt tunc fidem non merear*. Cum igitur Panormitani textus Auctorem, aut ita vixisse, aut ita scripsisse, vt neque visa narranti, fides adhibenda sit; conuincere, Pater Papebrochi, nequeas; nullo iure ab eo visa narrante exigeres testes. Adde etiam si vni antiquæ historiæ ab eo narrata non congruerent. Sic Bolandus in Præfatione Generali ad Sanctorum Acta c. 3. §. 4. *Si est quidpiam quod vni antiquæ historiæ non congruat, non ideò id proscribi æquum est, cum inter sese frequenter Scriptores dissentiant, & Veteres, & Moderni, etiam qui res suæ ætatis scribunt, & quibus gerendis ipsi interfuerunt*. Cuius dissensionis exempla quam plurima habentur in opere, cui titulus. *La Historia d'Italia di M. Francesco Guicciardini riscontrata con tutti gli altri Historici, & Auttori che dell'istesse cose habbiano scritto*; de quaque contrarietate inter historicos, qui ipsum antecesserunt, maxime queritur Tit. Liu. lib. 1. Dec. 3. ex qua tamen dissensione, vt obseruat Paganinus Gaudentius in opere, cui titulus: *i fatti del Grande Alessandro spiegati*, cap. 82. *non s' hà da raccogliere con alcuni sciocchi nemici della verità Historica, che fede non meritino i compositori, e narratori delle cose passate; bastando, che concordeuolmente fauellino nelle cose sostantiali ed importanti, poco importando, se nelle minutie taluolta siano discordi*.

Si autem à Carmelitis exigit probationes, dico, quod sufficienter illa quatuor puncta Historici nostri testimonio pro-

bata arbitramur; non minus, ac solius Taciti, vel Liuij, vel alterius historici auctoritate multa sufficienter probata censeantur. *Nec enim* (sunt verba Bolandi loc. cit.) *video cur Amaano Marcellino hosti Christianorum, vel alteri eiusdem farina plus haberi fidei debeat, quam Christiano cuipiam, licèt rudi, & imperito scriptori.* Ita Bolandus, qui & ad rem hæc etiam habet: *potuit, inquis, ea fecisse Deus, fecisse vnde constat? vnde constaret tibi, Liuio narrante? fide humana, opinor, quæ & hic locum habet. Quæris vnde mihi constet, fecisse Deum quidpiam, quod memoratur: vnde tibi constat non fecisse? Auctorem profero, qui asserat: habes, qui neget? si habes, vtrius potior fides? si non habes, & fieri posse fateris, vide ne temerarium sit, absque vlla ratione negare esse factum.* Sic & nos discurrimus: quæ narrantur à Liuio, satis constant, illiusque auctoritate sufficienter probata putantur; quoties potior auctoritas, aut ineluctabilis ratio illius dictis non aduersatur: ergo multo magis, quæ à Christiano, Catholico, Religiosoque Scriptore narrantur: valet enim tunc ratio, quam pro suæ historiæ integritate, ac fidelitate astruenda adducit Pallauicinus tom. 1. Historiæ Concilij cap. 6. Introductionis, num. 5. vbi sic: *la seconda ragione, che purga li Commentari miei dalla suspicione, è, che noi professiamo vna fede la quale non promette la Beatitudine alla sola fede, nè disprezza l'osseruatione de' precetti, quasi non richiestà per la salute... hor fra i precetti riputiamo indispensabile, anco da Dio, il divieto della menzogna, ed in ogni materia graue lo stimiamo per graue. Si che l'esser io partegiano della Religion Catthólica, non mi spinge, anzi mi ritrae dal mentire.* Sed sic est, quod Panormitani textus Auctor, scilicet Enoch, Christianus, Catholicus, Religiosus fuit, & illius dictis auctoritas nulla, nulla ineluctabilis ratio contrariatur; cur ergo illi non habebimus fidem?

Respondeo tertiò id, quod habet Papebrochius in Propylæo

pylæo prævio ad tom. 2. Aprilis part. 1. num. 15. vbi sic: *quæ enim obsecro æquitas est, exigere, vt indicentur, mostrenturque nunc Treuiris claræ, atque distinctæ memoriæ Dagoberti II. vt secundus fuit; cum à mille annis in toto Francorum Imperio, inter tot Scriptores Chronicorum nemo vnus fuerit, qui Dagobertum istum sciret à primo distinguere, quamuis ille post annos quatuordecim in Alsatia actos, quinque integros egerit cis Rhenum, toti imperitans Austrasiæ? confusis igitur vtriusque memorijs, neque inter primum, & vltimum Dagobertum, medium aliquem cognoscentibus historicis tot sæculorum: quid miramur, omnes memorias Dagobertinus, quæ ad vltimum referri non poterant, ad primum relatus esse à Treuirensibus?*

Ita pariter dicam, & ego: quæ obsecro æquitas est, exigere, vt demonstrentur nunc quatuor illa puncta, cum à quadringentis, & sexaginta annis, in toto Terræ Sanctæ solo, inter tot Chronicorum, Historiarumque Scriptores nemo vnus fuerit, si Enochum excipias, vel Enochum secutos, qui de illa Hierosolymitana Synodo, aut aliquid sciret, aut aliquid scriberet? Cum igitur Papebrochius Dagoberti. II. non obstante historicorum omnium per tot sæcula silentio, à se asserti, nequeat Treueris claras, distinctasq; memorias petentibus ostendere, monstrareq; Aduersarijs, ita illi mirũ esse, non debet, si quatuor illa puncta demonstrare non possemus, neq; exinde cõcludere illius Synodi ab Enoch asserti fictionẽ.

Respondeo quarto, & scire vellem, quid responderet Papebrochius scribenti: peto, vt mihi demonstrentur, probenturque Sanctorum omnium acta, quæ ab vno, maximè Anonymo scriptore prodita, coæuorum historicorum testimonio non fulciuntur, quod si nulla ratione probari, demonstrique possunt, restat vt interrogem, ecquid fidei mereantur Auctores illi, tam multa commenti; & cur illorum opusculis tot impleantur tomi?

 Scio

Scio, quod Papebrochius ad diem 11. Maij de B. Aloysio Rabata agens num. 18. confidentissimè scripsit: *cum autem aduersus ista tueri me, meaque scripta cogar, non id faciam, vt hactenus, veluti aliud agendo, sed plana, ac facili ratione. Primo autem docere conabor, vbi, quando, & quantam vim habeat negatiuum argumentum... II. sigillatim percurram scripta sub Auctorum praenominatorum titulis obyci solita, ostendamque argumenta, quibus sustinui ea alienis, & temporibus, & nominibus supponi, hactenus manere inconcussa... III. demonstrabo, quam exigua, & quot erroribus, atque gratuitis coniecturis implicata vsque in nostram aetatem fuerit penès ordinem scientia de vita, & actis Antiquorum suorum Sanctorum... Euincentibus id monumentis coaeuorum testium.... IIII. veluti consequens ex priori educam, quantum intersit inter eum credibilitatis gradum, in quo Societatis, aliorum huius aeui historiarum scriptores constituuntur, & eum, qui potest dari Scriptoribus Carmelitis, post tot saecula, circa res maximas, & si vera fuissent, apud antiquos scriptores nequaquam praetereundas, asseuerantissimè loquentibus aliena ab ijs, quorum indicia nunc habemus in eorumdem, ad quae res ipsa pertinent, vt sunt Ioannes Phoca, Albertus in Regula, Pontifices in primis Bullis Ordini datis, Sanuico, &c. V. expendam aequiparationes ex dictis per nos Sanctorum actis desumptas, nihil ad rem facere*, &c.

Ingentia quidem hæc promissa; sed nisi me fallit in Papebrochij scriptis euoluendis labor, ad effectum nunquam perducenda; nam vt, vel ex vnius impossibilitate, quid de alijs censendum sit, lector discat; peto an fieri possit, vt Papebrochius doceat alios, quod ipsemet ignorat? At vbi, quando, & quantam vim negatiuum habeat argumentum, à Papebrochio ignorari manifesto exemplo patet; etenim in sui Propylæi parte 2. num. 31. probare volens, quod ante annum 1238. Carmelitæ nullos in Europa Conuentus habuerint,

rint, hoc negatiuo vtitur argumento. Si Carmelitæ ante annum 1238. fuissent in Europa, Iacobus de Vitriaco circa annum 1220 de historia Occidetali librum scribens, & ex professo singulos Ordines enumerans, de Carmelitis aliquid scripsisset; sed de illis nihil scripsit: ergo Carmelitæ tunc temporis nullos in Europa Connentus habebant. At hoc argumentum nullam habere vim edoctus à nostro Bonaspe in Armentario parte 2. num. 742. Siquidem non solum de Carmelitis, sed etiam de Prædicatoribus altè Iacobus silet, quos tamen in Europa circa annnm 1220. fuisse nec Papebrochius ipse negare ausus est: vnde sicuti ex Iacobi silentio non posset inferri, quod circa annum 1220. in Europa non fuerint Prædicatores, ita nec potest inferri, quod non fuerint Carmelitæ; deceptum se Papebrochius dolet in Hierosolytanorum Patriarcharum Chronologica Historia num. 228. vnde mirum est post tam illustre circa argumenti negatiui vim, inscientiæ suæ documentum, adhuc velle nos docere, quod ipse nescit, scilicèt vbi, quando, & quantam vim negatiuum habeat argumentum. Ex hoc disce, quid circa reliqua attendendum sit.

Lego quidem Papebrochium in Historia Chronologica Episcoporum Hierosolymitanorum de nostro Bonaspei n.85. sic scribentem: *Aliud non superest triumphatori, quàm, vt ad consuetum sibi refugium accurrat, meque argumento negatiuo, quod pro stramineo habet, vtentem explodat. Explodat sanè quantum volet ipse, & discipuli eius; quoties tamen ex nouo Breuiario cantabunt in Festo S. Lucæ 18. Octobris lectionem V; ex eodem Hieronymo inuenient illum sic argumentatum in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis* cap. 7. Periodus Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas numeramus: quale enim est, vt indiuiduus comes Apostoli inter cœteras eius res hoc ignorauerit? *solet autem vis huiusmodi argumenti crescere, pro numero eorum, qui si potuissent,*

voluis-

voluissent, debuissentque meminisse eius rei, de qua, an fuerit, dubitatur; & tales pro singulis ferè saculis produxi. Sed hoc opus, hic labor. Agnouerit D. Hieronymus pro sua maxima, non solum studendo, sed & orando conquisita sapientia, *hoc voluisse, hoc debuisse*, in D. Pauli indiuiduo comite Luca, quodque Periodos Pauli, & Theclæ, non scripsit, quia non potuit; at nobis quam dabis Regulam, vt certo, vel saltem probabiliter cognoscamus, quando historicus aliquis, *voluisset debuisset scribere aliquid*, & quod ideò non scripsit, quia non potuit? si potes, assigna. Inquis quidem: *& tales pro singulis ferè saculis assignaui*; sed ego sæculo XIII. circa, quod maximè difficultatis nostræ cardo vertitur, lego Iacobum de Vitriaco à te assignatum nihil de Carmelitis in Europa existentibus loquentem; tibique visum est, quod voluerit, & debuerit de Carmelitis scripsisse aliquid, quandoquidem ex professo singulos Religiosorum Ordines enumerat vnde ex illius silentio inferens, quod ideò non scripsit, quia non potuit, negatiuum confecisti argumentum, putans (vt ais num 228.) illud maximam habere vim ad ostendendum, quod ante annum 1238. Carmelitæ in Europa mansiones sui Ordinis non habuerint; at te quam maximè deceptum, iam supra diximus, & tu ipse agnoscis à nostris edoctus. Satius ergo erat ingenuè fateri te nescire vbi, quando, & quantam vim argumentum negatiuum habeat, quam velle res docere, quas à te ignorari tam manifesto exemplo constat, alioquin non omnia de Apostolo Paulo ab indiuiduo comite Luca in Apostolorum Actibus, fuisse conscripta, norunt Interpretes; inter quos Cornelius à lapide in v. 7. capitis 28. Actuum sic ad rem: *Silet hic Lucas, Paulum per tres menses, quibus Malta fuit prædicasse, & conuertisse Melitenses ipsumque Publium de quo Arator ita canit.*

Mensibus hybernis tribus in regione Melitæ,
Multiplicem dat Paulus opem . . . . . .

. . . .

Sic

Sic & Chrysostomus. Porrò Publium hunc creatum esse Episcopum Melitensem docet Ado in Martyrolog. die 21. Ianuarij. Et Beda 18. Ianuarij.

Immo cùm D. Paulus in Epist. ad Galatas cap. 2. scribat: *cum autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprahensibilis erat.* D. Hieronymus in Comment. ad illud caput, hanc sibi obijcit difficultatem *Lucas Scriptor historica, nullam huius dissensionis facit mentionem, nec dicit Petrum vnquam Antiochia fuisse.* Huic difficultati à negatiuo argumento desumptæ, respondet ibi: *mirum non esse, si Lucas hanc rem tacuerit, cum & alia multa, qua Paulus sustinuisse se replicat, historiographi licentia pratermiserit; & non statim esse contrarium, si quod alius ob causam dignum putauit relatu, alius inter cætera dereliquerit. Denique primum Episcopum Antiochena Ecclesia Petrum fuisse accepimus, & Romam exinde translatum, quod penitus omisit.* Notant hoc totum Baronius tom. 1. ad annũ 39. tum Gordon. in Chronol. ad annum 34. 39. 47. 59. latissimè autem singulaque que à D. Luca prætermissa recensent, agitantque Ioannes Roffensis in lib. *Quod Petrus fuit Roma Resp. ad Calum.* 13. & Melchior Inco fer Iesuita *in Coniectu. pro epistola B. M. V. ad M. ssan. cap.* 6. & certè si valeret hoc argumentum: Lucas, ad quem maximè spectabat, non scripsit Petrum Antiochiæ fuisse; Romam vidisse; in Orbis capite Ecclesiarum caput fundasse: ergo nec Petrus Antiochiæ fuit; nec Romam vidit; nec Romæ Ecclesiarum caput fundauit: iam nec verum erit Christum Dominum multa fecisse, quæ in Euangelijs scripta non reperiuntur; etsi summa diligentia, & Spiritu Sancti assistentia suam Euangelistæ concinnarint historiam: quod si semel hæc dixeris, non solum plurima nutabunt, quæ firmissima creduntur, sed & de Catholica actum est Religione. Hinc, vt benè adnotauit Resolutus noster Bacconius in 4. dist. 7. quæst. 1. art. 1. *Argumentum hoc: non legitur Christum*

hoc

hoc fecisse, ergo non fecit, reprobatur de celebrat. Miss. c. cum Martha; quia sequeretur, quod forma verborum, quibus conficitur sanguis, non esset forma recta, nam in nullo Euangelistarum reperitur: vt ibi: & d. 8. q. 1. a. ad 8. ait: *ad octauum de sanguine dic: quod non sequitur: hac forma non est expressa in aliquo Euangelicorum, igitur non est forma, in qua Summus Euangelista Christus confecit, nam Ioannis* 20. *dicitur: multa fecit Iesus, qua non sunt scripta.*

Sed & Orlandinus lib. 1. historiæ Societatis num. 66. de S. Ignatio sic ad rem: *in his excursibus, cum aliquando Antuerpiam venisset, in Mercatorum Corona, fertur præcipuè in Iuuenem è Methyna Campi, Petrum Quadratum nomine, obtutum fixisse, & seuocatum monuisse, grates, vt ageret Deo, à quo dectus esset, qui olim in sua Patria Societatis Iesu Collegium conderet. Quam prædictionem multis post annis probauit euentus.* Fuit Orlandinus, Sacchino teste in præfatione, *ad scribendam Societatis historiam euocatus in Vrbem anno seculi proximi octauo, & nonagesimo*; atque adeò excursus isti per septuaginta circiter annos scribentem antecessere. Hinc igitur oritur difficultas. Nam Ignatij Vitam antea scripserat coæuus, & conuictor Ribadeineira, & quidem S. Francisci Borgiæ iussu, vnde scribenti omnia patuere scrinia; quin & ab Ignatio in Belgium missus dicitur ab Orlandino lib. 15. num. 32. immò, vt idem Orlandinus lib. 16. num. 28. refert anno 1556. *Antuerpia circiter Idus Martias admissus ad Philippum Regem Ribadeineira post redditas Igatij litteras, vt in mandatis habebat, exposuit, &c.* Hic duo adnotare licet: primum est, quod *Ignatius... vbi duci negotium vidit* (pro quo scilicet Ribadeneiram miserat) *sæpè admonuit Petrum, vt nequaquam desideret in Regia.* Videtur enim, quod prima admonitio sufficere debuerat. Secundum est, quod inter rationes à Ribadeneira cōtra aduersarios adductas, vna his verbis concepta fuit: *quid? æquum ne est quemquam censorem pers Romani*

mani Pontificis, quaque ille decreuerit, vocare in iudicium, vi quo voluntas ferat, circumscribere, corrigere, mutilare? His positis, sic arguo: Ignatij Vitam ante Orlandinum scripserant, Coæuus, & Conuictor Ribadeineira, & suppar Maffæus; neuter tamen Antuerpiæ Ignatium fuisse, aut Collegij fundationem Petro Quadrato prædixisse: ergo falsum est, quod Ignatius Antuerpiæ fuerit, & illam fundationem prædixerit; scripsissent enim totum hoc Ribadeineira, & Maffæus; sed est mera fabula ab Orlandini cerebro excogitata. Peto modo, an hoc negatiuum argumentum vllam habeat vim? Si affirmes, iam Orlandinum facimus mendacem; immò in Orlandino totam Societatem; cum referente Sacchino, Orlandini historiæ exemplaria ad vetustissimos Patres fuerint missa, ab ijs diligenter expensa, & approbata. Si neges: dicas quæso, quodnam negatiuum argumentum vim habebit, nisi hoc habeat? dices ne, quod Ribadeineira, & Maffeus noluerint, aut non debuerint hanc Antuerpiensem Ignatij prædictionem, in Magistri, ac Parentis laudibus cessuram, scribere? sit ita. Sed si isti nec voluerunt, nec debuerunt scribere Ignatium Antuerpiæ fuisse, Collegij fundationem Petro Quadrato prædixisse; quo pacto probabis, quod historici sæculi XIII. de Carmelitis, si in Europa extitissent, voluissent, & debuissent mentionem facere?

At inquit in Conatu Chronico-historico ad Catalogum Pontificum, part. 1. differt. 5. num. 9. *tanto autem fit certior, & euidentior ex argumento negatiuo demonstratio, quanto notitia facti, de cuius credibilitate controuertitur, ad plures pertingere, & à pluribus scripto consignari debuisset, propter insignem sui claritatem.* At Innocentium cædes ab iniquo patrata Herode, res erat clarissima, & ad Iosephum ex professo suæ Nationis memorabilia scribentem pertingens: de illa tamen nec mu scribere voluit. Hinc Petrus Possinus Iesuita apud Papebrochium in Apparatu ad Conatum Chronico-

 histo-

historicum ad Catalogum Pontificum pag. 18. num. 11. dicit: *An enim ignorare potuit rem omnium illo ano celeberrimam, & decantatissimam? aut cum illam sciret, cur vel vno versu cursim transigere omisit, qui exempla crudelitatis Herodis infinitis partibus minus insigna, diligentissimè collecta, congestaque accumulauit?* clarissima res, & ad infinitos propè pertingens illa, de qua D. Prosper in Opere, cui titulus: de Promiss. & Prædict. Dei. part. 3. promiss. 34. de Martyribus, sic loquitur: *Sanè nostris temporibus apud Persas persecutionem factam nouimus, imperante Arcadio Religioso, & Christiano Principe: qui ne traderet ad se confugientes Armenos, bellum cum Persis confecit. Eo signo, antequam potitus victoria, iam co euntibus prælium militibus, aeria cruces in vestibus apparuere. Vnde etiam Victor, auream monetam cum eodem signo crucis fieri præcepit, quæ in vsu totius Orbis, & maximè Asiæ, hodieque perstitit.* De hoc tamen miraculo nihil tunc viuentes historici, vndè cum Mazara in Opere, cui titulus *l'eternità delle Conuersioni felici* pag. 235. sic libet arguere: *se dunque vn miracolo tanto nobile; così manifesto, che lo vidde vn' Esercito intiero; così certo, che hebbe la proua d' esser Diuino prodigio, e segno dall' esito di così rara Vittoria; così riconosciuto, che l' Imperatore lo fè battere nelle monete; così famoso, e vulgato, che corse per tutta l' Asia, e per tutto il Mondo; fù lasciato prorsus da tanti scrittori all' hora viuenti; se questa Vittoria così grande, che spauentò, e rimosse dal muouer guerra per venti anni i Persiani, tanto formidabili, e tanto assidui nemici dell' Imperio Romano; è affatto taciuta da gl' historici profani, e politici di quei tempi, e solo in poche linee la narra à caso S. Prospero, ancorche sian da diciotto gl' Historici, che scriuono di quegl' āni, e frà questi molti Ecclesiastici, à cui più degl' altri era douere il riferire il gran miracolo.* Quis amplius audebit nobis obijcere, quod: *tanto sit certior, & euidentior ex argumento negatiuo demonstratio, quanto notitia facti, de cuius cre-*

credi-

dibilitate controuertitur, ad plures pertingere, & à pluribus scripto consignari debuisset, propter insignem sui claritatem? quodque aliquid ab vno solo Auctore scriptum admitti non debeat, quia à pluribus narrari, & potuisset, & debuisset?

Clarissima quoque res fuit illa Constantinopolitanæ Ciuitatis ab Arcadio Imperatore defectio, de qua in homil. (quam memorat Baron tom. 5. ad annum 399.) super verba illa Psalmi 44. *Astitit Regina à dextris tuis*, D. Ioannes Chrysostumus mentionem facit sequentibus verbis: *Ante paucos dies obsidione vallata est Ecclesia. Aduenit militaris exercitus, ignemque ex oculis eiaculabatur: Verum ne Oliuam quidem Ecclesiæ marcidam reddidit. Euaginati sunt enses; nemo tamen vulnus admisit. Imperialis Aula munitæ portæ effractæ sunt, & nullo succussionis metu stetit Ecclesia; & quidem inde ad eam omne defluxerat bellum; in illa enim, qui ad eam confugerat, conquirebatur.* De hac tamen defectione silent omnes illius temporis Auctores, solusque, & casu eam Chrysostumus memorat.

Clarissima & res illa, quam in eadem homilia de se ipso D. Chrysostomus scribit: *Illa die aderatis, ac cernebatis quanta agitabantur arma. Furebat militaris ira flammis ipsis procellosior: nos medij ad Imperialem Aulam impellebamur; Quid verò? Dei beneficentia nihil vndarum tantorum fluctuum exundatione, nos obruit. Hac dixerim, vt vos, cum res feret, nostram in his reddatis effigiem. Sed vnde nobis, vt nulla tum ingesta fuerit animo consternatio? ex hoc equidem, quod nihil eò minaci illo rerum vultu par metui nobis incutiendo putabamus; quid enim timendum fuerat? mors? At minimè timenda est: citò enim ipsa duce, in tranquillum redimus portum.... enses aspiciebam, & Cælum mente versabam. Imminentem expectabam mortem, & resurrectionem auidè exauriebam. In conspectu erant, quæ perpeti debueram in hac terra, & in Cælo victoriæ præmia enumerabam. Insidias in me*

initas conspiciebam, & supernam agitabam mente coronam. Super quæ Mazara pag. 331. *A dispetto di questa obiettione del silentio, si fà quì vn'altra riflessione. Che maggiore marauiglia si è il vedere, che di questo gran pericolo occorso al Santo, nulla narrino tanti Scrittori della sua Vita, che pure in numero passano i Scrittori delle cose d' Arcadio, e molti furon presenti, come Socrate, Sozameno, e Theodoreto, che fù pochissimo tempo dopò, & alcuni suoi discepoli, come Palladio; e pur fù questo caso di tanta consideratione, che forse non ne auuenne vn' altro simile al Santo; sì per il pericolo della Vita, non leggendosi in altro caso, ch' e' fosse condotto à morte; sì per la publicità; sì per il punto oppostoli di sollenatore, di Ribelle, e fantor di tumulti; sì per l'esser condotto publicamente preso da vn' Esercito a i Tribunali Imperiali, e profani. Che se questo successo tanto glorioso a Chrisostomo amatissimo da gl' Orientali, e pur taciuto da tutti*, quis nobis ampliùs audebit obijcere Auctorum silentium?

Obijcit tamen Papebrochius, dùm in supradicto Conatu part. 2 pag. 34. num. 5. de Innocentio III. agens, sic arguit: Carmelitarum in Epistolis Innocentij Tertij à Bosqueto, & Baluzio æditis nulla inuenitur memoria, ergo Carmelitarum Ordo tempore Innocentij Tertij non erat in Palestina diffusus. Probat consequentiam, quia quamplurimæ ex illis Epistolis sunt: *in Orientem data ad Principes Ecclesiasticos, & sæculares, ipsumquè etiam Albertum, de minutissimis quandoque negotijs, ad omnis conditionis, professionisque homines spectantibus.* Sed quam sit elumbis argumentatio ista, patebit cuilibet illam sic retorquenti. Innocentius tertius in suis Epistolis mentionem facit de rebus etiam minutissimis, & ad omnis conditionis, professionisque homines spectantibus: ergo à fortiori mentionem fecisset de Regula ab Alberto Carmelitis data; quam consequentiam approbabunt illi, qui cum Papebrochio, *consideranerint, quam multis difficul-*

tatibus

tatibus implicita esse soleant Ordinum quorumcumque, vel condendorum, vel reformandorum principia, quantosque libros impleant, quæ huiusmodi occasionibus, eodemque ævo scripta, actaque inueniuntur apud alios. Sed de illa Regula nullam facit mentionem, ergo Albertus nullam Carmelitis Regulam dedit. Valetne hoc argumentum? Respondebit Papebrochius non valere, siquidem loc. cit admittit, Albertum Carmelitis regulam dedisse. At nostrum istud argumentum in Papebrochiano continetur argumento; quapropter si hoc nihil probat, & illud. Peto iterum an admittendus sit sequens syllogismus ex historici silentio deductus? nimirum de Xauerio, eiusque in Veneta Ciuitate præclaris operibus ab Horatio Torsellino in Vita Xauerij *lib. 1. cap. 5.* descriptis, Paruta Venetus anno 1588. natus, in *Historia Veneta, nec ad annum* 1537. nec in proximè, aut antecedentibus, aut sequentibus, verbum, sicuti nec de Socijs, facit: ergo nec Xauerius, nec Socij sæculo decimo sexto, saltem pro anno 1537. Venetijs fuerunt; nam si fuissent, Paruta de illis non tacuisset; nec enim inter Venetæ Ciuitatis decora postremum fuisset, Xauerium, eiusque Socios in suo aliquando sinu fouisse: Cœterum cum Iacobus de Vitriaco anno 1220. historiam Hierosolymitanam scribens, dicat cap. 52. de Carmelitis pro anno 1124 existentibus, quod: *capit Orientalis Ecclesia reuirescendo florere, & cultus in partibus Orientis ampliari, &c.* & quod: *alij ad imitationem S. Viri Solitarij Eliæ Prophetæ in Monte Carmelo, maximè in parte illa, quæ supereminet Ciuitati Porfiriæ, quæ hodie Caiphas appellatur, iuxta fontem, qui fons Eliæ dicitur, non longè à Monasterio B. V. Margaretæ Vitam solitariam agebant; & in Aluearibus modicarum Cellularum, tanquam apes Domini dulcedinem spiritualem mellificantes.*

Colligitur primò, quod sub anno 1124. Carmelitæ existebant in Carmelo, atque adeò reijcitur Papebrochij fabula,

la, Ioanni Phocæ, ab ipso, sine fundamento vllo adscripta, de nostri Ordinis initio circa annum 1180. Colligitur secundò, quod sub anno 1124 plura erant in Carmelo Carmelitarum Monasteria, vnde scribit, non quod in *Alueari*, sed in *Aluearibus modicarum cellularum vitam solitarium agebant.* Colligitur tertiò, quod anno 1124. cœpit iterum Carmelitarum Ordo florere, vnde mirum non est, si ab anno 1124. vsque ad annum 1200. ædificata fuerint tot Monasteria, de quibus in sua Chronica *de multiplicatione Religionis Carmelitarum cap. 1. & 2.* Guilielmus de Sanuico, qui circa annum 1280. in Terra Sancta floruit. Iacobo de Vitriaco consensit in libro, seu Epistola, *de processu, & varijs Regulis nostri Ordinis* ad Eusebium Montis Neroi, S. Cyrillus Constantinopolitanus, circa annum 1173. Carmeli Incula, dum cap. 3. inquit, quod capta anno 1099. à Godefrido Hierosolyma, *capit tunc cultus nostræ Religionis in Monte Carmelo ampliari. Quamplures enim deuoti Peregrini, qui ab Occidente superuenerant, odore huius Sancti Loci tracti, & deuotione Religiosorum Eremitarum Montem hunc inhabitantium permoti, Mundo renunciabant, & per contemplationem cœlestium, se eorum contubernio iungebant.* Hinc tom. 5. *Antiquarum Lectionum Canisij* Gunterus Monachus Cisterciensis, viuens anno 1204. inquit: *est enim in partibus illis tenitorium, quod tam moderno vsu, quam apud veteres scripturas Mons Carmeli nominatur... In hoc Monte sunt tria Monachorum Cœnobia distincta ab inuicem, & latas possessiones habentia.* Immo Brocardus Hierosolymitanus in Constitucionibus, de quibus Balęus in *Catalogo de scriptoribus Brittaniæ, cen. 3. in Appendic. ad Gualth. de Constantijs*, & Centuriatores Magdeburgenses *cent. 12. cap. 6.* quas compilauit circa annum 1191. statuit de Capitulo Generali, & illius Deffinitoribus, ea, quæ ab Alexandro IIII. sub anno 1256. referuntur in Bulla, quæ extat in Mari Magno Ordinis, vbi inquit: *lecta coram nobis*

si qui-

si quidem vestra petitio continebat, quod Regula vestri Ordinis, &c. ac etiam secundum Constitutiones eiusdem Ordinis, Prior ipsius, qui pro tempore fuerit, à Prioratus officio absolui, & amoueri potest à Deffinitoribus Capituli Generalis. Possem hic addere antiquissimas Conuentus Fundationes ante sæculum decimum tertium factas, de quibus noster Daniel in Vinea Carmeli à num. 468. quæ antiquam Ordinis diffusionem in Europa ostendunt, & eos Conuentus, de quibus anno 1227. Enoch in Vita Sancti Angeli.

Septem igitur habemus, sæculi duodecimi, & decimi tertij Auctores, dignitate, sanctimonia, antiquitate præstantissimos, omnique exceptione maiores, qui Ordinis incrementum, pro sæculo duodecimo, ac decimo tertio attestantur; & adhuc apud cordatos viros Innocentij silentium tot, talibusque positiuis fundamentis præualere poterit? Et quid quæso ex Innocentij taciturnitate in litteris à Bosqueto, & Baluzio æditis, verè colligitur, si quid colligitur? nil aliud, nisi, quod à Bosqueto, & Baluzio non omnes Innocentij litteræ fuerint æditæ. Patet à pari, nam in Bullis Gregorij decimi tertij editis à Cherubino nulla fit mentio de Kalendarij reformatione: quid inde sequitur? Quod Gregorius decimus tertius non reformauerit Kalendarium? minimè, sed solum sequitur, quod non omnes Gregorij Bullæ fuerint à Cherubino æditæ; vel si mauis, sequitur solum mirandum esse huiusmodi Innocentij silentium, sicut, vt asserit Papebrochius in præcitato *Conatu, differt.* 14. *num.* 6. mirandum est Anastasij silentium circa gesta Vigilij occasione trium Capitulorum. Sic Lucas, D. Acherius tom. 2. sui Spicilegij, ita Lectori suo. *Concilia Compenatum anno* 1085. *&* 1086. *nec non Parisios* 1095. (de quibus apud Scriptores altum silentium) *fuisse conuocata produnt tria priuilegia . . . Decreta Iuberis Turonensis Archiepiscopi in membranis ferme obliteratis Abbatia maioris Monasterij latitabant. Nulla illorum, quod*

quod sciam, apud Auctores sit mentio. Cœterum Innocentio III. Carmelitas notos fuisse, habes apud Lezanam tom. 4. Annal. ad annum 1215. num. 6. vbi sic: *Hoc etiam, quod diximus, clarè confirmat, quod sequenti anno, cum Pontifex ab Vrbe discessisset, vt Pisanos cum Genuensibus maritimis, & Cisalpinos inter se terrestribus prælijs decertantes, in concordiam redigiret, Perusium deferri voluit, Vrbem Veterem appellans; in Ciuitate Ecclesiam Carmelitis construi fecit, dotauit, & priuilegijs muniuit. Auctor est Petrus Rodulphius Franciscanus in Historia Franciscanorum lib. 2. fol. 259. in Custodia Vrbeuetana his verbis:* Habet hæc Custodia locum Vrbeuetanum, qui fuit constructus anno 1216. Nam Innocentius tertius Pontifex Maximus, ex Illustri Comitum familia, cum apud Vrbeuetanam moraretur, construi fecit quinque Ecclesias, quas dotauit; videlicet Ecclesiam S. Dominici, S. Francisci, S. Augustini, S. Mariæ in Monte Carmelo, &c. easque multis gratijs cumulauit; *quæ accepisse dicere videtur ex Archiuio Vniuersitatis, & Episcopio.*

Septem prædictis Auctoribus addi potest Gotefridus, qui florebat, regnabatq; anno 1099. de illo enim noster Baptista Mantuanus, ob antiquitatis (ortus enim, vt inquit Antonius Posseuinus anno 1448. obijt, vt scribit Petrus Lucius in Bibliotheca Carmelitana, anno 1516. 20. Martij) dignitatis (fuit enim anno 1513. Romæ in Capitulo Generali, licet absens, electus caput totius Ordinis) Scientiæ (à Ioanne enim Trithemio in libro de Viris Illustribus Ordinis Carmelitarum, *Carmelitici Ordinis vnicum Decus, & Princeps Doctorum.* Sui temporis appellatur) Integritatis denique prærogatiuam (adeò enim Innocenter vixit, vt modo, sicut inquit Philippus à Sanctissima Trinitate in Decore Carmeli part. 1. pag. 168. *ipsum, & frequentatio piorum, & appensio votorum in obsequium Sanctitatis eius celebriorem reddant*) fide dignissimus: in Apologia pro Carmelitis scribit:

bit: *Habeo apud me decretum Gotfredi, qui capta Hierosolyma de Syris triumphauit, super quadam pietate quam omni Sabbatho iubebat exhiberi fratribus nostris, qui tunc incolebant Montana Iudeæ, per quæ transiuit Maria, cum ad salutandum Elisabeth se conferret. Floruit autem Godfridus circa annum Christi millesimum centesimum, ante Franciscum, & Dominicum saltem annis centum.*

Petrus Mattei in libro, cui titulus: *della perfetta historia di Francia, nell' auuertimento sopra tutta l' historia*, inquit: *fra tanti altri mancamenti, hò trouato dopo, che il libro era stato stampato, & all' hora, che non vi si poteua più aggiungere, ne diminuire, che il ristabilimento de' Giesuiti, vna delle migliori parti, si era scordata. Questa era la prima narratione del settimo libro, arricchita d' infinite belle, e curiose annotationi, sopra la dottrina, la disciplina, e diportamenti delle persone di questa Compagnia. Io non sò, che cosa habbia causato questa obliuione; essendo stato veduto il discorso in Parigi in molte buone mani; col resto dell' opera; & esendo ancora al presente in quelle di Monsiur di Vic, mi seruirà sempre per difesa contro à quelli, che pensassero di riprendermi d' hauer scordata attione così conosciuta, e publicata.* Ipsemet historicus nescit, cur deficiat in opere suo prolixa de Socijs narratio; & nos scire volumus cur in tali libro non reperiatur hoc, vel illud?

Ita pariter Marcus Guazzus in opere cui titulus, *Historie di M. Marco Guazzo delle cose degne di Memoria, così in Mare, come in terra nel Mondo successe del 1524., fino all' anno 1542.* licet sub anno 1540. de Carmelitis scribat; de Iesuistis tamen nihil toto in illo opere habet. Cur? assigna si potes rationem, Neque enim probabile est; vel quod Societatem ignorauerit; vel quod indignam putauerit, de qua aliquid scriberet.

Igitur ne hac de re amplius nobis Papebrochius litem

moueat, illud pro certo statuendum est varijs de causis in Auctoribus aliqua deficere, quæ tamen commemorari merebantur. Prima quidem, & satis nota, esse potest; quia temporum iniuria perijt illa librorum pars, qua res frustra quæsitæ continebantur. Exemplum nobis sint Titi Liuij secunda Decas; Ammiani Marcellini sub Gratiano, & Valentiano Imperatoribus (vt Gerardus Vossius *lib. 2 cap. 9. de Historicis Latinis tradit*) efflorescentis, tredicim primi ex libris 31. quos scripserat. Diodori Siculi 20 posteriores, ex 40. libris; & alij quinque, qui inter 5. & 11. extabant. Suetonij Tranquilli liber de Poetis, P. Vellei Paterculi initium libri primi Romanæ Historiæ ad Vinicium Cons. M. Valerij Messallæ libri de Auspicijs (de quibus A. Gellius *lib. 3 cap. 14. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 9.*) & liber de Romanis Familijs (de quo Plinius secundus Naturalis Historiæ *lib. 34. cap. 13. & lib. 35. cap. 2.*) Iulij Capitulini, & Ælij Lampridij opera, quorum Pars maior Libitinam euitare, atque effugere non potuit. Sic Ælium Spartianum aliqua scripsisse, quæ modo non habemus, videtur ipsemet innuere in Ælio Vero; dicens: *in animo mihi est, Diocletiane Auguste, tot Principum maxime, non solum eos, qui Principum locum in hac statione, quam temperas, retentarunt, vt vsque ad Diuum Hadrianum feci, sed illos etiam ... cognitioni Numinis tui sternere*. Sic Vulcatij Gallicani extat tantum Auidij Cassij Vita; cum tamen in fere illius initio scribat: *Propositi enim Diocletiane Auguste, omnes, qui Imperatorum nomen, siue iuste, siue iniuste, habuerunt, in litteras mittere, vt omnes purpuratos Augustos cognosceres*. Sic Tribelli Pollionis non integros extare labores constat ex Flauio Vopisco Syracusio in D. Aureliani Vita scribente, quod Trebellius Pollio: *A duobus Philippis vsque ad Diuum Claudium, & eius fratrem Quintillum, Imperatores, tam claros, quam obscuros memoriæ prodidit*. Et ex amplissima historia Polybij quinque

que tantum remansere libri. Hinc illa ad Nicolaum V. Pontificem Maximum Nicolai Perenottis. *O si reuiuisceret Polybius, atque hanc deformatam operis sui faciem agnosceret, vix octaua sui parte superstitis, quam molestè, quam grauiter, quam acerbè ferret perlatos a se incassum tot labores, tot frustra euigilatas noctes, tot à se susceptas, tam breui tempore euanituras, atque occasuras cogitationes, quamquam eandem fortunam alij quoque infiniti tàm Græci, quàm Latini Auctores sunt experti.*

Secunda causa, quia Auctores, ne actum agant, cum post alios scripserint, omittunt ab alijs dicta, & quæ sibi nota solum, aut quæ intacta reliquerunt alij, libentius prosequuntur. Sic de Velleio Paterculo Vossius lib. 1. cap 24. *quædam etiam habet, quæ non alibi inuenias.* Sic de Lucio Ampello in suo illo Memoriali libro inquit editor: *Rerum plurimarum, quas nō liceat aliunde summere, nouitatem habet.* Ita Pariter Flauius Vospiscus in Carino, Diocletiani, Maximiani, Galerij, atque Constantij Imperatorum, Vitas bene sibi perspectas, cur non scriberet, rationem assignat, dicens, *Diocletianum, & Maximianum Principes Dij dederunt, iungentes talibus viris Galerium, atque Constantium... quorum Vitam singulis libris Claudius Eustenius, qui Diocletiano ab Epistolis fuit, scripsit; Quod idcircò dixi, nequis à me tantam rem quæreret; maximè cum vel viuorum Principum Vita non sine reprehensione dicatur.* Vnde, & Famianus Strada Iesuita de Bello Belgico sic Lectori suo præfatur; *Peculiarum in primis rerum expositio.... tanto futura est iucundior auiditati legentium, quanto addentes hac nostra ad notiorem eorum factorum cognitionem, quæ ab alijs memorantur, & nos ab ijs sæpius abstinemus, pleniorem ex vtrisque historiam ipsi conformabunt... quin & huc quoque illud pertinet, quod sicut aliqua cursim, & nisi peculiare quid ad alios addendum occurrat, penè præterij; ita interdum aliqua paulo altius deducere,*

liberiusque denarrare, profecto gratius existimaui.

Tertia causa est aliquorum perfidia expungentium ex Authorum libris ea, quæ sibi minus placent. Sit exempli gratia Flauius Iosephus Hebræus. Hic, vt etiam refert noster Bachon. in 3. *sent. dist.* 20. *q.* 1. *a.* 2. describens tempora Tyberij Cæsaris, sub quo passus est Redemptor noster, ita Iudaicarum Antiquitatum *lib.* 18. *cap.* 6. cognitæ veritati testimonium perhibuit. *Iesus fuit ijsdem temporibus vir sapiens, si tamen eum virum nominare fas est, erat enim mirabilium operum effector, & Doctorum, qui libenter ea, quæ vera sunt audiunt; & multos quidem Iudæorum, multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. Hunc accusatione primorum nostræ gentis virorum, cum Pilatus in Cruce agendum esse decreuisset, non deseruerunt hi, qui ab initio delexerant. Apparuit eis iterum viuens secundum quod diuinitus instructi Prophetæ, vel hæc, vel alia de eo innumerabilia futura esse prædixerant.* At hæc ab Hebræis expunita, obliterataque fuisse testis est Picus apud Hieronymum de Boschijs part. prim. Monop. Harm. lib. 1. Isagog. Prælud. 19. num. 21. ad amicum ita scribens. *Scias istum Iosephum apud Hæbreos non reperiri, sed Iosephi Epitoma, idest Breuiarū quoddam, in quo multa sunt commentitia.: quapropter illorum Iosepho nulla omninò est fides adhibenda. In Iosepho tamen Græco scio esse quædam, quæ de Christo, & Christianis fidam. & honorificam faciunt mentionem.* Nec solus Ioseph ab Impijs hanc curruptionem passus est; hoc enim idem fecerunt, & Diuinis Scripturis; vt inter alios testatur noster Bachon. in 3. dist. 6. q. 1. a. 2. *Contra* (inquit) *istam solutionem non potest argui, nisi ostendendo, quod ipsi corrumpunt litteram, vt negent Christi Diuinitatem. Hoc autem optimè posset fieri ex antiquis Biblijs, quæ non essent corruptæ in passu isto; & in alijs, in quibus fit mentio de Diuinitate Christi, si possent haberi; & hoc modo illi, qui præcesserunt contra illos in isto passu, & consimilibus arguebant. Licet autem ego*

non

non viderim, aliquam Bibliam hebraicam, qua non sit corrupta in passu isto, tamen audiui à fide dignis (ratione scientia, & Vita) affirmantibus iuramento; quod sic viderunt in antiquis Biblijs, sicut habet translatio Hieronymi superiùs adducta.

Noster quoque Angelus Laurentius Espin in Opere, cui titulus: *Explication Verdadera de vn lugar de Suetonio, &c.* num 241. hæc habet: *el libro de Iuan Tritemio, què intitulò de laudibus Carmelitarum, y se conserua Manuscripto en la Biblioteca de el Santuario de Nuestra Señora de Monserrate, come asseuera Nuestro Miguel Munoz in Propug. Elia lib. 2. titul. 3. cap. 1. art 1. num. 3. pag. 301. col. 1. y està inserto in sus obras impressas en Antuerpia año 1576. ya no se halla en las Impressiones modernas. En las antiguas de las obras de Nuestro S. Cyrillo Alexādrino impressos in Paris año 1528. y 1573. hauia vn celebre elogio, compuesto per el dicho Tritemio, y no està en la Impression dell' año 1607. . . . la Vida de S. Cyrillo, porque l' Autor dize, che el S. Doctor fue Carmelita falta tābien en la impression reciente, y en las obras de el S. hauia textos expressos, de que fue Monge Carmelitano, la Emulation ha quitado estas clausulas, y particularmiente de la Epistola primera, que escribio a los Monges de Egipto, en cuyo titulo dezia: Monachis solitariam Vitam Nobiscum degentibus, la inuidia ha puesto questo: Vobiscum en lugar de Nobiscum: però non hà potudo quitar otras clausulas, en que el Santo Doctor se llama Padre espiritual de aquellos Monges, y que como tal los instruia, y mal pudiera instruirlos, sino hubiera practicado el Monacato. . . . tambien faltan en nel Martyrologio de Vsuardo las palabras de Molano impressos en Louayna año 1573. porque dijo, que Iuan Patriarcha 44 de Ierusalem fue Carmelita . . . las Vidas de los Sanctos Carmelitas Dionisio Papa, Cirilo Patriarcha Alexandrino, Eliseo, Eufrasia, Simon Martire, que padecio en tiempo de Traiano Imperador, y estauan en las obras de Iacobo de Voragine impressas año*

1581.

1581. *no eſtan en la impreſſas, que hora corren. . lo que eſcribio de los Carmelitas Lodulfo de Saxonia, y lo tomò de Pedro Dorlãdo Cartuſiano en la Vida de S. Ana, en el libro, que intitulò de Vita Christi impreſſos en Paris, e en Venegia, ya en la impreſſion de eſte tiempo no ſe halla. . . como tampoco ſe halla lo que Genebrando dezia dell' Antiguidad de los Carmelitas en ſua Cronologia Impreſſas en Paris año 1583.*

Quarta Cauſa eſt ipſorum Scriptorum liuor; quo peccaſſe videntur Eutropius in *Breuiario Romana hiſtoriæ*; Sextus Rufus Feſtus in *ſuo eiuſdem hiſtoriæ Compendio*; & Sextus Aurelius Victor in *part. 2. Abbreuiata hiſtoriæ*, quæ *de Cæſaribus* inſcribitur; cum horum nullus de Preclara Conſtantini Magni ad Chriſtianam profeſſionem conuerſione vllum fecerit verbum. Et tamen Conſtantini Magni temporibus hos vixiſſe certum eſſe debet; Cum Sextus Aurelius de Conſtantino ſcribat: *Quarè compertum eſt eruditionem, elegantiam, comitatem præſertim, Principibus neceſſarias eſſe.... Memoria mea Conſtantinum, quamquam cæteris promptum virtutibus, ad vſque Aſtra votis omnium ſubuexere.* Eutropius verò decimum, & vltimum librum, cum Iouiani Imperatoris obitu, his verbis concludat: *Is ſtatus erat Romanæ rei, Iouiano eodem, & Varroniano Conſulibus. . . quia autem ad Inclytos Principes, venerandoſque peruentum eſt, interim operi modum dabimus, nam reliqua ſtylo maiore dicenda ſunt; quæ nunc non tam prætermittimus, quam ad maiorem ſcribendi diligentiam reſeruamus.* Opus autem ſuum *Domino Valenti Gothico Maximo perpetuo Auguſto*, dicat; Valentiniani, ſcilicet Primi fratri; & qui ſolus inter eos, qui ad Imperij faſtigium peruenerunt, Valentis nomine appellatus eſt; vt etiam in eius, fratriſque Vita Petrus Meſſias adnotatum reliquit. Et Rufus opus ſuum Valentiniano Primo, qui Iouiano ſucceſſit, tanquam: *Pio, Perpetuo, Domino, Imperatori, & ſemper Auguſto* inſcriptum voluerit. Hinc optimè con-

cludit

eludit Bocchius loc. cit. Prælud. 20. num. 15. *ergo non facessat negotium si quidem exteri, ac fortasse leuidi Scriptores, non omnia, qua poterant, & forsan debuerant, litteris, consignarunt.*

Neque dicas breuitatem obstitisse, ne tantæ rei memoriam facerent: nam breuissimus in suo Chronico fuit D. Isidorus Archiepiscopus Hispalensis, & tamen in sexta sæculi ætate, ad an. Conditi Orbis 5535. Sic de Constantino habet: *Constantinus... Christianus quoque effectus, licentiam dedit Christianis liberè congregari, & in honorem Christi Basilicas construi.* Breuissimus fuit Iulius Africanus, de quo tamen Photius, in Bibliotheca, quam de libris à se lectis concinnauit, inquit: *legimus Africani historicon. hic ille est, qui etiam Cestorum (nam ita inscribuntur) libros quatuordecim composuit, & licet breuis admodum, succinctusque fit, nihil tamen eorum, quæ scitu digna sunt, prætermisit.* Breuissimus pro Rerum varietate, ac amplitudine est Horatius Tursellinus è Societate Iesu; libro tamen quinto ad annum. 309. *Costantino*, inquit, *SS. Petri, & Pauli Apostolorum admonitu, à Syluestro Pontifice baptizatus est, &c.*

Quinta causa est incredibilis rebus de illis nescientia; quarum, cum succederent, tanta fuit claritas, ac magnitudo, vt nobis ipsis, egrè suadere possimus ab illorum temporum Scriptoribus ignoratas fuisse. Quid enim, inusitata miraculi magnitudine, clarius esse potuit, quam Lauretanæ Domus aduentus? ab extremis nimirum Asiæ confinibus ad nostras vsque partes? Et tamen (quis crederet?) tanta res Hispanos non modo, sed & Italicos Scriptores tandiu latuit, vt in Lauretana historia è Societate Iesu notissimus Auctor Tursellinus lib. 1. cap. 26. dicat:

Non dee esser nell' vltimo luogo delle lodi di Pio Secondo annouerata questa, che la Santità, per fauore della Vergine ad vn tal' huomo restituita (scilicèt anno 1464.) *e per la bocca di*

santi

tanti Principi, e di tanta gente celebrata, accrebbe alla Casa Lauretana molto grido, e deuotione: Imperciochè infin' all'hora (per lo spatio quasi di cento sessant'anni, da che ella era venuta in Italia) si era la fama della Casa di Loreto, poco più oltre distesa, che a' confini della Marca: & a' vicini, e lontani paesi n'era appena peruenuta vna picciola, e non ben chiara nouella; onde alcuno recar non si dee à marauiglia, se la fama della Santissima stanza infin dalla Galilea in Italia trasportata, non sia a S. Vincenzo Ferrerio nella Spagna per lo scisma d'Auignone, e per la deuotione del Monte Serrato occupato: ne a S. Antonino, ne agl' altri Toscani Scrittori de' passati tempi nella Toscana, che tutta di Guerre Ciuili ardeua, trà il romore, e lo strepito dell' Armi penetrata, la quale fù senza dubio la cagione, perche S. Vincenzo, seguendo l' antica fama, habbia detto in vn suo Sermone, che la Cella della Madonna all hora in Galilea si ritrouaua: e che S. Antonino, e gl' altri historici Toscani più di lui antichi niuna mentione ne habbiano fatta, come coloro, che del suo memorabile trasportamento in Italia non hebbero veruna notitia. Et lib. 2. *Il Padre Battista Mantuano della Congregatione Mantuana General Vicario scrisse l' historia della Santa Casa, e lo stesso anno, ch' egli venne a Loreto, cioè nel 1489. al Cardinale della Rouere la dedicò.* Et cap. 6. *Il Padre Battista Mantuano adunque Teologo, & insieme eccellente Poeta lasciò nel principio della sua historia alla Santa Casa vna nobil testimonianza... e stata dunque dal Mantuano famoso huomo scritta l' historia Lauretana, la quale sapeuasi infin' all' hora, solamente per relatione. Dopo quel tempo incominciò ad essere con grande aumento, e della diuotione di Loreto, e benefitio degl' huomini diuolgata; imperoche essendo l' historia di cui ti parlo, in poche carte ristretta, portata attorno auidamente, & in ogni canto letta, gl' animi di moltissimi a vedere, & a riuerire la Santa Casa trasse.*

Viuebat, Suida teste, Augusto sub Cæsare Dionysius Ro-

Romanarum Antiquitatum Scriptor; inquit enim, Διονύσιος Ἀλεξάνδρου Ἀλικαρνασσεὺς Ῥήτωρ, καὶ παντοῖος λόγιος, γέγονεν ἐπὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ hic ergo cognitione, & eloquentia clarus Scriptor *lib. 1. num. 2.* Romana de Vrbe hæc in verba suos exprimet sensus. *Si quis mentem adhibeat ad prisca, tam Ciuitatum, quàm gentium Imperia, maiorum monumentis prodita, ac singulatim, quodque consideret, & inter se collata, diligenter examinet; quodnam eorum sibi dominium amplissimum parauerit, & res bello, ac pace clarissimas gesserit, videbit Romanum Imperium longo interuallo post se reliquisse cætera, quorum hactenus memoria extat.* & tamen subdit num. 4. *ad huc ignota & Græcis pene omnibus vetus illa Romanorum historia:* & cum num. 3. dixisset *Romanorum Ciuitas imperat per cunctas fere plagas, quæ quidem inaccessæ non sunt, sed habitantur ab hominibus: toto etiam Mari dominatur, non solum intra Columnas Herculis, verum etiam Oceano, quacunque est nauigabilis, primaq; & sola in omni hominum memoria ortum, & occasum terminos imperij sui posuit.* Et num. 5. iterum de Vrbe Roma: *quam innumeras virorum virtutes tulerit, mox ex quo est condita quibus nec pietate, nec iustitia, nec perpetua per omnem vitam temperantia, ac nec bellica quidem fortitudine præstantior vlla vnquam Ciuitas tulit, non græca, non barbara, quæ simul omnes, post auctam à se tantam amplitudinem, rem publicam, ignorantur à Græcis hominibus: eo quod nullum sortiti sunt dignum historicum, nullum enim accuratum scriptum apud Græcos hactenus extat in hoc genere exceptis summarijs compendijs per quam breuibus.*

Sexta causa est ipsa rerum magnitudo, quæ idcircò, quia communes euentus in immensum excedunt, ab authoribus prætermittuntur: illorum nimirum animos tristis illa suspicio tenet, ne tandiù desudata scripta ab Incredulis Lectoribus ad fabulas, ac commenta relegentur. Hinc Tursellinus *lib. 1. Lauretana historia cap. 26. Mà della traslatione di*

 quel-

quell' auuenturato Albergo niente per auuentura ne hanno trattato gl' historici, che à lui precedettero, accioche non paressero scriuere menzogne, & incredibili cose: Sic Ctesias Gnidius Artaxersis Persarum Regis Medicus (de quo tanquam de tunc temporis viuente, ac scribente mentionem facit Xenophon de *expedit. Cyri lib. 1. num. 266.*) Herodotum tanquam fabulosum carpit. Ctesias verò à *Plutarcho in Artax.* mendacij, ac fabulositatis arguitur; quia scilicet plura ex Barbarorum monumentis descripsit, ac suis lucubrationibus inseruit; quæ Græcis, aut incomperta erant, aut ex magnitudine, vel singularitate rerum incredibilia quodamodo videbantur.

Optimè igitur Antonius Posseuinus e Societate Iesu in *Apparatu ad historiam. Primum aio multa videri posse incredibilia ijs, qui pedem Domo in alienas regiones haud extulerunt; quod si Asiam, Africam, Indiam perugrassent, sententiam immutassent. Id mihi non semel accidisse non mentior, dum adolescens Olai Magni de Gothicis rebus historiam per legens, quasi somnia esse putabam; in Gothiam, & Sueciam post multos annos non semel missus, comperi plura esse vera, quæ existimaueram commenta. Idem contigit mihi dum cum moscis, Tartaris, Scytis agerem, &c.*

Ita minimè credibile videtur, quod Sebastianus Barretus Iesuita in Epistola data Goæ die 15. Decembris anno 1624. de quibusdam Socijs in Ethiopiam euntibus scripsit: scilicet: *che il Bassà di Mesuar li trattenne duo mesi, perche l' Imperatore d' Ethiopia fosse necessitato a mandargli vn' Asinella, per presentarla al gran Turco. E' tanto marauiglioso il Colore, e la dispotezza delle membra di questo animaletto, che i Padri restarono attoniti di sì gran delicatezza, & è in tanta stima, che ne hanno venduta qualche d' vna tanto, quanto montano 14. à 15. milla Scudi d' Oro della nostra Moneta. All' arriuo della Somarella hebbero i nostri gente armata, che li condusse tutti in*

Ferra-

Fermona sani, e salui. At non esse incredibile suaderi potest ex Vlys. Aldrouand. *lib.* 1. *de Quadruped. Solidiped. cap.* 2. *pag.* 298. vbi hæc scribit: *Assyriorum Rex, referente Pontano in libro de Magnificentia, inter alia munera... Asinum ad Ferdinandum Neapolitam Regem misit, quem ex vltimis Orientis partibus adduxerat: ad quem spectandum remotissimis e locis multi venere, quod esset miraculoso pilo, virgatum corpus ostendens, diuersi coloribus, ac paribus lineis.*

Denique, vt huic disceptationi finem imponam, non semel euenit, quædam à Scriptoribus omitti; de quibus cur silentij tenebris, ac obliuioni damnentur, nulla etiam curiosè inquirentibns ratio appareat. Sint nobis in exemplum ea, quæ Petrus Ribadeinera è Societate Iesu in suo *Sanctorum Flore*, de Sancto agens Francisco Borgia, his verbis exarauit.

Seppe il Padre Francesco, che l' Imperatore D. Carlo (il quale lasciando l' Imperio, e la Monarchia di tanti Regni, si era ritirato nel Monasterio di Giuste) desideraua di vederlo, e perciò passò à Giuste per farli riuerenza... fecelo Sua Maestà alloggiare nel medesimo Conuento (che fù cosa particolare) dando ordine di come doueuano acconciarli la Camera. Godete molto l' imperatore con la sua vista, & il Padre li rese conto della sua Vita, & entrare nella Compagnia, conferendoli le Ragioni, che l' haueuano mosso ad entrare più in essa (essendo Religione noua, e non così conosciuta, & approuata nel Mondo) che in altre per antichità Venerabili. Sua Maestà rimase molto sodisfatta, & offerse al Padre il suo Imperiale fauore per la Compagnia. In oltre li diede alcuni buoni consigli, perche si conseruasse, & alla partenza li fece dare vn' elemosina di ducento Ducati, che se bene era poca; rispetto però a quello, che Sua Maestà all' hora possedeua, mai era stato tanto largo in donare, come a lui. Il Padre l' accettò, con gran ringratiamento, e gusto, essendo Elemosina d' vn Principe sì grande, e datali con così buona volontà, come a po-

nero, per l'amor di Dio. Hæc Ribadeinera, quæ magis diffuse, & rebus memoratu per quam dignis commixta, in *cap. 13. & 18. libri secundi, & in cap. 6. libri quarti Vitæ eiusdem B. Francisci*, idem Auctor enarrat. Quod ab Alfonso Vlloa, & à Ludouico Dulcio, quorum vterque ex professo Caroli Quinti Vitam Posteritati exposuit, nulla rebus de istis commemoratio fiat, nil mirum; multa enim alia omiserunt, quæ ab alijs scriptitantur. At Famianum Stradam celebrem è Societate historicum in suæ de *Belgico Bello historia lib.* 1. de his, quæ tam diffuse à Ribadeneira scribuntur, alte silere; certe admirationem, & quidem magnam, parit in omnium illorum animis, qui hæc seriò meditantur.

Non, enim harum rerum nescientiam in scriptoris excusationem quis adducere poterit; cum ipsemet clarissime scribat: *Mihi certè in dicta, factaque Caroli, toto illo priuatæ Vitæ biennio inspicienti, libellosque, & Commentarios super eo secessu, cum cura, & ratione volutanti, &c.* & quid putas illis in commentarijs contineri? Armorum strepitus, Ciuitatum obsidiones, & vt vno verbo, quæ maximum decent Imperatorem, tot retro annis Armorum sono assuetum? minimè quidem; sed quotidianas hominis, qui titulis, ac imperio se se exuerat, actiones; quarum plurimæ infrà illud Caroli, cum Borgia colloquium, à viris, qui sapiunt, certissimè habendæ sunt. Siluit tamen; nec Societatis honor, nec Borgiæ decus; nec rei dignitas, Famiani animum flectere potuere, vt quanti Franciscum in illo secessu Carolus fecerit, suis scriptis insereret, mandaretque posteris. Debebat certe; saltem, vt tam nobili testimonio Ribadeineræ historia fulciretur; staretque firmius. At cum noluisse constet, & cur noluerit, causa ignoretur; illud tandem fatendum, negatiui scilicèt argumenti, si per se spectetur, nullam prorsus efficaciam esse.

Iornandes quoq; Episcopus Rauennas de Gothorum Origine

gine cap. 3. inquit: *Iosephus quoque Annalium relator verissimus, dum vbique veritatis conseruit regulam, & origines causarum à principio resoluit: hic verò quæ diximus, de gente Gothorum principia, cur omiserit, ignoramus*: Sed & Paganinus Gaudentius vir multiplici, sed præsertim historica eruditione clarus in opere, cui titulus: *I fatti d' Alessandro il Grande*: cap. 34. sic habet: *Chi poi non resta marauigliato, che Diodoro descriua tanto accuratamente l'Assedio d' Alicarnasso, e di quello di Tiro non dica parola?* & cap. 45. *Consideriamo, come Curtio quasi solo descriua vn Assedio tanto memorabile, nel quale due ferite riceuette il Rè, e corse euidente pericolo d'essere ammazzato dall' Arabo. Perche, ò Diodoro, ò Plutarco d' vn Assedio tanto memorabile ne pure vna parola lasciaste scritto?* quæ iterum probant, negatiui Argumenti si per se spectetur, nullam prorsus efficaciam esse.

Hinc ad Baronium, qui Othonem Magnum Occidentis Imperatorem sub anno 954. fuisse, vt refert, Petrus Damiani in Epistola ad Desiderium Abbatem, à Vuilhelmo Archiepiscopo Maguntino, ipsiusque Othonis filio, excommunicatum, negat, quia si hæc Vuilhelmi in Othonem, excommunicatio vera fuisset; vt omnibus nota, haud licuisset tegi silentio, quin ab aliquo eius temporis Auctore scriptis prodita esset, vel in honorem Vuilhelmi, vel in excusationem Othonis; qui scilicet Carceri Vuilhelmum addixit: respondet in Opere, cui titulus: *Aquila Saxonica* lib. 12. cap. 2. num. 111. Ioannes Palatius: *quod silentio res tanti momenti non debuisset inuolui; negatiua est illatio, & claudicat; si illorum temporum annales reuoluas, puta Vuitkindi, & Luitprandi, penes quos quamplurima desiderentur.*

Addique potest valde periculosum esse, si quidem, vt aduertit Silueira Opusc. 1. resol 5. q. 19. num. 769. excludit traditiones Ecclesiæ, quod sapit hæresim.

DVBIVM XV.

De finali ad Papebrochianam petitionem historica responsione.

CVM de quarto puncto satis dictum sit dub. 9. & de tertio satis scripserimus dub. 10. ideò superst, vt ad primum, & secundum respondeamus. Primum punctum est. an anno 1221. vel sequentibus Hierosolymis, & Alexandriæ Patriarchæ fuerint Honuphrius, & Athanasius. Respondeo igitur ad primum, quod Rocchus Pyrrus in notitia sexta Ecclesiæ Mazariensis fol. 557 agens de Monasterio S. Mariæ de Marsala, & S. Mariæ de Crypta, & de illorum in vnum vnione, sic inquit: *His Cœnobys Monachi Ordinis S. Basilij ab initio primæ fundationis inserbiebant, eorumque Abbates, etiam Basilienses; uti anno* 1126. *Frater Bartholomæus, qui à Rogerio secundo priuilegiorum confirmationem obtinuit. Anno* 1197. *Frater Barlaam, qui ab Henrico VI. vnionem exorauit. Anno* 1220 *Frater Petrus Claramontanus Germanus Frater Athanasij Patriarchæ Antiochæni.* Circa quæ verba duo sunt notanda, primum est, quod hanc notitiam hausit Pyrrus ex M. S. cui titulus: *Capibreuia*: illud enim citat in Margine sic: *Capibr.* fol. 263. Sciendum autem, quod in præfatione ad Lectorem, loquens de manuscriptis, quibus vsus est, inquit: *Alterum ergo Regis Tabularium dicitur Regia Cancelaria: ibi verò in libros referuntur Apostolica, & Regia omnia Diplomata rescripta, ac litteræ... Vbi sunt Capibreuia Ecclesiarum, duo scilicèt libri, in quos Ioannes Lucas de Barberis Netinus, Regia auctoritate, congessit quidquid ad Regium Ius Patronatus Ecclesiarum Siculorum pertineret.* Alterum est, absque dubio errorem esse. quod Athanasius vocetur Patriarcha Antiochenus, nam in Indice scriptum est: *Athanasius de Claramonte Panorm. Patriarcha Alexandrinus*

drinus fol. 340. quo quidem folio hæc habetur: *Cum S. Angelus Carmelita anno salutis* 1220.... *ad Athanasium Alexandriæ Patriarcham Panormitanum*, *&c.* in Margine verò illius folij 340. scriptum est: *Lege lib.* 1. *notit.* 1. *Panor. ad annum* 1220. *fol.* 146. ibi autem loquitur de Athanasio tanquam de Patriarcha Alexandrino.

Similiter de Frederico Claramonte Athanasij Fratre extat mentio tanquam de tunc temporis viuente, & in maxima apud Honorium tertium existimatione, & reliquiarum Sanctorum maximè deuoto, in Instrumento confecto in Vrbe-Veteri anno 1220. & licèt Instrumentum illud falsum, & fictum à Papebrochio vocetur, cum tamen fictionis, & falsitatis nulla adducat argumenta, & inditia, & aliunde recipiatur tanquam verum, & ab Vghello tom. 1. *Italia Sacra pag.* 266. vbi de Tusculanis Episcopis, & ab Oldoino Iesuita in *additione ad Vitam Honorij III.* & à Gregorio de Lauro, in Opere, cui titulus: *Diuini Prophetæ Beati Ioachim Abbatis mirabilium veritas defensa cap.* 14. *pag* 34. & ab Augustino Inueges in historia, cui titulus: *la Cartagine Siciliana, & tom.* 3. *Annal. Panorm.* & fuerit confirmatum per aliud Instrumentum Martini Quinti temporibus à Gabriele Condolmerio Cardinali, qui postea Eugenius Pontifex fuit, vt *loc. cit. fol.* 266. scribit Vghellus; & aliunde Papebrochius non sit in discernendis Diplomatibus, & Instrumentis adeò, vt prætendit, peritus Iudex, vt constat ex argumentis contra validitatem prætensam Diplomatis, vt vult Papebrochius, Dagoberti primi (quod aliorum Diplomatum discernendorum normam proposuit Papebrochius in suo Propylæo Antiquario) à Mabillone *de re diplomatica lib.* 3 *cap.* 1. confectis; ideò non est, cur Instrumentum illud Claramontanæ nobilitatis, & antiquitatis, testimonium, repudiemus.

Quo ad Honuphrium, Papebrochius in Patriarcharum Hierosolymitanorum historia Chronologica num. 278. sic

ad

ad rem: *Remanentibus in Vrbe Sancta Syro-Gracis Christianis, post Vrbem anno MCLXXXVII. captam, vsque adeò benignè vsi sunt Saraceni, vt excepto templo Salomonis, Ecclesias eis suas, ac nominatim Ecclesiam Patriarchalem Sanctæ Resurrectionis, cum Sepulchro Domini reliquerint liberas; quin etiam potestatem fecerint, more antiquo Patriarcham petendi ab Imperatore Constantinopolitano (erat is ab anno MCLXXXV. Isacius Angelus in Schismata pervicax) aut saltem electo Hierosolymis Confirmationem ab eo postulandi.* Leontius hic fuit à Niceta Choniate Laudatus, tanquam vir eruditus, & virtute celebris post cuius obitum Hierosolymitanus Patriarcha designatus est Monachus quidem Studiensis, Dositheus nomine, genus trahens ex Venetis, idest *Ceruleis (quibus factio altera* Prasinorum, idest *Viridium dicebatur)* summo honore apud Isacium florens, vtpote cui priuato adhuc imperium prædixerat. *Hic autem cum esset ab Hierosolymitana Cathedra ad Constantinopolitanam contra Canones traductus, tumultuantibus enim contra primarijs ex Clero, semel, iterumque eiectus*, eodem modo, quo Canis Æsopicus, & Pontificatum, quem tenuerat, amisit (nam alius Hierosolymis electus erat) & maiori Sede excidit, magno Vasorum-Custode Xiphilino Georgio Patriarcha Constantinopolita designato. *Ita Nicetas, qui vtinam etiam nominasset Hierosolymitanum pro Dositheo tam electum. Dum tamen nemo nominatur, licet gratiosè supponere, eos qui nominantur in Vita S. Angeli Carmelitæ Dositheo successisse: videlicèt Nicodemum, Honuphrium, Ioannem, atque Enochum: sed successiuè primum anno MCXCII. non autem ante annum MCLXXXV. cum adhuc Vrbem Latini tenerent; quod tamen sequeretur ex prædicta S. Angeli Vita, si ea fideliter esset descripta, & Auctorem haberet, quem titulo præfert Enoch Patriarcham.* Hæc Papebrochius.

Cum igitur Papebrochius supponat lineam istam Patriarcharum Hierosolymitanorum ex Surianis desumptam, non erit,

erit, cur hoc probandi suscipiamus laborem; reliqua tamen, in quibus minimè conuenimus, examinare debemus. Ait ergo primo, quod *Surianis, capta à Saracenis Ciuitate, Patriarchalis S. Resurrectionis libera relicta fuit.* Quod fuerit relicta, concedo & ego; & cum Papebrochius affirmet, sed non probet, credam, non quia ipse dixit, sed quia Willelmus ab Oldenborg Canonicus Hidelsemensis in Itinerario Terræ Sanctæ anno 1211. Sic ad rem. *Et nota, quia ipsa Ecclesia, & Sanctum Sepulchrum, & omnia, quæ intus sunt contenta, à quatuor Sacerdotibus Surianis, qui exire non permittuntur, in bona deuotione custodiuntur; quæ omnia ipsi Saraceni reliquerunt illæsa; quod potius ex Diuina voluntate, quam ex ipsorum accidit beneuolentia.* Secundo ait: *concessa fuit Surianis facultas petendi ab Imperatore Patriarcham, vel Patriarchæ electi confirmationem.* At tantum abest, vt Saraceni concesserint facultatem Surianis Patriarcham postulandi ab Imperatore, quod Immò Balsemon illius temporis Auctor in Commentario super Canones ad can. 16. Concilij Antiocheni scribat, quod Saraceni non permittebant Græcorum Hierosolimitanum Patriarcham ad suam Hierosolimitanam Sedem accedere: vnde diximus supra n. alium esse Græcorum ab Imperatore confirmatum, alium esse Surianorum Patriarcham; licèt Papebrochius vtriusque Nationis Patriarchas confundat, eos ab inuicem non distinguens; quapropter à capta per Saracenos Ierosolyma, Surianis in primum Patriarcham Leontium; in secundum assignat Dositheum; tertium denique ponit eum, qui post Dositheum electus fuit, vt à Niceta scribitur. Sed hic non Surianorum, sed Græcorũ Patriarchę fuere: nec aliud ex Niceta colligitur, vt suo loco ostensum est. Tertio ait, quod *Dositheus traxit genus ex Venetis, idest Ceruleis.* At non solum Nicetæ Interpretes, quos vidi, sic legunt: *Dositheus quidam Studiensis Monachus, Venetijs oriundus,* sed quod magis est, Leo Alla-
 tius,

tius, Græcæ linguæ, si quis alius, peritissimus de Ecclesiæ Orientalis, atque Occidentalis perpetua consenssione l.b. 2. cap. 13. num. 2. Sic ad rem nostram scribit: *Neque Græcos, maximè primarios à Latinis ipsis hac eadem ætate fuiße animo alieno, vel inde probari potest, quod Isaacius Angelus Imperator, Dositheum Studitam, genere Latinum, Venetijs oriundum, post Leontium, Hierosolymorum Patriarcham designat.* Vndè valde timeo, ne Papebrochius, cum suis (*Venetis, idest Ceruleis*) minus appositè exponat Nicetam, sicuti exponit Marinum Sanutum Italum Venetum scribentem: *eodem anno Albertus Patriarcha Hierosolymitanus in supplicatione mortuus est*: etenim in Hierosolymitanorum Patriarcharum Chronologica historia num. 226. inquit, quod ly *mortuus*, Italica frasi idem est, ac latina *occisus*: & ad diem 8. Aprilis de S. Alberto cap. 4. num. 29. iam scripserat: *neque ly* mortuus *ita significat, generaliter vita functum, vt non etiam ex familiari Venetis Idiotismo, frequenter significet*, trucidatum. Quartò inquit: *dum tamen nemo nominatur, licèt gratiosè supponere, eos qui nominantur in Vita S. Angeli Carmelitæ, Dositheo successisse*. Rectè dixit *gratiosè*, melius dixisset *chimericè*: & successione à solo Papebrochio, Surianos Patriarchas, cum Græcis Patriarchis confundente, asserta; quinto num. 279. illius Chronologiæ vix dubitat, *quin series Patriarcharum*, qui verè Dositheo successerunt, *ex eo deducta inueniatur Hierosolymis, interim*, inquit, *non vacat studiosius perquirere illorum nomina, qui fortè erui possent ex Auctoribus sæculi XIII. ac XIIII.* Vide hominis genium, & ingenium. De illa Patriarcharum serie, qui loquatur, Auctorem non habet. Ipse solus, & vnus illam scripsit; adhuc tamen vix dubitat, quin Hierosolymis inueniatur. Nec illum flectit totius Antiquitatis de hac re silentium, nec certior Balsamonis relatus negantis, quod Saraceni in Hierosolymitana Ciuitate Græcos admitterent Patriarchas. Sexto inquit.
Do-

Dositheo successisse Nicodemum, Honuphrium, Ioannem, atque Enochum. Hic omittit alium Honuphrium, qui ante Enochum Ioanni successit, & sub quo Synodus pro D. Angeli Vita examinanda habita fuit. Cum tamen nec rationem, nec auctoritatem adducat, ob quam illum Honuphrium à Patriarcharum Surianorum numero expunxit, non est, cur in illo confutando immoremur; sufficit enim, quod sicut ille negat, ita nos affirmemus. Septimo affirmat hos Patriarchas incepisse anno 1192. non autem ante annum 1185. Sed cum neque auctoritatem, neque rationem adducat; & si quas alibi difficultates adduxit, solutæ fuerint, scilicet dub. 2 circa caput primum, ideò neque in hoc immorandum. Octauo videtur velle, quod series ista quinque Patriarcharum sit omnino gratiosa, & abque fundamento, dum ait: *licet gratiosè supponere, &c.* Sed licèt gratiosè ab ipso, immò chimericè supponatur istos Patriarchas Dositheo successisse, illorum tamen series, neque gratiosè, neque chimericè, sed fundatè asserta est à nobis, quod sic ostendo.

Illa historia non est chimerica, neque gratiosa, sed satis fundata, cuius Auctor est certus, seù nomine proprio cognitus, coæuus, & oculatus testis; contra quam nulla adducitur auctoritas contradicens, aut ratio conuincens; cum qua concordant alij illorum temporum Auctores; Sed ista à nobis asserta series quinque Patriarcharum habet Auctorem certum, coæuum, & oculatum testem; contra illam nulla adducitur auctoritas cogens, aut conuincens ratio; cum illa concordant Auctores illorum temporum: ergo series illa non gratiosè, sed fundatè asseritur. Si maior non est vera, iam à Sanctorum Actibus, tanquam gratiosæ, & confictæ expungende erunt omnes narrationes illæ, quæ non Auctorem certum, sed Anonymum habent; vel si certum, non tamen coæuum, & multoties nec supparem, sed post multa sæcula scribentem; vel si coæuum, non tamen oculatum

testem; vel si oculatum, non tamen sine contrario oppositum tunc temporis scribente, vt de Sophronij Patriarchatur in Elogio præuio ad Pratum Spirituale Ioannis Moschi; & si sine contrario, tamen sine scriptis modo extantibus, vt de Hegesippi ab Eusebio citati Lucubrationibus scribit Bollandus *tom. 3. Febr. ad diem 18. de S. Simeone num. 4.* vel si cum scriptis extantibus, solum tamen; silentibus alijs illius sæculi Auctoribus, vt in Chronologia 39. Episcoporum Hierosolymitanorum, quos nobis Papebrochius ex solo Eusebij Cæsariensis Chronico offert; qui tamen Eusebius illorum pluribus nec fuit coæuus, nec Suppar; & de quibus à Papebrochio nullus illorum sæculorum adducitur Auctor; licèt teste Papebrochio tom. 3. Maij ad diem 12. de SS. Martyribus Nereo, & Achilleo num. 2. *floruerint primo, & secundo Christi sæculo varij Christianorum rerum Scriptores, qui cum plerisque Hagiographis sua omnia græco sermone exararunt.* Et si Eusebij Chronicam non totaliter admittat Ecclesia, nam dist. 15. can. 3. sic habemus: *Chronicam Eusebij Cæsariensis, atque eiusdem Ecclesiasticæ historiæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & in laudibus Origenis Scismatici vnum scripserit librum, propter tamen singularem notitiam, quæ ad instructionem pertinet, vsquequaque non dicimus renuendos.* At si à Sanctorum Actibus eliminentur omnes prædictæ historiæ, nonne tam grossa, & spissa volumina in paruos contrahentur libellos? Immò Dionysius Petauius Iesuita existimat in suo Chronico Eusebium, non Sacras, nec veras historias, sed nugas, aut figmenta retulisse; quam tamen censuram reicit Hieronymus de Bocchijs Capuccin. *Part. Prim. Monop. Harm. lib. 1. Isagog. Præl. XVII. num. 19.*

Quantũ verò ad minorẽ facti argumẽti spectat scilicet, quod historiæ Vitæ D. Angeli Auctor, & testis ocularis sit Enoch, patet primo ex titulo libri; secundo ex testimonio illius, qui

Panor-

Panormitanum textum primus inuenit, typisque exposuit, scilicèt Thomas Bellorosius Canonicus Panormitanus. Tertio ex testimonio Scriptorum Ecclesiasticæ historiæ, à quibus absque vlla oppositione, & controuersia fuit recepta, neque hactenus ad quatuor sæcula cum dimidio ab aliquo, nisi nouissimè à Papebrochio impugnata; sic eam tanquam authenticam admittit Baronius in *notationibus ad diem v. Maij*, vbi de S. Angelo ait: *scripsit eius res gestas Enoch Hierosolymitanus*. Sic Abraham Bzouius in Annal. ad annum Christi 1220. num. 15. testatur Vitæ S. Angeli se habere Compendium ex Manu-scripto Vaticano, dicens in fine: *Enoch in Vita M. S. Vatic. num. 3813.* Sic Aubertus Miræus agens de S. Angelo, post Vitæ eius Epitomem, adiungit: *scripsit eius res gestas B. Enoch Patriarcha Hierosolymitanus, eiusdem indiuiduus Comes*. Octauius Caetanus Societatis Iesu in Opere Vitæ Sanctorum Sicolorum tom. 2. inquit: *Vitam S. Angeli Martyris ab Enoch Patriarcha Hierosolymitano, peregrinationis eius comite, rerumque, ac mortis spectatore, compositam euulgauit anno 1527. Thomas Bellorosius Canonicus Panormitanus Protonotarius Apostolicus.... nos collatam damus cum manu-scriptis Codicibus, præcipuè verò Vaticanis.* Ex quo patet, plura extare manu-scripta exemplaria, quia alio etiam vsus est Benedictus Gononus *in Vitis Patrum Occidentis*, Lugduni impressis. Quartò *ex Auctoritate Sanctæ Sedis Apostolicæ approbantis, & concedentis Offitium Canonicum, cuius tres lectiones secundi Nocturni concinnatæ sunt ex præfata Vita, hymni quoque nouem responsoria, ac omnes Antiphonæ, sic vt Compendium præcipuorum Mysteriorum Vitæ eius Diuino Officio sit insertum, & à Sacra Rituum Congregatione reuisum, & approbatum, atque Vita illius impressa diuersis locis, etiam Romæ, & translata in diuersa Idiomata*, nullo dubitante quin illius Auctor sit Enoch. Quintò denique ex Antiquissima Ordinis traditione. Videat Papebrochius

num

num solidioribus fundamentis Auctores, quos Sanctorum Actibus, tanquam coæuos assignat, coæuos esse probet. Secunda, & tertia minoris pars patet in Operis decursu; maximè Dub. 2. circa cap. primum, vbi reiecta sunt, sicut & sequentibus dubijs, omnia, quæ à Papebrochio in contrarium adducuntur.

Quo ad secundum punctum de Catholica Athanasij, & Honuphrij, cum Episcopis sibi ex toto Oriente adiunctis, fide, Respondeo, quod Athanasium non fuisse Schismaticum, triplici ratione probari potest. Et primò quidem Papebrochij oppositum asserentis fundamento euertendo. Existimat enim ætate illa nullum in Ægypto Episcopum, cum Catholica Ecclesia fuisse in fide coniunctum. At contrarium constat, tum ex Epistola Patriarchæ Alexandrino ab Innocentio tertio scripta, & tom. 28. Conciliorum Editionis Parisiensis, de anno 1644. pag. 134. relata, quæ sic inquit: *ex litteris, quas aliquoties tua nobis fraternitas destinauit, & alijs quoque indicijs cognoscimus euidenter, non solum ad Sacrosanctam Romanam Ecclesiam Matrem, verum etiam ad personam nostram specialiter deuotionem habere debitam, & deuotam*. Secundo ex Epistola Patriarchæ Alexandrini ad Honorium III. quam refert Odericus Raynaldus tom. 1. Annalium ad annum 1223. num. 9. quæ talis est. *Reu. Patri, ac Domino Honorio Dei gratia S. Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici, & Vniuersali Papa Nicolaus eadem gratia Alexandrina Sedis Humilis Patriarcha, tam promptam, quam debitam reuerentiam. Archiepiscopi, Episcopi, Prasbyteri, Clerici, & omnes Christiani, qui sunt in terra Ægipti, vestra Paternitati, ac Sanctitati supplicant, &c. miserere Domine, miserere nostri, veni, & libera nos Pater noster spiritualis*. Videri etiam potest, idem Odericus ad annum 1213. vbi alias Innocentij ad Alexandrinum Patriarcham Epistolas refert. Vbi notandum est, non semel eiusdem Alexandrinæ Sedis fuis-

fuisse simul plures Patriarchas: vnde Bremond. lib. 1. cap. 19. cui titulus: *di quelli, che viuono al Cairo*: inquit: *in questo Paese vi sono quattro Patriarchi d'Alessandria.* Quod etiam videtur indicare apud Odoricum ad annum 1237. Philippus Dominicanus in Terra Sancta Prior ad Gregorium Nonum scribens: *misimus etiam Fratres in Ægyptum ad Patriarcham Iacobitarum, à quo similiter recepimus, quod velit redire ad Ecclesiæ vnitatem.*

Secunda ratio fundatur in hoc, quia Athanasius erat Siculus. At Sicula Græca Ecclesia, vt fusè, & efficaciter probat Placidus Samperi Iesuita, in opere, cui titulus: *Iconologia della Gloriosa Vergine lib. 1. cap. 15.* à Romano Pontifice defecit nunquam. Quod etiam comprobari potest, nam in secundo Lugdunensi Concilio (*in quo Paleologo Græcorum Imperatore per Legatos præsente, Græca, & Latina Ecclesia, decima tertia vice vnita fuerunt*, vt dicitur tom. 28. Conciliorum in Vita Gregorij X.) multi fuerunt Archiepiscopi, & Abbates Græci de Regno Siciliæ, vt habetur eodem tom. pag. 525. in breui nota eorum, quæ in secundo Concilio Lugdunensi Generali à Gregorio Papa X anno 1274. congregato, Acta sunt; tamen Siculi Græci Prælati inter eos non numerantur, qui relicto Schismate, ad Romanæ Ecclesiæ Societatem, petebant admitti, vt patet, tum ex litteris Prælatorum Græciæ ad Gregorium; tum ex litteris Gregorij ad illos: nimirum noua non indigebant vnione, qui à veteri nunquam recesserant.

Tertia ratio fundatur in qualitate Claramontanæ Familiæ: Claramontana enim Familia, & antiquissima, & nobilissima erat; quippè, quæ Caroli Magni Regio sata sanguine, vt ex monumento apud Vghellum tom. 1. Italiæ Sacræ de Tusculanis Episcopis fol. 266. constat: *Olim dignitatis ergo præfectura Regni, mariisque præfungebatur*; tuncque temporis, anno scilicet 1220. vt ex citato apud Vghellum

mo-

monumento apparet, maximè florebat; tum ob Federicum de Claramonte Potentissimum, ac Magnificum Principem, Patriarchæ Athanasij Fratrem, ab Honorio III. cui maximè acceptus, militem creatum, & specialibus gratijs ornatum; tum ob Nicolaum de Claramonte, Petrum Sabinensem Episcopum, & Stephanum de Ceccano Cardinales Frederici, & & Athanasij Consanguineos, vt in præcitato monumento traditur; viros non solum generis nobilitate, & Cardinalitiæ dignitatis fulgore, sed & præclarissimè gestis, Vrbi, & Orbi conspicuos, vt de Nicolao constat apud Oldoinum Iesuitam *in Additione ad Vitam Honorij tertij num.* 8 & apud Vghellum tom. 1. *Italia Sacra de Tusculanis Episcopis fol.* 260. *num.* 16. & *in Vita Beati Ægidij Minorita* (quam habet Papebrochius ad diem 23. Aprilis cap. 2. num. 10. aduertitque Papebrochius in annotatis ad illud caput, littera I.: de Stephano apud eundem Oldoinum in *additione ad Vitam Innocentij tertij num.* 27. Et de Petro apud Vghellum tom. 1. *Italia Sacra de Episcopis Sabinensibus fol.* 185. *num.* 23. & apud Oldoinum in *Additione ad Vitam Innocentij III. num.* 25. vndè verosimile non videtur, Athanasium nullo aut æducationis, aut necessitatis, aut vindictæ stimulo impulsum, voluisse, Schismate conflato, suæ Familiæ tam enormiter maculare decus.

De Nobilitate, Antiquitate, & diuitijs Familiæ Claramontanæ in Ciuitate Panormi, videatur Iordanus Cascinus Siculus Iesuita in opere de *S. Rosalia lib.* 1. *c.* 2. itē Augustinus Inueges in Historia, cui titulus: *la Cartagine Siciliana, fol.* 178. & *tom.* 3. *Annal. Panorm. in Apparatu fol.* 62. vbi ex professo de hac Familia.

Quo verò ad Honuphrium, Catholica eius fides tripliciter probari potest. Primò, quia non est verosimile, quod ad Synodum ab Honuphrio congregatam iuisset Catholicus Athanasius, si Honuphrius à Catholica, per Schisma recessisset,

fiſſet, fide. Secundò, quia contra poſitiuam auctoritatem Enochi aſſerentis Honuphrium fuiſſe catholicum nulla datur poſitiua auctoritas alterius Auctoris aſſerentis eum non fuiſſe catholicum. Tertiò, quia Willelmus ab Oldemborg Canonicus Hidelſemenſis in Itinerario Terræ Sanctæ anno 1211. teſtis oculatus inquit: *& nota, quod ipſa Eccleſia, & Sanctum Sepulchrum, & omnia, quæ intus ſunt contenta, à quatuor Sacerdotibus Surianis, qui exire non permittuntur, in bona deuotione cuſtodiuntur. Quæ omnia ipſi Saraceni reliquerunt illæſa; quod potius ex diuina voluntate, quam ex ipſorum accidit beneuolentia.* Et de Valle Ioſaphat loquens ait: *in cuius Capite vidimus Eccleſiam optimè ornatam, & in medio via monumentum... in quod aliquando Apoſtoli Immaculatum Corpus B. Virginis depoſuerant... quod nunc temporis Suriani Sacerdotes Saracenis tributarij, in condigna veneratione obſeruant*; Schiſmatici enim Sacerdotes, nec bona deuotione, nec condigna veneratione cuſtodiunt Eccleſias, cum eas quotidie ſacrilegijs polluant. Adde, quod Iacobus de Vitriaco in Epiſtola circa annum 1219. ad Honorium III. ſcripta, in exercitu prope Damiatam data, & ab Acherio in tom. 8. ſui Spicilegij relata, inquit: *Hoc præſenti anno Suriani, qui nobiſcum erant in exercitu librum alium antiquiſſimum, lingua Saracenica ſcriptum de Antiquis Armarijs ſuis nobis oſtenderunt.* Suriani ergo pro Chriſtianis Catholicis militabant. Surianos ergo inter, ac Latinos; quidni inter Prælatos, Epiſcopoſque illorum? amicitia, fœdus, familiaritas intercedebat.

Ex dictis nemo prudens negabit rectè inferri, Epiſcopos, qui ex Alexandrino Patriarchatu Athanaſium ad Synodum ſecuti ſunt; & qui ex Hieroſolymitano Patriarchatu, Honuphrij iuſſu ad Synodum acceſſerunt, Catholicæ fuiſſe communionis.

Quo autem ad Græcos Epiſcopos, qui ex Inſula Cypri

aduenerunt, sciendum est, quod anno 1191. vt ex coæuo Auctore apud Baronium, Richardus Angliæ Rex in Palestinam nauigaturus, *cum Messana soluisset feria quarta Matris hebdomada, tempestate maris delatus in Cyprum Insulam, aduersante Isaaicio Tyranno, qui agebat Imperatorem, eodemque expugnato, & ducto captiuo, potitus est Insula*, quam eodem anno in Angliam rediturus, Guidoni Lusignano tradidit, seù, vt inquit Auctor operis, cui titulus: *Historie de' Rè Lusignani lib. 1.* vendidit. Guido iste, vt *in Historia Cypri* scribit Stephanus Lusignanus, circa annum 1193. Cyprum attigit, Latinorum Clerum secum habens. Quid in hac Dominij mutatione de Græcis Antistibus factum sit, non est eadem omnium sententia. Etenim cum anno 1260. inter Archiepiscopos Nicosienses, scilicet Vgonem Latinum, & Germanum Græcum, orta esset discordia, Germano coram Alexandro quarto Pontifice, ad quem appellauerat, stanti, Hugonis Oratores, vt ipsemet Alexander in Cypria Constitutione anno 1260. ædita, & apud Odoricum Raynaldum tom. 2. Annal. ad annum 1260. num. 37. Obijcierunt, quod *cum auctoritate felicis recordationis Cælestini Papa prædecessoris nostri, qui Insulam Cypri propter inobedientiam, & perfidiam Græcorum habitantium tunc in illa, exposuit Latinis Catholicis occupandam, fuerint ibi, eiectis exinde Græcorum sedibus, quatuor Pontificales Latinorum sedes erecta; quarum Pontifices in decimis, & alijs Ecclesiasticis Iuribus, qua Græci Episcopi in eadem habuere Insula, successerunt, & earum vnam Nicosiensem, scilicet, idem Cælestinus cæteris pratulerit potestate: ac postmodum dictus Albanensis Episcopus sua Legationis auctoritate statuerit, & statutum eius fuerit per Sedem Apostolicam confirmatum, quod quatuor Græci Episcopi tantum essent, & certa sedium habuerint loca, intra Latinorum Diœceses; qui vtique Nicosiensi Archiepiscopo, tanquam Metropolitano suo, & Episcopis Latinis, in quorum erant constituti Diœcesibus, se obedien-*

dientiæ vinculo adstrinxerunt: euidenter apparet, quod Metropolitanus, præter Nicosiensem Archiepiscopum in eadem Insula, quæ vna est Prouincia, nec potuit, nec debuit ordinari. Addit Alexander, quod istis prolatis, obortus est tumultus, *multisque positis quæstionibus ab ijs, qui vtriusque partis Patrocinium sustinebant.* Quapropter *quoniam ex ipsis Iuris probationibus in longum videbatur protrahendas fore controuersias, dissensiones, pacificè eas composuit, Germano Metropolitani Ius confirmans.*

Hæc ergo, vtpotè ab Aduersarijs obiecta, & minimè probata, fidem non merentur, eo magis, quod Pontifex pro Germania causa stetit. Vincentius Riccardus Clericus Regularis *in Historia Cypria Constitutionis*, quam reperies in Bibliotheca S. Isidori in fine libri, cui titulus: *Expositio in Canticum Canticorum Salomonis Matthæi Cantacuzeni*, inquit: *Abstractis quatuordecim Græcorum Episcoporum Sedibus . . . quatuor tantum totius Insulæ à Cælestino huius nominis tertio, constitutæ fuerunt Antistitum sedes. Duobus cuilibet Vrbi datis Præsulibus, Latino nimirum, & Græco.* At Ioannes Maginus in Ptolomæi Cosmographiam de Cypro agens, hæc habet: *Fuere olim in vniuersa Insula Cypri quatuordecim Episcopi, ij que omnes Græci. Innocentius tertius petitionibus Reginæ Ælisiæ annuens, ad quatuor redegit, tum Græcos, tum Latinos.* Magino consentiunt Stephanus Lusitanus *in Historia Cypri fol. 31.* & Auctor operis, cui titulus *Historie de' Rè Lusignani lib. 1.* hocque factum esse tempore Concilij Lateranensis. Quod si verum esset, iam Epistola Innocentij ad Regem Cypri data anno 1213. qua eum reprehendit, quod rebus Ecclesiasticis se ingerens, designandi Nicosiensis Archiepiscopi libertatem electoribus ademerat; & alia eiusdem, qua Canonicorum Collegium perstringit, quod agitato consilio de Episcopo eligendo, duos ex mmunibus suffragijs renunciauerint, vt Rex eorum gratissimum sibi designaret;

ret; ad Græcum, non ad Latinum Clerum pertineret.

Auctor operis, cui titulus: *Historie de Rè Lusignani lib. 2.* hæc fusius explicat dicens: *la Regina Alisia.... rimediaua à gl' inconuenienti del Regno. Era creduto il maggiore, che i Vescoui Greci gouernassero i Latini... la Regina scrisse ad Innocenzo Terzo nel Concilio Lateranense di traslatare l'Arciuescouo di Famagosta in Nicosia, & inuestirlo ne' Latini, restringendo il numero di tanti Vescoui... però lo supplicaua, che di tanti Vescoui ne facesse quattro solamente, in vece di quattordici. Esaudì il Pontefice senza difficultà l'instanza della Regina, onde instituì l'Arciuescouato in Nicosia, ordinando i quattro Vescoui, così Latini, come Greci, in Famagosta, Cerines, Pafo, e Limisso; concedendo li Casali, e le decime à Latini; lasciando che li Greci riscuotessero vn tanto dalli loro Preti, e Diaconi, conforme costumaua tutta la loro natione ne gl' altri Regni. In essecutione di questa concessione del Pontefice, fece la Regina il compartimento delle Città, e Castelli dell'Isola. E perche li Vescoui Greci, che si vedeuano affatto spogliati, e delle rendite, e dell'autorità, nodriuano ne gl' animi de' popoli... sentimenti di gran consequenza, ordinò la Regina, che li Vescoui Greci, oltre il numero de' quattro, godessero come prima dell'entrate, e del comando, non intendendosi la regolatione, che doppo la loro Vita. Questa ordinatione acquietò in gran parte tutte le male sodisfattioni.*

Verùm quidquid sit de hoc, certum est sub Innocentio III. in Insula Cypri Græcos etiam Antistites fuisse: etenim Wildebrandus ab Oldenborg Canonicus Hidelsemensis in *Itinerario Terræ Sanctæ*, quam perlustrauit circa annum Dominicæ Incarnationis 1211. viuente adhuc Innocentio tertio, sic de Cypro testis oculatus scribit: *In qua vnus est Archiepiscopatus, tres habens suffraganeos, & sunt Latini... Græci verò, quibus Latini per totam hanc terram dominantur, tredecim habent Episcopos, quorum vnus est Archiepiscopus... om-*

nes

nes ipsis Francis obediunt, tributum tanquam serui, persolnentes... ex his scire potestis quod Domini huius terrae Franci sunt, quibus Graeci... vt Coloni obediunt. Ita pariter constat sub alijs Pontificibus.

Duos quidem in Cypro fuisse Archiepiscopos, sed Latinum vnum, Græcum alium, tum apud Odoricum ad annum 1240. num. 45. ex Epistola Gregorij Noni ad Archiepiscopum Nicosiensem Latinum; ex qua patet, quod Archiepiscopus Græcus, cum Episcopis, & multis Abbatibus, & Monachis, & Præsbyteris, ne Ecclesiæ Romanæ obedirent in partes Armeniæ se transtulerunt. Tum apud eundem ad annum 1248. num. 33. sub Innocentio quarto, vbi ait: *Legati quoque Apostolici opera, Graecos inter, & Latinos Cyprios dissensiones composita; ac Graecus Archiepiscopus, qui se à Latini Archiepiscopi obsequio subduxerat, est reuersus; & alij, qui anathemathe defixi fuerunt, in Ecclesiae gratiam restituti.* Eadem scripserat Bzouius ad annum Christi 1248. num. 9. *Insula*, inquit, *duos habebat Episcopos: Latinum, Graecumque; Latinum imperantem Graeco, Graecum, quod parere nollet, solum vertere coactum, Episcopis Graecis à Latino Archiepiscopo re Diuina facienda interdictum; ad hoc nobilitatis Cypriae bonam partem, loco impiorum habitos; distractam Insulam, aliorum aliter de re sacra, Iureque Potificio sentientium contentione... per id etiam temporis Romanus Legatus Auctor fuit, vt Archiepiscopus Graecus ex exilio reuocaretur, & sacra Interdicta inducerentur.* At anno 1250. vt refert Odoricus ad eundem annum num. 41. Archiepiscopus Græcus, & eius Suffraganei ab Innocentio petierunt, primo facultatem sibi, & successoribus ordinandi, sicut antea, quatuordecim Episcopos suæ nationis; Secundo, quod essent immediatè subiecti Sedi Apostolicæ; Tertiò, quod Græcorum causas spirituales possent audire, & ab eis esset solum recursus ad Dominum Papam; Quarto, quod ordinata per Episcopum Albanen-

banensem, tollerentur; videtur autem, quod Albanensis Episcopus fuerit Legatus ille Apostolicus, de quo ad annum 1248. num. 9. Bzouius, & num. 3. Odoricus. Rursus apud eundem Odoricum ad annum 1254. numer. 6. Innocentius Quartus, occasione controuersiarum inter Græcos Cyprios, & Latinos, scribens Tusculano Episcopo sic habet: *Si suum Antiquum ritum in hoc Graci, potius seruare voluerint, videlicet, quod Patriarcha vna cum Archiepiscopis, & Archiepiscopi cum Suffraganeis suis, simul Chrisma conficiant, in tali eorum consuetudine tollerentur.* Rursus cum, vt ad annum 1260. num. 37. refert Odoricus, Alexander quartus in sua Cypria constitutione ordinasset, vt defuncto in Insula Cypri Germano Græcorum Archiepiscopo, & Metropolita, nullus alius fieret in Insula Archiepiscopus Græcus; Græci sub Vrbano quarto sententiæ non steterunt. Refert hanc rem Odoricus ad annum 1264. num. 65 dicens: *Nunc ad Græcos in Cypro agentes, coniunctos quidem Ecclesię Romanę, sed grauiter à Latino Archiepiscopo diffidentes, nos conuertamus. Diuturnas Grecos, inter, ac Latinos Regni Cypri Presules controuersias deciderat Alexander; sed Gręci, & Syri non steterunt Pontificię sententia, atque à Nicosiensi Archiepiscopo Insulę Metropolita defecere.* Vnde Vrbanus quartus ad Regiæ Procuratorem, & Proceres scripsit, vt Alexandri ædito operi mandando studerent.

Adde, quod Innocentij tertij sensus erat, vt constat ex eiusdem responsione ad annum 1206. Thomæ Mauroceno Patriarche Constantinopolitano, vt Græci Græcis præficerentur Antistites, mandat enim Pontifex illi, vt: *in illis Ecclesijs, in quibus solummodo sunt Greci, Grecos debeas Episcopos ordinare, si tales valeas reperire, qui nobis, & tibi deuoti, & fideles existant, & à te consecrationem velint recipere humiliter, & deuotè: in illis verò, in quibus Latini cum Grecis sunt mixti, Latinos preficias, & preferas ipsis Gracis.* Cum autem

tem nonnisi quindecim fluxissent anni, ex quo Insula Cypri in Latinorum deuenerat potestatem, non est dubitandum, quin Ecclesiæ solis Græcis constantes in illa inuenirentur; quod etiam indicat Honorij Tertij Epistola anno 1222. ad Regem Cypri scripta, & infra adducenda: vnde si non à Cœlestino tertio Græcorum Antistitum Sedes in Cypro admissæ fuerunt, saltem admissæ videntur ab Innocentio Tertio per Petrum Capuanum Legatum suum, de quo in Vita Cœlestini Tertij Oldoinus inquit: *In Cyprum primum, ac deinde in Syriam cum Crucesignatis, Innocentij iussu Petrus Apostolicæ Sedis Legatus se contulit, & in Cypro abusus quamplurimos, qui in ea Insula inoleuerant, deleuit.*

Tertiò videtur hoc colligi ex Honorij Tertij Epistola ad Regem Cypri scripta, & apud Odoricum ad annum 1222. n. 8. relata. Pontifex enim quorundam Græcorum in Cypro Episcoporum audaciam Patriarchæ Hierosolymitani, ac Tyrensis, & Cæsariensis Archiepiscoporum opera reprimendam statuerat, qui Metropolitani Latini, ac Præsulum ipsius Suffraganeorum, auctoritate, Legatorum Apostolicę Sedis institutas Diocæses sibi vsurpare conabantur: quo circa causa diligenter cognita, illos, vt eijcerent, mandauerat. Cypri vero Regis, qui ab Honorio flagitabat, vt concordiæ alendæ causa, eos Græcos Præsules Græcis intra Latinorum Diocœses existentibus, præesse permitteret, præces repellens, sic ei rescripsit. *Cum in Prælatorum Latinorum Diocæsibus Regni tui quidam Græci Romanæ inobedientes Ecclesiæ, etiam in Ecclesijs Latinorum tanquam Pontifices commorentur, pro quibus nobis humiliter supplicasti, vt in dictis Diocæsibus, prout sunt, remanere permitteremus eosdem. Nos licet tibi, & Regno tuo deferre, quantum cum honestate nostra valemus . . ., in ijs tamen, quæ periculum generant animarum, & Ecclesiasticæ derogant honestati, apud nos esse non debet personarum acceptio. Quare talia de cætero sustinere nolentes,*

cum

cum monstruosum esset, sicut in Constitutionibus dicitur Generalis Concilij, vnam, & eandem Diocœsim diuersos habere Pontifices, tanquam diuersa capita vnum corpus haberet, Venerabilibus Fratribus nostris Patriarcha Hierosolymitano, & Tyrensi, ac Cæsariensi Archiepiscopis nostris damus litteris in mandatis, vt eos morari de cætero velati Præsules in dictis Diocœsibus nullatenus patiantur. Sacerdotibus, & Diaconibus Græcis prædicti Regni nihilominus firmè iniungentes, vt præfato Archiepiscopo, & Episcopis Latinorum, prout sunt, & fuerint in eorum Diocœsibus constituti, canonicam obedientiam iuxta compositionem faciant supradictam; se tanquam obedientia filij conformantes Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Matri suæ, vt sit de cætero vnum ouile, & vnus pastor.

Ex his Honorij verbis colligitur primò, quod illius tempore in Insula Cypri erant non solum Latinorum, sed etiam Græcorum Diocœses; cum ordinet, quod Græci, non absolutè, sed vt in Latinorum Diocœsibus constituti, Latinis obediant Episcopis; in quo Prædecessoris sui Innocentij menti se conformauit, qui vbi Græci Latinis mixti essent, voluit vt Latini præficerentur Episcopi.

Colligitur secundò, non obstante Generalis Concilij constitutione, ab Honorio vsque ad annum 1222. tolleratum fuisse, vt Græci Antistites Iurisdictionem exercerent in Græcos in Latinorum Diocœsibus constitutos, quia forsan causa ad Romanam Sedem delata, ad vsque tempus illud non fuerat sufficienter discussa: cum dicat: *talia de cætero sustinere nolentes.* Et quidem hoc fecerunt, & alij Pontifices, vt de Innocentio quarto, & Alexandro quarto constat *in historia Cypriæ Constitutionis*, refertque ibi Riccardus. *Defuncto enim Nicosiæ Præsule elegerunt Græci Gentilem suum Germanum, qui vt Vrbanæ gentis, ita etiam Vrbis, Insulaque vniuersæ integrosè, plenoque Iure Antistitem se factum ratus, nomen, & Ius assumit Archiepiscopi, & Metropolitico Iure*

Gre-

Græcos omnes totius Insulæ suæ dictionis esse contendit. Quo Pontificio Iure, & munere perfungente, Hugo Latinus Nicosiæ Archiepiscopus insurgit; Germanum non ritè electum, nec canonicè, criminatur, incusat; iniustè ius dare oblatrat. Vnum dumtaxat, eum que Latinum esse Archiepiscopum in tota Insula Metropolitico constitutum Iure, ex Summorum Pontificum decretis, contentioso, pugnacique tumultu, instat, vrget, probat. Græcum Germanum, vt aliena Iura inuadentem, perturbaturus, è solio, ad suum prouocat tribunal... Germanus facta ad Alexandrum quartum appellatione, eius eludit iudicium, ad Romanam conuolat Vrbem, Gentilium suorum Episcoporum frequentia stipatus, illatam sibi expostulat iniuriam... Pontificiam implorat opem... Mittit etiam, & Hugo... suos Oratores ... Alexander... pacifica constitutione sanxit, Germanum quoad viueret, Archiepiscopi Iure, nomine munere potiundum ... defuncto Germano, nullum alium Græcum Metropolitam eligendum statuit.

Immò ad discordias tollendas in quodam decreto, quod *Summa Alexandrina* vocatur, ordinauit, vt refert Auctor operis, cui titulus: *Historie de' Rè Lusignani lib. 3. Che il Vescouo Greco di Nicosia facesse residenza nella Città vecchia di Solia, e si chiamasse di Solia, & Amministratore del Popolo Greco di Nicosia. L'istesso fù ordinato per gl' altri tre Vescoui Greci assegnando Arzos à quello di Paffo, Amathunta à quello di Limissò, e Carpasso a quello di Famagosta. Che le prime cause del Popolo Greco si trattassero in prima instanza auanti il Vescouo di quel Rito; mà in appellatione s'aspettassero al Latino; questo però s' intendeua solamente, se la lite vertina trà Greco, e* Greco*; perche quando v' entraua vn Latino, il Vescouo Greco non poteua ingerirsene.*

Che i Vescoui Greci *fossero nominati dal Cosiglio Regale, accettati dal Rè, e confermati, e consacrati dal Vescouo Latino, al quale fossero soggetti. Douendo egli ammetterli al possesso, all' ho-*

ra però, che non fusse stato impedito da legittima causa; nel qual caso il Consiglio veniua à nuoua elettione. Giurana l'eletto, nel riceuer la consecratione, in questa maniera. Io Vescouo di N. N. Greco giuro sopra questi Sacri Euangeli à voi Monsignor Vescouo N. N. Latino d'esser fedele, Cattolico, Ortodosso, & insieme instruire il mio popolo con quello spirito, che il Signor Dio mi concederà, nella Cattolica, e Ortodossa fede; esser obediente al Sommo Pontefice Romano, & à voi Reuerendissimo, & à vostri Successori, saluo meo Iure, cioè il Rito Greco, nel quale sono, & al quale sono assunto, con oblighi di conseruarlo. Che il Vescouo Greco riconosceße il Latino con alcune Regalie di poco momento in segno solamente di superiorità. His similia habentur in Cypria Constitutione. Cœterum temporis decursu iterum in vna, eademque Ciuitate Sedem posuerunt, & Latinus, & Græcus Antistes, vt constat ex Stephano Lusignano *in historia Cypri fol. 6.* ibi enim de noua Paffo tanquam oculatus testis, inquit: *La Città ha cattiuo aere, onde il Capitano, il Vescouo Latino, & il Vescouo Greco fanno residenza in vn Casale detto Crima, appresso vna Lega, per esser esso Casale in luogo eminente, e di buon aere; però la Chiesa Catedrale è nella Città.*

Colligitur quarto, quod non essent Schismatici, licèt contra Legatorum Apostolicæ Sedis ordinationes, Lationorum Diocœses occupare conarentur, neque enim Apostolica Sedes vsque ad annum 1222. eos, erumque prætensa Iura vsque ad integram causæ discussionem sustinuisset, neque per eos, Rege mediante ad Apostolicam Sedem factus fuisset recursus, fierique potest, quod sicut Germano, non obstantibus ordinationibus Apostolici Legati, visum est, Iure assumere posse Metropolitani nomen, ac Ius, & à Latini Archiepiscopi obedientia se subtrahere, eo quod olim Cypria Græca Ecclesia hoc haberet Ius, vt Metropolita Cypri à Synodo eligeretur, & ab Episcopis illius Insulæ consecraretur,

tur, & non à Patriarcha Antiochiæ, vel à quouis alio; quod Ius non à Concilio tertio Ephesino, vt malè opinatus est Balsemon, sed ab Apostolorum tempore inceperat, vt constat ex can. 8. Synodi tertiæ Ephisinæ, vbi antiquum confirmatur Ius, nouum non tribuitur: ita pariter Episcopi Græci, de quibus Honorius, sua haberent Iura, quibus confiderent.

Neque refert, quod *Romana Ecclesia inobedientes* dicantur, nam etiam sub Vrbano quarto alij Cyprij Græci Præsules, vt supra ex Raynaldo, vidimus, & si Romanæ Ecclesiæ coniuncti, non tamen Pontifice Alexandri quarti sententiæ steterunt: posseque stare coniunctionem cum Romana Ecclesia sine exacta interim alicui constitutioni, aut ordinationi à Romana Sede emanatæ obedientia ob aliquas rationes Romanæ Sedi exponendas, patet ex Memoriali, quod Sacræ Congretionis de Propaganda Fide porrexit Procurator Prouinciæ Iaponiæ Societatis Iesu, vbi referens, quæ Missionarijs Societatis opponuntur, inquit: *S. che i Missionarij della Compagnia sono Ribelli alla Chiesa, disprezzatori delle Bolle Apostoliche, disubedienti à Decreti della Sacra Congregatione, e che solamente pretendono d'esimersi dall'vbedienza, che deuono alla Chiesa Cattolica, ricercando ragioni finte per non vbedire.* Cui obiectioni sic: *All'vltimo capo, che sono Ribelli alla Sede Apostolica, e disubedienti alle Bolle Pontificie, e Decreti della Sacra Congregatione, si è già risposto per parte della Compagnia, e si mostrarà, che intanto non sono stati vbedienti alle Bolle Pontificie, in quanto queste non gli sono state autenticamente presentate, specialmente la Bolla di Clemente Decimo, la quale non gli fù presentata nella forma, che Sua Santità nell'istessa Bolla ordinaua, &c.*

Imperoche trouando i Missionarij della Compagnia da vna parte, che dall'esecutione ne poteuano vscire molti graui inconuenienti à quelle Missioni, i quali forse non sono stati fedelmente rappresentati alla Sacra Congregatione, per tanto hanno giudicato

dicato li Missionarij della Compagnia, che in quanto non gli rappresentauano, e non gli costaua autenticamente dell' intentione di Sua Santità, nè della mente della Sacra Congregatione, poteuano differire l'esecutione di quello, che li Signori Vescoui Francesi pretendeuano.

Sic Ioannes Baptista Nani in Venetæ Reipublicæ historia part. 2. lib. 2. sub anno 1652. hæc refert: *Publicò quest' anno il Papa vna Bolla, con cui supprimeua in Italia quei Conuenti, che alimentare non potessero più di sei Regolari . . . la cosa era stimata importante, e per il culto Diuino, e per il contento de' Popoli; poiche trattene le principali Città, restauano le Terre minori, quasi, che priue di chi essercitasse nella pietà, & amministrasse ne' Sacramenti. Per tanto il Senato, per questi, & altri graui riflessi da rappresentarsi al Pontefice, ordinò, che se ne tenesse nel suo Stato in sospeso l'essecutione.* Quæ suspensio durauit, vsque ad annum 1657. vt idem Auctor lib. 7. anno 1657. enarrat.

Adde denique ex historiæ contextu nos minimè cogi ad asserendum Cyprios Episcopos, qui Synodo interfuere, Græcos fuisse; Latini enim Ritus esse potuerunt. Inter Surianos enim, Latinosque Antistites amicitiam, familiaritatemque intercessisse colligi potest, vel ex Epistola Iacobi de Vitriaco circa annum 1219. ad Honorum III. scripta, & in exercitu prope Damiatam data, & ab Acherio in tom. 8. sui Spicilegij relata, vbi inquit: *Hoc præsenti anno Suriani, qui nobiscum erant in exercitu, librum alium antiquissimum de Antiquis Armarijs suis nobis ostenderunt, &c.*



CA-

CAPVT SECVNDVM.

De Parentibus S. Angeli, & Apparitione gloriosa illis facta.

NOndum communis naturæ necessitas omnes, qui Iæssæum, & Mariam, Martyris Angeli parentes, nouerunt, de medio sustulit: sunt enim adhuc Hierosolymis complures, tametsi Longæui, & annis graues, sensuum tamen omnium integritate vegeti, qui eorum vitam inculpabilem, Christi fidei receptionem, ac mortalis vitæ exitum adeò memoria teneant, vt perinde, ac si illi nondum vita functi essent de singulis hic rationem reddere, & honestissimam illorum consuetudinem recensere, & approbare consuescant. Ipsi itaque Iessæus, & Maria (quod locupletissimis testibus comprobatum est) vtpote natione Hebræi de stirpe, & progenie Dauid, & si antiquam Dei legem toto mentis studio seruabant, & Ieiunij, ac vigilijs mirificè vacantes, vitam, non intermisso Dei seruitio, traducebant; cumprimis tamen studiosissimè orabant, vt Deus lumen veritatis mentibus eorum infunderet, & num in lege promissus venisset, iam, an venturus esset Messias, ostenderet.

Post longas denique meditationes, & diuturnas preces, ad non. Kal. Aprilis, propè festum azimorum, dum solo prostrati, & rigido induti cilicio, ac multis profusis lacrymis, continua oratione persistunt, & confirmato animo, donec æternus Pater diuturni gemitus, & lacrymarum misertus, fidei Catholicæ veritatem manifestet, inediam pati præeligunt, & sine cibo, & potu persistere decernunt; sub horam noctis sextam Diei Sanctæ Veneris Virginem splendidissimam Christi Matrem, Magno Angelorum cætu comitatam conspiciunt; quæ his eos dictis affari dignata est: Progenies

de

de Domo Dauid, vnde me quoque prodijsse Altissimus voluit, ponite dubium, & metum mentis oculis abstergite, & Messiam in Lege promissum frustra postmodum expectari credite; venit ille, & saluum fecit populum suum, quem noctis, & caliginis tenebræ non comprehenderunt: hic Dei, quoad diuinitatem filius, de Spiritu Sancto conceptus, absque virili semine, ex me, Matre, & Virgine, assumptæ carnis humanitatem suscepit: hoc vos suscipite mysterium, hoc tenete Sacramentum; id ipsum, vt detersa mentis acie percipiatis, Hierosolymitanum Patriarcham, virum Spiritu prophetico insignem, sæpius conuenite, ipsumque, ceù peruigilem animarum Pastorem, & verum Catholicæ fidei zelatorem consulite, iamque moram tollite, templum adite, vbi Diuinæ ex more celebrantur laudes, & quæ vidistis sacro Antistiti renunciate: quæ verò ipse de Christiana fide insinuet, pectore fido suscipite, & mente firma credite; in eius etenim manibus Messiam videbitis optatum Iesum Christum Filium Dei viui, quo mortalibus viso oculis, sacrosanctum baptisma nequicquam differetis, eo enim fidei Sacramento superioris Ierusalem incolæ fieri poteritis, qui inferioris nunc Ciues estis. Id autem, Iessæe tibi prædictum velim, vigesimo post Pentecostes die Mariam vxorem tuam duos tibi filios concepturam, quorum primo Angelo, secondo Ioanni nomen esto. Erunt hi oliuæ binæ florentes in Carmeli vertice, duoque Candelabra Lucentia, atque duæ Lucernæ ardentes in Sancta Dei Ecclesia. Hic enim erit Patriarcha Magnus, & instruet Ierusalem virga virtutis suæ: ille verò pro diuinæ voluntatis reuelatione, & Christi nomine gloriosum consequetur triumphum martyrij. Quibus dictis Virgo venustissima velut latitans circumfusa nube accedere visa est: ac Iessæus, & Maria primum animo conterriti, mox quadam fiducia freti pijs Virginem, & deuotis prosequuntur vocibus; atque vbi felicissima visione destitui cognoscunt, po-

poplite flexo, & capite ad terram prouoluto, Deo, & ipsi Deiferæ Virgini gratias agentes, gaudio, & exultatione explentur.

Circa Caput Secundum.

DVBIVM I.

An Auctor loquatur de Paschate Iudaeorum.

NEgat Papebrochius, eo quia dies ille dicatur: *passionis Christi dicatus*. Verum, quod non de Christianorum, sed de Iudeæorum Paschate loquatur, videtur patere ex ipsomet Panormitano textu, ait enim, & quidem de hominibus Iudæis loquens: *ad nonum Kal. Aprilis, prope festum Azimorum*: quibus verbis etiam in Euangelio Iudæorum Pascha describitur: nam Lucæ 22. 1. sic habetur: *appropinquabat autem dies Festus Azimorum, qui dicitur Pascha.* Textui Panormitano consonat Vaticanus, ait enim: *& vna dierum, scilicet vigesima quarta Martij, prope festum Azimorum.* Clarius loquitur textus Mechliensis apud nostrum Danielem dicens: *& cum multo tempore in ea ambiguitate per Hi- stissent, proximo die Pasche Iudaeorum, Domi orantes.* Ædem habet textus Vltraiectinus apud ipsum Papebrochium.

Neque obstat, quod cap. 3. dies Veneris ibi adductus vocetur *Dies passionis Christi dicatus*. Quilibet enim Veneris dies passioni Christi dicatus est, & dicitur; cuius ratio videri potest apud Franciscum Leuera in libro, cui titulus: *De Anno, mense, & die Passionis, & Resurrectionis Christi Domini pag.* 9. Hinc in Theatro Vitæ humanæ, littera R. 66. D. dicitur, quod *Rodulphus Habspurgensis Imperator ita Sanctam Crucem venerabatur, vt frequenter sexta feria, passioni Christi dicata, cum hoste confligeret*; quod vtique non de sola feria

sexta

sexta Hebdomadæ Sanctæ intelligendum; cum feria illa non sæpè, nec frequenter recurrat: sic etiam Ioseph Maffeus Iesuita in Vita D. Xauerij lib. 1. cap. 12. ait: *Così l'Armata di Giesù acclamata da tutti sciolse dal porto à ventuno d'Ottobre, in giorno di Venerdì, consecrato alla passion del Redentore*: vt ergo apud Papebrochium tom. 3. Aprilis ad diem 27. de S. Antonino num. 6. per verba ista: *die Sancta Resurrectionis*, non intelligitur necessario Dominica Paschalis, sed potest intelligi aliqua simplex Dominica; *Resurrectionis enim memoriam qualibet Dominica nobis reuocat*: ita dicimus & nos, quod per verba ista: *cum dies ille Christi passioni dicatus esset*: non intelligitur necessario feria sexta Maioris Hebdomadæ; sed quælibet simplex feria sexta; quia quælibet passionis memoriam nobis reuocat.

Cæterum cum in superioribus à nobis dictum sit, quod anno 1184. in Hierosolymitana Ciuitate plures diuersarum nationum erant Patriarchæ, dubitare quis posset: cur

D. Angeli parentes, non interrogauerunt, de quo Patriarcha loqueretur Virgo, quando dixit: *Hierosolymitanum Patriarcham, virum spiritu prophetico insignem, sæpius conuenite, ipsumque, seu peruigilem animarum pastorum, & verum Catholicæ fidei zelatorem consulite?* Sed Vltraiectinus apud Papebrochium textus (cui consonant Vaticanus, Mechliuiensis) ad soluendam difficultatem opportunè occurrit; dum de D. Angeli parentibus adhuc Hebræis, sic loquitur: *Nonnumquam dubitatio corda eorum inuasit, an in lege promissus venisset, an in antea esset venturus; & in huius rei gratiam Nicodemum Episcopum sæpius adhibant: erat enim vir sacrarum litterarum doctissimus: nec tamen fidem Nicodemi verbis adhibebant, qui etiam eisdem Messiam venisse, & Iesum Christum fuisse affirmabat; nec præteritorum in Lege Iudæorum sententijs prorsus adhærebant: sic nullis rationibus humanis contenti, ad Deum confugientes assiduè precabantur, vt scrupulum illum*

illum à cordibus eorum extirparet. Et cum multo tempore in ea ambiguitate perstitissent, proxima die Paschæ, &c.... quibus respondens Virgo ait: cum dies crastinus illuxerit, ite ad Templum, vbi dicimus Pontifex Nicodemus ad aram serviet.

Dubitari potest secundo, in qua noctis hora contigerit apparitio, de qua cap. 2. Vbi sciendum, quod Iudæi noctis, sicut & diei horas in quatuor diuidebant partes, quarum quælibet tres continebat horas; & primum quidem noctis spatium, de nomine horæ primæ vocabatur hora prima; reliquæ tres partes de nomine vltimæ horæ præcedentis spatij nomen accipiebant. Sic quia tertia Iudæorum hora primum finit noctis quadrantem, secundus quadrans ab ea denominationem accipit, & tertia vocatur hora. Tertius quadrans vocatur hora sexta de nomine horæ sextæ terminantis, & claudentis quadrantem secundum. Quartus quadrans hora nona dicitur, de nomine horæ nonæ, in qua tertius quadrans definit. Ita in suo Vitæ humanæ Theatro obseruat Laurentius Beyerlinck. Hæc ergo apparitio facta fuit in tertio noctis quadrante, in quo septima, octaua, nonaque hora comprehenduntur, cum dicatur facta: *sub horam noctis sextam.*

Quia verò apud Iudæos triplex dierum genus olim in vsu erat, nam diem habebant Legalem, à vespera ad vesperam durantem; naturalem ab ortu Solis vsque ad ortum; vsualem à media nocte vsque ad mediam, vt Laurentius Beyerlinck in humanæ Vitæ Theatro obseruat, difficultas esse potest; an de Legali, an de naturali, an de vsuali die loquatur; atque adeò, an nox illa fuerit sequens, an Veneris diem antecedens. Si enim dicamus, quod nox illa diem sanctam Veneris secuta fuerit, consequens etiam est, quod Angeli parentes, eadem nocte domum egressi, post habitam visionem, templum adiuerint, Christicolasque in Domo Dei Diuina celebrantes mysteria inuenerint; At licet, vt

 obser-

obseruat Allatius de Dominicis num. 21. Græci in Hebdomada Sancta, *nocte subsequenti* ad diem Veneris, *ante Sabbatum sepulti, sepulchrique Domini Laudes, cum cantu prosequebantur*. Et Franciscus Aluarez in opere, cui titulus: *Viaggio dell Etiopia cap.* 110. de Æthyopis dicat, quod: *Il Venere Santo à hora di mezzo giorno acconcino le Chiese... e cantano tutta la notte, e tutto il giorno, leggendo la Passione*... & quod: *dormono nel circuito della Chiesa, e come è mezza notte, cominciano li loro canti, che durano fino ad hora di vespro*; in alijs tamen hebdomadibus non ita euenit. Si verò dicamus, vt sine vlla textus violentia dici potest, quod nox illa Veneris diem antecessit, vnde in textu Vaticano non dies Veneris, sed dies Iouis ponitur, proposita cessat difficultas, & de aliquo simplici Veneris die textus intelligi valet.

DVBIVM II.

An dies 24. Martij malè componatur cum Hebdomade Sancta anni 1184.

DAto, sed non concesso, quod Enoch de Christianorum Paschate loquatur, oritur difficultas, an hæc nostri Auctoris verba: *ad nonum Kalend. Aprilis, propè Festum Azimorum... sub horam noctis sextam diei Sanctæ Veneris Virginem... conspiciunt*, Chronologicum inuoluant errorem? affirmat Papebrochius in Annotatis ad cap. 1. litt. A. ratio eius est, quia visio ista contigit anno 1184. at anno illo dies 24. Martij non potuit esse, nec dies Iouis Sancti, vt in Vaticano dicitur, aut Veneris Sancti, vt in Panormitano indicatur textu: sed aut Sabbatum, aut Dominica palmarum: colligitur hoc, inquit, per eos, qui tunc numerabantur Cyclos, Lunæ 7 & Solis 17. & ex litteris Dominicalibus A. & G. ex quibus surgit Pascha die prima Aprilis celebrandum.

Cœterum cum Papebrochius ad verba illa manu-scripti Vltraiectini: *& proxima die Pascha Iudaeorum Domi orantes*: commentarij loco addat. *cum certum sit Pascha diuersissimo sapè tempore celebrari solere à Iudais, & Christianis, propter diuersissimos vtrorumque Cyclos, hic modus loquendi, praterquam quod aptior sit adhuc Iudais Angeli parentibus, de quibus est sermo, etiam effugit omnes illas difficultates, quibus inuoluerunt nos alij, diem Veneris, seù Iouis sanctum, cum 24. Martij componentes, anno non sua*. Ex ipsius Papebrochij verbis colligitur, quod nec noster Historicus erroris, nec noster Daniel inaduertentiæ reprehendi iure possunt. Nam si historia de Iudæorum Paschate loqueretur, ideò per Papebrochium omnis tolleretur difficultas, quia diuersissimo sæpè tempore à Iudæis, & Christianis Pascha celebrari solet; sed diuersissimo sæpè tempore, & olim, & modò inter Christianos Pascha celebrari, & solebat, & solet: ergo vtrobique par ratio omnem effugiendi difficultatem. Assumptum constat exemplis. D. enim Angelus Maria Vericelli in tractatu de Apostolicis Missionibus titul. 15. q. 279. sic habet: *An tollerari possit, vt Abassini pascham celebrent alia Dominica, prater illam, in qua ab Ecclesia Romana celebratur?* soluit quæstionem hac responsione: *die 27. Iulij 1637. ad hoc dubiuũ propositũ à Patriarcha Æthyopia, habita Congregatione Patrum qualificatorum S. Officij, fuit responsum: nihil esse innouandum circa celebrationem Pascha, nisi aliquid interueniat, quod sit in contemptum Religionis, & fidei*. Ita, & Petrus à Valle tomo primo, Epist. 13. num. 8. cum Hierosolymis existeret, deque Orientalibus nationibus loqueretur, sic ait: *la Domenica mattina, che à quelle nationi era delle Palme, & à noi della Pasqua*. Et si interdum nationum illarum Pascha cum Latinorum Paschate coincidat, vt de visu testatur Bremond lib. 2. cap. 32. vbi sic de Ecclesia S. Sepulchri: *è da vedere, quando la Pasqua di tutti viene insieme con la nostra, le*

strepito, e la confusione di questa Chiesa, per tãte migliaia d'huomini dell'vno, edell'altro sesso, varij d' habbito, di linguaggio, e di costumi .... cagiona questo disordine, che ne da nostri, ne da loro si possono far bene le deuotioni solite di questo giorno... mà lodato Iddio, che in quell'anno fumo essenti di tanto incomodo. Immò quibusdam in locis Latini Græcorum Kalendario se accomodent, vt *Epist. 1. parte 1.* suorum Itinerum obseruat Cornelius Magnus scribens: *In quell' Isola del Zante, come in molte altre, i Latini si conformano col Calendario Greco, per comodità vniuersale del negotio.*

Sed & Papebrochius in Exegi præliminari ad tom. 3. Aprilis num. 13. simili difficultati similem adhibet solutionem; cum enim num. 11. ex Vita S. Eligij à S. Audoeno scripta proposuisset, quod *SS. Eligius, & Audoenus consecrati fuerunt Episcopi anno Domini 640. die 14. Maij, Dominica ante Rogationes*, & anno illo dies 14. Maij non coincidat cum Dominica quinta post Pascha, atque ideò non cum Dominica Rogationum, sed cum Dominica quarta; vt nodum hunc soluat, & temporis characteres concordet, sic num. 13. difficultati occurrit.

Altera methodus omnia conciliandi foret, si dicto anno 640. apud Turonenses, Rothomagenses, & vicinos Neustriæ populos diceretur Solemnitas Paschalis fuisse celebrata octiduo citius, quam Romani, & alij Galli circa Lugdunum potissimum eam obseruauerint: eo scilicet modo, quo factum fuisse constat anno 577. quando Romani, cum alijs orientalibus Pascha celebrarunt die 25. Aprilis; in Gallijs verò Turonenses, cum multis Ciuitatibus Sanctum Pascha celebrasse 14. Kalendas Maias, ideft 18. Aprilis, & octiduo citius, testatur Gregorius tunc Episcopus Turonensis lib. 5. historiæ Francorum cap. 17. eodem modo, quia anno 640. Romani, cum varijs populis, etiam Lugdonensibus in Gallia, celebrarunt Sanctum Pascha 15. Aprilis, si Turonenses, cum Rothomagensibus dicantur celebrasse octiduo

citius,

citius, die 9. Aprilis, tunc acta Sanctorum Eligij, & Audoeni, cum Antiquis Martyrologiorum tabulis manerent inconuulsa, & forent dicti Episcopi consecrati anno tertio Regni Chlodouei, die 14. Maij, & Dominica Rogationum. Hæc Papebrochius, à quo si quis quæreret, cur in pari difficultate tam diuersimodè processerit, vt Auctorem Vitæ S. Eligij defendere, Auctorē verò Vitæ S. Angeli falsitatis arguere voluerit, non aliam facilè assignabit causam, nisi quod contra Carmelitanas historias pugnat eius affectus præiudicijs armatus.

Cœterum, quia ad litteram D. scribit Papebrochius: *de errore circa 24. Maij malè cum hebdomade Sancta compositam, nullam ei* (scilicet nostro Danieli) *moueo quæstionem; posset enim istud imputari memoriæ erranti in numero, quo nihil facilius; sed vtrum talem errorem non obseruasse, excusari possit in eo, qui prætendit more nostro, vitas Sanctorum illustrare, nescio.* Respondeo primo hunc errorem supponi, non probari à Papebrochio. Respondeo secundò, hæc eadem verba contra Papebrochium retorqueri posse, cum tom. 1. Aprilis ædito Antuerpiæ anno 1675. pag. 721. titulum cuiusdam Appendicis sic efformet: *De Reliquijs Beati Ermanni Antuerpiam allatis, & solemniter expositis anno MDCLXXXIII;* quo enim pacto scribens anno 1675. potuit loqui de reliquijs allatis, & solemniter expositis anno 1683.

DVBIVM III.

De die 24. Martij composita, cum feria quinta anni 1184.

QVod dies 24. Martij anni 1184. non inciderit in feriam quintã, vt videtur asserere Auctor Vitæ D. Angeli, sed in Sabbatum, vel Dominicam, colligit Papebrochius ex litteris Dominicalibus A. & G. & per eos, qui tunc numerabantur, Cyclos Solis, & Lunæ.

Verum, quod regula illa ferias inueniendi, per litteras Dominicales, non sit valdè tuta, probari potest exemplis. Sic Thomas Auriemma Iesuita, in opere, cui titulus: *Historia Panegirica di S. Anna lib. 1. cap. 10.* inquit: *Concepì Anna alli* 8. *di Decembre la Santissima Vergine, in giorno di Venerdì, conforme al computo, che fà il nostro Christoforo Castro, per esser quell'anno la lettera Dominicale A. è probabile anco il computo d'Altri, i quali dicano, che la Concettione accadè di Martedì, per esser, secondo il loro computo la lettera Dominicale D.* Similem responsionem habet Paulus Belli Iesuita de *Gloria Messanensium lib. 2. cap.* 11. nam cum Beatæ Virginis ad Messanenses Epistola claudatur hac formula: *Anno Filij nostri XLII. Indictione 1. 3. nonas Iunij, Luna XXVII. feria V. ex Hierosolymis.* Contra illam, quo ad feriam, sic insurgit quidam: *in 3. nonas Iunij anni 42. incidit littera Dominicalis D. vt ex Claudij tabulis disces; & in suo computo Ecclesiastico doctissimus Maurolicus docet. Igitur anno Christi* 42. 3. *nonas Iunij, ne quidam feria 5. sed Dominicus dies fuit.* Huic obiectioni sic respondet Belli. *Negat Aristarchus potuisse affigi feriam V. cum ex regula littera Dominicalis potius apponenda esset feria prima, seù dies Dominicus. Sed quid ... si eam regulam non valde solidam, nec tutam dicamus? Magna enim inter Veteres Auctores ea de re disceptationem fuisse docet doctissimus Ioannes Mariana lib. de die mortis Christi c.15. quare non statim putandum falsò adpositam feriam 5. pro prima. Par discrimen inter Bedam, & Cyrillum licèt aduertere ex eodem Mariana; quod si prauidisset Aristarchus, non ita facilè datam feriam erroris accusasset. Beda enim anno XXXIV. Lunam 14. mensis primi hebraeorum affigit ad diem 9. Kal. Aprilis fer. 5. Cyrillus conuenit in anno, in Luna, in Kalendis; tantum discrepat in feria; adsignat enim primam. Si Aristarchus regulam littera Dominicalis sequi velit, quem erroris arguet? si non ausit; quam excusationem pro Beda, & Cyrillo*

rillo conciliandis daret; eandem sibi in re præsenti datam putet. Nobis ex tantorum virorum discordia satis collegisse, sensisseque cum viris doctis fallacem esse eam regulam litteræ Dominicalis; & Aristarchum in vero inuestigando confractæ cannæ innixum. Hæc ille. Quibus quid aptius ad Papebrochij argutionem soluendam? Similiter Franciscus Leuera in opusculo de: *Veritate anni, mensis, & diei passionis, & resurrectionis Christi Domini pag.* 96. ex præmissis sic concludit: *Natus est ergo Christus Dominus in Bethlem Iuda anno ab Institutione Iulij Cæsaris* 45. *fermè completo; ad cuius finem deerant dies sex: die* 24. *Decembris, media nocte, ineunte die* 25. *feria autem fuisset Sabbathi in dicta die, si Sacerdotes Romani rectè intercalassent annum Iulianum, nec indebitè tres dies addidissent mensi Februario, in spatio* 36. *annorum ab Institutione Iuliana. Quapropter in Iudæa, & Ægypto ignorabatur.*

Sed, & Papebrochius ipse tom. 3. Aprilis in addendis ad Vitã B. Ægidij quædam affert, ex quibus huius regulæ incertitudo magis firmatur; ait enim de miraculis Beati Philippi Benitij, *quæ statim post eius obitum Tuderti anno MCCLXXV. à die* 22. *Augusti secuta, & descripta sunt, adnotata vbiq; etiam feria, quo fit, vt cum dicto die Mercurij,* 10. *exeunte mense Augusti, & die Iouis nono, exeunte Augusto, factum aliquod miraculum dicitur dubitari nequeat, quin dies* 10. *exeuntis mensis, fit dies* 23. *& dies* 9. *eiusdem exeuntis sit dies* 24. *summendo, quod eo anno fuerit littera Dominicalis A. Sed addendum ..Tudertinos communem vulgaris æræ annum præuertisse mensibus nouem, ita vt Augustus anni* 1284. *illis adscriberetur anno* 1285. *aliter enim fuisset littera Dominicalis G. diesque* 10. *&* 9. *Augusti exeuntis, non in feriam* 4. *&* 5. *sed in feriam* 5. *&* 6. *incidissent.* Suetonius quoque lib. 2. de Octau. August. num. 59. inquit: *Quadam Italiæ Ciuitates diem, quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt.* At quis scire potest,

quæ-

quænam fuerint istæ Ciuitates, & quo die Augustus ad eas venerit, vt sciamus quodnam apud illos initium anni? & ita feriam, in qua aliquid factum est, inuenire possimus? Quo verò ad Cyclos Solis, & Lunæ; vtique verum est, quod anno 1184. Cyclus Solis erat 17. & Cyclus Lunæ erat 7. cui pro termino paschali Gregoriano correspondet dies 27. Martij Quia verò dies 27. Martij habet litterã B. cui anno illo correspondet feria tertia, seù dies Martis, vt colligitur ex littera Dominicali G. consequenter procedendo dies 31. & regrediendo dies 24. fuit dies Sabbathi, & dies prima Aprilis fuit Dominica Paschalis; & hoc secundum tabulas. Cæterum, quia vt benè obseruat Ioannes Baptista Ricciolus Societatis Scriptor in *Chronologia Reformata tom.* 1. *cap.* 28. *num.* 3. Cyclus Lunæ, seù Aureus numerus non est tantæ quantitatis, quantæ apparet in tabulis, sed deficit *hor.* 1. *min.* 27. *sec.* 31. *terz.* 55. & quatuor Cycli, seu anni, 76. deficiunt horæ 5. min. 10. sec. 7. terz. 40. & anni 312. ½. deficiunt ferè vno integro die; cum igitur ab anno 1184. vsque ad annum 1684. effluxerint anni 500. pro 300. annis vna est detrahenda dies, & pro ducentis annis horæ 14. min. 55. sec. 19. ferè. Quibus detractis, cum nox Hierosolymis sit semper horarum 12. manifestè apparet, quod dies 24. Martij anni 1184 licèt in Calendarij tabulis appareat Sabbatum, tamen re ad exactos calculos Astronomicos perpensa, fuit dies Iouis: Quod etiam erit verum si dicamus cum Cornelio à Lapide in *cap.* 46. *Eccles. vers.* 5. quod in Iudæa dies longissimus, qualis est Solstitio æstiuo, est horarum 14. Vnde confirmatur, quod dicebam dubio primò, nimirum, quod Visionis prænarratæ nox Veneris diem antecessit. Ex quibus omnibus Lector quilibet iudicare potest, an Papebrochius Sanctorum Vitas illustret, an aliorum iam illustratas labore, obscuret.

CA-

CAPVT TERTIVM.

De Conuersione Sanctæ Parentum S. Angeli, eiusque Natiuitate, & miraculosa Infantuli abstinentia.

CErtissima demùm huius oraculi euidentia firmati, & animis aucti, Sanctum Dei Templum festini, & alacres adeunt, quod cum nullus, aut Iudaico, aut Idolatrico dogmati deditus ingredi posset, ingenti animi fiducia subire volentes, à ianitore impetu quasi tumultuario repelluntur. Tum candidati iuuenes specie, & nitore venustissimi quasi de improuiso apparentes repulsorum protectionem suscipiunt; & custode secedere coacto, fores patere faciunt, quorum duo Iessæuum, duo Mariam suscipientes introducunt. Hac Angelorum apparitione permoti complures, qui Legibus adhuc Iudaicis tenebantur, Christum animo Deum verum concipiunt, & magna fide, & spe ingressos subsequuntur. Iessæus, & Maria ritum seruantes, Antistitem reuerentibus dictis salutant, & ceù minimè diffidentes, iussa Deiferæ Virginis, eiusque visionem clara oratione exponunt: populo (qui quatuor circumstantium millia hominum excedebat) stupore repleto, Antistes Deo, Virginique gratias referens, illos incomparabili charitate suscipit, sacrisque Christianæ fidei initiari, ac salutaribus documentis instrui præcipit: atque interim, cum dies ille Christi passioni dicatus esset, & maxima populi confluentis deuotione Diuina celebrantur Officia, Christianis eos Ritibus, & Diuinis Laudibus interesse iubet: illi verò incredibili mentis alacritate, vtpotè nuper ad fidei Sacramenta vocati, ritus, & ceremonias, ipsaque Diuina Officia admirati, Deo maiores gratias egerunt, qui ab eorum oculis tenebras effugasset.

Sequenti verò die, cui *Sabbati* nomen indicitur, cum soli-

to more Antistes hostiam manu tenens, signo Crucis calicem signare voluisset, Iessæus, & Maria (dictu mirabile) Christum ea ætate, & forma, qua morti subijci voluit, mortalibus oculis vident. Quod verum sanè fidei argumentum, & alij non pauci, hora eadem, atque eodem modo vidisse attestati sunt; fuere autem numero triginta, qui pura idipsum conscientia Patriarchæ retulerunt, & æquè omnes percepto expleti gaudio, Diuinæ bonitati gratias egerunt, qui tali eos, tantoque munere dignata fuerit. Ipsa Sabbati die aqua fontis sacri santificata, Præsul ad se Iessæum, & Mariam vocari iubet, & quid de Christiana fide sentirent, quidue crederent, interrogat, atque omni vsus diligentia, intima etiam cordis scrutatus, quoad eius fieri potuit; singula quæque examinat, quos vbi mente pura, cordeque sincero esse comperit, prout Sancta docet Ecclesia, baptizat in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vniuerso populo respondente, Amen. Quo peracto, corporis eos, & sacratissimi cruoris participes efficiens, more Ecclesiæ communicat, indeque statuta loca eis adire præcipit.

Iessæus igitur vxore valere iussa, Domum adijt Eremiticam Cœnobitarum Dei Genitricis de Monte Carmelo, quæ Diuæ Annæ Ædes, vbi Deifera Virgo in lucem ædita est, seruato adhuc nomine, censentur: Maria verò, venia à coniuge impetrata, petijt Montem Sion, vbi Monasterium est Sanctimonialium Ordinis S. Basilij; hoc autem Patriarchæ præcepto præstare, & vsque ad festum Pentecostes seorsum cum sanctis illis hominibus moram adducti sunt, ea Lege, vt præfixum dierum terminum, ad eorum ædes redirent: difficile dictu est, quanto animi ardore, quanta & fide, & charitate, non modo præcepta, sed & consilia Christi seruare, eaque toto spiritu complecti studuerint, atque adeò, vt non modò Christianissimi, sed & omnium integerrimi, & religiosissimi iudicati sint. Vndè factum est, vt eorum exemplo

breui

breui temporis spatio centum, & triginta Iudaica prauitate relicta ad fidem orthodoxam conuersi sese Christo addixerint. Interea festo die Pentecostes adueniente, pœnitentiæ Sacramento iuxta Ecclesiæ institutum, imbecillitatis humanæ piacula deponunt, & pristino animi candore, manu Antistitis, Solemni Ritu Ecclesiæ, Sacramentum incomparabili deuotione suscipiunt. Nec multo post, obtenta à sacro Antistite venia, ad proprios Lares remigrant. Miratur vniuersa Ciuitas, & in dies magis singulorum mentes firmantur, dum breuissimi temporis successu animi constantiam, virtutem, & Religionem vtriusque suscipiunt. At Maria (prout virgineæ visionis oraculo ei prænunciatum fuerat) felici puerperio geminam prolem sucepit; & transacto iusto dierum numero, ex more Antistiti offerens, sanctissimi fontis Lauacro gemellos regenerari curauit, primo quidem Angelo, secundo verò Ioanni nomen fuit: Hos tanta solertia pietas paterna nutriendo suscepit, vt nihil eis deesset, quo vtique idonei fierent ad omnium virtutum exemplar. Patriarcha imprimis parentum paupertate cognita (omnibus enim illi, quæ ante susceptum fidei Sacramentum possidebant, Pauperibus, Patriarchæ iussu, distributis, solo Christo contenti, & nudi ad Ecclesiæ sinum peruenerant) summo charitatis affectu, & parentibus, & Infantibus ipsis alimenta simul, & omnia vitæ necessaria ministrat. Hoc autē silentio prætermitti non debet, cùm non sine mysterio, & admirandæ virtutis præsagio effectum iudicari possit, quod vterque Infantulus vberibus admotus, nunquam vel lac sumeret, nisi præuia, & notabili corporali necessitati adductus, & ita, vt facilè eos consulto abstinere dignosceres.

Quartum denique Infantiæ annum compleuere, cum parentes diem sui obitus Angelo Dei nuncio prænunciante accepisse, & ad supernam Ierusalem se propediem à Domino vocari, constantissimè Antistiti retulerunt, atque vt eorum

corpora, in Domo S. Annæ extra Vrbis mænia, vbi Eremitarum S. Mariæ de Monte Carmelo constructum est Monasterium, sepeliret, votis pijs supplicantes, ipsos eorum liberos Infantulos eius fidei crediderunt, quibus potuerunt precibus orantes, vt patrem indueret, & infantulos ipsos in filios adoptaret. Antistes suscepta prius pio, & benigno animo infantum cura, conuersus ad vtrumque parentem religiosis verbis: Fiat, inquit, in pace locus vester, & habitatio vestra in Monte Sancto Sion. Habita tunc Præsulis benedictione, incomparabili in Deum deuotione accensi ad lares proprios redierunt. Indeque sæpius repetitis quotidianis orationibus, Sanctissimæ Trinitati, & Beatæ Virgini, totique Cælesti Curiæ preces fundebant, vt mentem piam vsque ad vitæ exitum eis seruarent, & paucis denique interiectis diebus, Maria primùm fœlicem animam exalans, ad Dominum, qui eam elegit, non sine Beatorum lætitia peruenit. Nec longo post interposito temporis spatio, ipse quoque Iessæus consortem secutus est. Illorum corpora omni honore, & deuotione, ac cura Antistitis sepulta sunt in Monasterio Carmelitano, vbi Diuæ Annæ ædes esse consueuerant extra vrbis mænia.

Circa Caput Tertium.

DVBIVM I.

An Auctor Historiæ D. Angeli Ecclesiasticos Surianorum ignorauerit Ritus.

AVctor Vitæ D. Angeli videtur asserere, quod Surianorum Patriarcha Sabbato Sancto Missam celebrauerit, dicens: *sequenti verò die, cui Sabbati nomen inditur; cum solito more Antistes hostiam manu tenens (Signo Crucis calicem*

rem figare voluisset; Iessaus, & Maria (dictu mirabile) Christum ea atate, & forma, qua morti subijci voluit, mortalibus oculis vident. Procedit autem, & hæc difficultas ex dato, sed non concesso, quod Auctor de Christianorum Paschate loquitur.

Papebrochius in annotatis ad cap. 1. litt. D. sic insurgit: *Hic manifestè apparet, quam imperitus Gracorum rituum fuerit Auctor, qui prasumit Patriarcha Graci nomen assumere; nec enim Graci Missam ordinariam faciunt diebus Ieiunij; sed si communicandum est, faciunt Missam, qua dicitur prasentificatorum: in hac non est moris signum Crucis facere supra Calicem. Quod autem Gracorum consuetudines, & constitutiones in Diuinis Officijs, & alijs spiritualibus Suariani penitus obseruent, tradit Iacobus de Vitriaco in Historia Orientali cap. 74.*

At quam pulchrè Maximus Martyr aduersus Pyrrum disputans: *dicere aliquid, nec eius, quod dicitur, varias significationes discernere, nihil aliud est, quam confundere.* Scripsit vtique Iacobus de Vitriaco Surianos Græcorum obseruasse ritus: at Græcorum nomine quosnam intellexit? eos ne tantum, qui verè Græci sunt, & ad Græcam, an eos omnes, qui ad Orientalem spectant Ecclesiam? primum putat Papebrochius; sed eum decipi non immeritò suspicari possumus; nam quoties de Græcis per comparationem ad Latinos, in ijs, quæ ad Religionem attinent, sermo incidit, Græcorum vocabulo illi omnes includi solent, qui ad Orientalem pertinent Ecclesiam. Hinc Angelus Maria Vericelli de Apostolicis Missionibus q. 84. num. 3. sic habet ad rem: *Cum Concilium Lateranense sub Innocentio III. cap. 4... statuit sustineri ritus, & consuetudines Gracorum, nomine Gracorum comprehendere voluit omnes Orientales subditos quatuor maiorum Patriarcharum, quorum antiqua priuilegia confirmauit cap. 5. Quod autem nomine Gracorum omnes orientales intelligat,*

ligat, expresſè docet Azorius part. 1. lib. 10. cap. 30. q. 1. vbi ait: Innocentium III. & alios dixiſſe: Græcos in eo eſſe errore, vt credant in ſolo vino, ſine aqua Calicem conſecradum: quod vtique non de veris Græcis, ſed de alijs Orientalibus eſt verum. Hic enim error Armenis tribuitur à Concilio Trullano can. 32. & ſcribit noſter Galanus in conciliatione Eccleſiæ Armenæ cum Romana cap. 28. num. 32. & cap. 30. num. 25. quoties dicimus ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientiam reuerſos eſſe Græcos, vt in Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. in Lateranenſi ſub Innocentio III. *& in Florentino ſub Eugenio* IV. *nomine Græcorum intelliguntur omnes Orientales ſubditi quatuor Maiorum Patriarcharum, nempè Conſtantinopolitani, Alexandrini, Antiocheni, & Hieroſolymitani, prout notauit Bellonius lib. 1. obſeruationum cap. 351. q. 5. quia omnes illi Patriarchæ minores Orientis, atq; adeò omnes Orientales de Iure ſubiecti sũt illis quatuor Maioribus Patriarchis, vt manifeſtè patet ex diuiſione omnium Sedium Orientis, quam affert Azorius part. 2. lib. 3. cap. 35. q. 5.* At Iacobus de Vitriaco citato capite nihil aliud vult, niſi hæc duo oſtendere Legentibus, Surianorum ſcilicet peſſimos mores, & eorum à Latinis differentes ritus. Idem igitur fuit Iacobo de Vitriaco Surianos Græcorum vſos ritibus, ac Surianos Orientalem ſecutos Eccleſiam fuiſſe. Et proculdubio Iacobus, aut ita citato capite intelligendus eſt, aut ſibi non conſtat; nam cap. 71. Surianorum ritus à Græcorum ritibus diſtinguens, expreſſis verbis ait: *Sunt præterea in prædicta Terra Sancta plures aliæ nationes, varios ritus habentes, in cultu Diuino, & modo Religionis, à ſe inuicem valdè diſſidentes: Suriani videlicet, & Græci: Iacobitæ; Maronitæ; & Neſtoriani; Armeni; & Georgiani.* Nec refert, quod Surianis errores tribuat, qui verorum Græcorum proprij videntur: nam vt ait noſter Philippus à SS. Trinitate lib. 5. cap. 6. ſuorum Itinerum: *li Greci non ſtanno ſolamente nella Grecia, mà ancora nella Soria, & altroue, & hanno anco ſparſo i*

so i loro errori anco nelle più lontane nationi.

Sed demus Iacobum de Vitriaco Græcorum nomine eos intelligere, qui propriè Græci sunt, quando ait: quod Suriani Græcorum instituta sequuntur, aut loquitur de omnibus Surianis, aut de solis Schismaticis: de omnibus non loquitur, nam teste ipso Iacobo, Surianorum natio non omnis Schismatica erat: etenim, & cap. 20. eos agnoscit fideles, & cap. 72. non omnes, sed magna ex parte vocat infideles. Sed demus etiam fideles ex Surianis Græcorum secutos ritus non rectæ repugnantes fidei; vnde probat nobis Papebrochius, quod Græcorum ritus, qui modo describuntur in Euchologio, sint penitus ijdem, qui tunc fuerunt? Certè ait Ioannes Bona Rerum Liturgicarum lib. 1. cap. 18. num. 1. *De Sacris Ecclesiæ ritibus, eorumque veneranda antiquitate, illi proculdubio malè merentur, qui priscos mores præsentis temporis consuetudine metientes, omnem veterem disciplinam ad huius æui praxim expendunt, ea persuasione decepti, quod nihil vnquam ab ijs vsibus diuersum fuerit, quos à parentibus, & præceptoribus didicerunt... quod si aliquando Priscorum Patruum monumenta euoluunt, quæ in illis obscura sunt, obscuriora reddunt, veterim Ecclesiam cum præsenti comparantes: & si fortè in aliquid incidunt, quod ab hodiernis ritibus discrepet, subsistunt, & nutant; vel inconsultò respuentes quidquid à suis præiudicatis opinionibus àbhorret... moribus autem immutatis, sacros quoque ritus mutari necesse fuit... sed & fatendum nihilominus est non paucos abusus sensim incepisse hominum vitio, vel imperitia, quibus nunc aduersum ire, & remedium afferre difficillimum est, cum in mores transierint, quæ vitia fuerunt... hac monitione necesse fuit Lectorem initio huius Capituli præuenire; in eo siquidem, & deinceps quædam tractanda sunt ab vsu hodierno valdè diuersa, quæ præcipiti sententia damnare quidam Scriptores ausi sunt, vel pertinaciter ea olim facta negantes, quæ hodie non fiunt; vel susque, deque*

omnia

omnia vertentes, eadem ad hodiernas consuetudines accomodarent. In eodem pariter sensu loquitur Pallauicinus tom. 1. lib. 1. cap. 25. num. 17. historiæ Concilij. Sed & Leo Allatius lib. 3. cap. 12. & 13. de Ecclesiæ Orientalis, atque Occidentalis perpetua consens. multas in Græcorum ritibus mutationes aduertit. Citat quidem Papebrochius Græcorum Euchologium à Iacobo Goar Parisijs impressum anno 1647. sed ex eodem colligi modernos Græcorum ritus ab Antiquis, saltem accidentaliter diuersos. Græcorumque ritualia à Schismaticis corrupta Verticelli de Apostolicis Missionibus q. 312. sec. 1. num. 5. refert, & sec 3. num. 2. concedit. Certè Michael Febure in opere, cui titulus: *Teatro della Turchia cap. 30. art. 10. sec. 1.* de Surianis inquit: *che il rito loro è stato in molte cose mutato da gl' heretici à segno tale, che in alcune Liturgie non si trouano più le parole della consecratione; ne vi sono state rimesse, che da 20. anni in quà dal defonto Patriarcha Andrea; il quale purgò la Chiesa d' Aleppo da tutti gl' errori, e corresse con l'aiuto de' Padri Missionarij il Rituale, e gl' altri libri Ecclesiastici, che l' ignoranza, e malitia de gl' heretici haueuano corrotti: onde per riconoscimento del suo merito, Papa Alessandro Settimo, à cui era vbedientissimo, l'honorò del Palio.*

Sed vt manifestè pateat ista rituum diuersitas, etiam inter Græcos ipsos, audiatur Augerius Gilsenus Busbequius in legationis Turcicæ epistola prima, pag. 34. vbi de Seruianis loquens, inquit: *Eius gentis ritus funebras vidimus, multum à nostris abhorrentes. Erat cadauer in templo positum, detecta facie: Iuxta erant apposita edulia, panis, & caro, & vini Cantharus: adstabant Coniux, & filia melioribus ornata vestibus. Filiæ galerus erat èx plumis Pauonis. Supremum munus, quo maritum, iam conclamatum vxor donauit, pileolum fuit purpureum cuiusmodi virgines nobiles gestare solent. Inde fletum audiuimus, & naniam, lamentabilesque voces, quibus mortuum*

tuum percutabantur; quid de eo tantum meruißent, quæ res, quod obsequium, quod solatium ei defuisset? cur se solas, & miseras relinqueret? & huius generis alia. Sacerdotes funeri præerant religionis Græcæ. Erant in Cœmeterio erecta in palos, aut longurios pleraque ceruorum, & hinnulorum, & simi. lium ferarum de ligno dedolata effigies; cumque causam quereremus, aiebant maritos, vel patres eo monumento voluisse testari, coniugum, aut filiarum in obeundis domesticis offitÿs celeritatem, & diligentiam. Erant item ad plura sepulchra appensæ comæ, quas mulieres, aut puellæ in funera necessariorum, luctus inditium posuerant.

Sed demus penitus eosdem modo esse verum Græcorum ritus in Euchologio expressos, qui anno 1220. fuerunt, probandum erat Papebrochio, quod Græcorum rituale obseruaretur ad vnguem à Græcis in Syria, & Hierosolymæ existentibus, & consequenter à Surianis; nec enim omnes Armeni Armenorum Euchologium seruant, vt habetur apud Bona de Diuina Psalmodia cap. 78. §. 15. num. 4. nec omnes Græci græcum ritum apud eundem Bona loc. cit. §. 14. num. 1. nec omnes Latini Latinum, seù Romanum apud eundem Bona loc. cit. à §. 2. vsque ad 13. & Rerum Liturgicarum lib. 1. cap. 7. num. 7. Similiter Gregorius Protosyncellus aduersus Marcum Ephesinum apud Leonem Allatium de Synodo Photiana pag. 531. ait: *In ritibus Ecclesiasticis consuetudo est varia. Nam Constantinopolitana Maior Ecclesia in celebrandis Offitÿs alio more; alio vero maiora Monasteria, alio minora ad quietem, accomodata; denique alia Sacerdotum sæcularium Ecclesiæ. Quin Tabenniosite in vno, eodemque Cænobio varios ieiunandi, psallendique modos habebant; alÿsque per biduum ieiunantibus, alÿs per hebdomadam, & his quidem ad vesperam, illis verò de media nocte sacros hymnos canentibus, quod fiebat etiam in Monasterio Acametorum.* Alia de hac rituum diuersitate testimonia, idem Allatius refert in *Hottin-*

gero Connicto cap. 3. viderique possunt Sozomenus *lib.* 7. *cap.* 1. Socrates *lib.* 5. *cap.* 21. Simeon Tessalonicensis de sacris ordinationibus *cap.* 1. 7. 8.

Et quidem inter Surianorum, Europæorumque Græcorum ritus suam reperit diuersitatem Morinus, qui *de sacris Ordinationibus part.* 2. *pag.* 107. referens Melchitarum, seù (vt ipse astruit) Surianorũ Euchologium, post alia Græcorum Euchologia, sic ait: *longè plura ad sacras Ordinationes spectantia complectitur, quam præcedentia, non frustra forsan conijcio Græcorum Antiochenorum, & Syriæ Incolarum ritus continere. Syri enim, & Orientales Christiani ritus Græcos, moresue propè sequuntur. Illi autem Archidiaconos, Archypresbyteros, aliasue dignitates Ecclesiasticas, solemnioribus ceremonijs inaugurare solent.... hoc autem Græcos, Europæos, aut alios Patriarchæ Constantinopolitano subditos vsurpare, nec argumentis, nec coniecturis deprahendo. Si dignitatum inaugurationem excipias, à præcedentibus, nisi quod amplior sæpe est, & copiosior, in ritibus alicuius momenti vix differt.*

Ioannes quoque Boterus Part. prim suarum Relationum, lib. 2. pag. 298. ad rem sic habet: *la Circassia hà i popoli gagliardi... seguono il rito Greco; mà con mille imperfettioni: perche non si battezzano prima del settimo anno: & non entrano in Chiesa prima del quarantesimo.*

Denique pro recta Iacobi de Vitriaco intelligentia, notandum est, apud quosnam Auctores non omnem, aut in verbis, aut in procedendi modo discrepantiam, ritus diuersitatem inducere, nec peculiarem constituere ritum. Hinc Ioannes Bona *Rerum Liturgicarum lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 5. sic ad rem habet: *Quod verò dixit Isidorus Missæ celebrationem vno, eodemque modo peragi ab Vniuerso Orbe; hoc de re, & substantia, non de verborum tenore, ac ceremonijs intelligendum est. Quod item asserit omnes Ecclesias Occidentales, Mediolanensi excepta, Missa Romana vti, de illis etiam dictum volo, quæ*

Missale

Missale proprium habent, siuè Sæculares sint, siuè Regulares. Omnes enim cum Romanis conueniunt in forma, & dispositione Missæ; idem prorsus apud omnes est Canon; idem ordo, & eadem series Confessionis, Introitus Collectarum, Epistolæ, Gradualis, versus, & Tractus, Euangelij, Symboli, Offertorij, Præfationis, Canonis, Communionis, gratiarum Actionis, & finis. Quod autem aliqui omittant psalmum ante Confessionem; quod formulam confessionis breuiorem habeant; quod panem, & vinum vnica oblatione offerant; quod item oblatio alijs verbis concepta sit; quod diuersas à Romanis Epistolas, & Euangelia legant; quod non easdem Sanctorum festiuitates celebrent; quod in modo procedendi, thus adolendi, & alijs huiusmodi minutioribus ab vsu Romano discrepent; hæc proculdubio nec ritus diuersitatem inducunt, nec ritum peculiarem instituunt. Esto igitur Iacobus de Vitriaco scribat, quod Suriani Græcorum instituta sequebantur, ex hoc nullatenus infertur nullam, nec in minutioribus, inter Surianos, Græcosue, fuisse discrepantiam. Quid quod Papebrochius ipse, sibi, vt passim solet, contrarius, ad diem 8. Aprilis de S. Alberto num. 124. scribat: *neque enim necesse est credere nullam omnino fuisse differentiam inter ritus, & vestes Patriarchatus Constantinopolitani, & Hierosolymitani; quando ea tam notabilis est inter pallium à Goare expressum, & hic in B. Iosaphato propositum, quantam ipsis oculis videre est, cum tamen Constantinopolitano Patriarchę Russia subiecta maneat.* Addenda denique quæ ad rem nostram habet Michael Febure in Theatro Turchiæ art. 10. sect. 2. cap. 30. vbi inquit: *Il Patriarcha, e Vescoui Soriani non portano Mitre, mà solamente vna specie di Cappuccio ricamato, che si pongono in testa, come vn Ammitto. La loro Stola è simile ad vn Scapulare di Religioso, & il Manipolo consiste in certe maniche di panno di seta, che vestono sopra quelle del Camice Sacerdotale. Cantano l'Offitio in lingua Siriaca, creduta da essi per quella, nella quale cantana nostro Signore, &*

Celebrano frà l'anno vna quantità di Feste, più di qualsivoglia natione Christiana ... Consacrano in pane fermentato, conforme i Greci, e contro l'vso de gl' Armeni, e Maroniti: mà hanno questo di particolare, che mettono sale, & oglio nella loro hostia, la quale è così grande, e grossa, che ne ponno facilmente communicare più di cento persone. Suriani igitur suum habent Patriarcham, nec Græcis conformantur omnino in ritibus suis. Cur non & hæc eadem vera esse potuerint, eo tempore, de quo noster loquitur Enoch? videat ergo Papebrochius ne sit vnus ex illis, de quibus inquit Diodorus Siculus, quod: *non recto Iudicio vsi, nimis exquisitè antiquas res, ex his, quæ nunc geruntur, perpendunt.*

DVBIVM II.

An improbabile sit, quod Sabbato Sancto Surianorum Patriarcha Missam celebrauerit.

PRocedit hæc quæstio ex dato, sed non concesso, quod noster Auctor de Christianorum Paschate loquatur. Affirmat igitur Papeprochius, nam Typicon Græcorum, quo totius Officij Diuini Ordo per anni circulum definitur, ad diem Parasceuen ait: *Sciendum est, quod intellexerimus in Palestina die Magni Parasceues non fieri Liturgiam, neque imperfectam.* Addit Papebrochius idem intelligendum esse de Sabbato Sancto vsque ad noctem Paschalem, quia dies ille est occupatissimus Catechumenorum baptismis, & alijs ceremonijs.

At in primis Petrus à Valle tom. 1. suorum itinerum Epist. 13. scripta die 15. Iunij anno 1616. num. 12. loquens de Ecclesia Sancti Sepulchri inquit: *Il Sabbato alli 9. d' Aprile, ch' era à noi Sabbato in Albis, & alli Greci, & altre Nationi, era Sabbato Santo, entrammo assieme con gl' altri nella Chiesa. ... il po-*

il popolo, finche si comincio la Messa, si tratteneua per la Chiesa ... la Messa secondo l'uso loro si celebra molto tardi, verso le 22. hore. Idem mos est Abassinis, vt refert Franciscus Aluarez in opere, cui titulus: *Viaggio dell' Etiopia cap.* 10. Sed & Ioannes Bona *rerum Liturgicarum lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 2. expressè ait: *Porrò Missa Basilij certis dumtaxat diebus vtuntur Græci, in Dominicis scilicet Sancta, & Magna Quadragesima, dempta Dominica Palmarum, in Sancta, & Magna feria quinta, in Magno Sabbato, in Vigilia Natiuitatis Christi, & Epiphaniæ, & in die festo ipsius Basilij*. En quod in Magno Sabbato Græci Missam celebrant; non ergo dies ille adeò est occupatus baptismis, & alijs ceremonijs, vt Missam celebrare nequeant.

Immò ex verbis illis colligitur, quod Missa illa sit perfecta, cum sit eadem, quæ in festo Basilij Magni celebratur; nec refert, quod Balsamon in *Can.* 52. *Concilij Trullani* rationem reddens, cur Græci in diebus Ieiunij Missam ordinariam non faciant, dicat hoc esse, *quia Sacrificium est lætitiæ solemnis inditium, ideò non conueniens cum mæstitia Ieiuniorum*: vnde cum Sabbato Sancto Græci ieiunent, consequens est, vt Missam perfectam non faciant. Nam imprimis, quod etiam in quibusdam Ieiunij diebus perfecta, & non præsanctificatorum Missa à Græcis celebretur; habet Allatius de *Missa præsanctificatorum num.* 20. & ipse Theodorus Balsamon in notis ad prædictum Canonem. Quod verò etiam in Sabbato Sancto, patet ex verbis Ioannis Bona. Neque mirum, nam Laodicena Synodus, quæ, vt ostendit Baronius ad annum 314. Nicenam antecessit, can. 49. statuit, *non oportere Quadragesimæ panem offere, nisi Sabbato, & Dominicis tantum*. Et Concilij Trullani can. 52. ait: *in omnibus Sanctæ Quadragesimæ Ieiunij diebus, præterquã Sabbato, & Dominica & Sancto Annunciationis die, fiat sacrum præsanctificatorum ministerium*. Nullum ergo iubetur Sabbatum à Missæ perfectæ

fectæ celebratione excludi. Hinc idem Bona *lib. 1. rerum Liturgicarum cap. 58. num. 2.* hæc habet: *Apud Græcos dies Aliturgici erant, & hodie item sunt, omnes dies quadragesimę, quibus Missa presanctificatorum vtuntur, exceptis Sabbato, Dominica, & die Annunciationis.* Et lib. 1. cap. 15. num. 5. hæc ad intentum: *Est denique Missa presanctificatorum, quę tamen ęquiuocè dicitur Missa, cum careat consecratione corporis, & sanguinis Christi ... Basilio, & Chrysostomo antiquior, eiusque origo ad Synodum saltem Laodicenam referri debet ... sancitum enim in ea fuit can.* 49. non oportere in Quadragesima panem offerre, nisi Sabbato, & Dominicis tantum. *Quibus diebus fiat, ostendit canon. 52. Concilij Trullani: inquit enim:* in omnibus Sanctæ Quadragesimæ Ieiunij diebus, præterquam Sabbato, & Dominica, & Sancto Annunciationis die, fiat sacrum præsanctificatorum ministerium: *hunc morem seruat adhuc Orientalis Ecclesia.*

Ex quibus omnibus collige primo, quod offitio præsanctificatorum in sola Quadragesima, non in alijs diebus Ieiunij vtuntur, vt etiam ex Balsamone docet Bona lib. 1. cap. 15. num. 5. rerum Liturgicarum. Collige secundò, nunquam vetitum fuisse Græcis Missam perfectam Sabbato Sancto celebrare. Collige tertiò, Institutum Sabbato Sancto celebrandi Missam perfectam, scilicèt Basilij.

Quod quoque manifestè apparet in libro inscripto: *Vita del Protho Patriarca S. Basilio Magno descritta dal Padre Maestro Apollinare Agresta part. 3. cap. 5.* vbi hæc de D. Basilio: *Accompagnato dunque dalla gratia dello Spirito Santo consolatore, compose, & ordinò vn nouo, e più bel modo di dire Messa: differente, inquanto alle cerimonie, & orationi, dall' vso di quel tempo: che sino al presente si celebra da suoi Monachi ne' tempi più Solenni quattro volte l' anno, come nelle Vigilie del santo Natale, e dell' Epifania, nel Giouedì santo, e nel Sabbato santo, e chiamasi la Messa, ò Liturgia di S. Basilio.* Inspiciatur

quo-

quoque Nostri Guidonis Summa de Hæresibus cap. 14. & quo ad illud Agrestæ, quod D.Basilius fuerit Monastici Instituti Auctor, videatur noster Michel Munoz in Propugnaculo Eliæ lib. 2. titul. 2. cap. 4. art. 2. Gratis igitur, tanquam Græcorum Rituum imperitus noster Auctor à Papebrochio arguitur.

DVBIVM III.

An dato, sed non concesso, quod Missa Surianorum in Sabbato Magno esset Præsanctificatorum, consequens sit, quod in illa non fuerit factum signum Crucis cum Eucharistia supra Calicem.

ET hæc difficultas procedit ex dato, sed non concesso, quod noster Auctor de Christianorum Paschate loquatur. Affirmat igitur Papebrochius, & ratio eius, quia in Græcorum Euchologio, siuè Venetijs græcè excusso anno 1602. siuè græco-latino Parisijs ædito anno 1647. notisque eruditissimis illustrato à Iacobo Goar, continetur Missa præsanctificatorum. Respondeo, quod sicut Missa Basilij multiplex est, immò Missæ perfectæ magna est varietas, vt refert Ioannes Bona *lib. 1. cap. 9. num. 2. & num. 9* cum apud Orientis Christianas gentes supra quinquaginta, Liturgiæ partim communes, partim propriæ singularum gentium reperiantur; & hæc varietas, ac multiplicitas in Græcorum Euchologio, siuè Venetijs, siuè Parisijs excusso non contineatur: scribatque Nicephorus Callisti lib. 12. cap. 34. *valdè mihi laboriosum, & difficile esset variantes per Vrbes, & Regiones, omnes Ecclesiarum consuetudines enumerare, & præscribere; id enim omnino fieri nequit*; & ratio est, quam adducit Bona *lib. 1. cap. 9. num. 2.* quod *Latini, & Græci Antistites in suis Liturgijs, quas ab Apostolis acceperunt, multa*

vel

vel addiderunt, vel immutauerunt. .. nemo se continuit intra terminos à maioribus constitutos; sed quisque addidit, quæ sibi aptiora visa sunt ad excitandum in se, vel alijs pietatem: ita in præsanctificatorũ Liturgijs euenisse putandum est: hinc Allatius de *præsanctificatorum Missa num.* 40. inquit: *An verò eodem ritu omnes eam celebrent, quo olim celebrabatur? si rem ipsam consideres, & sacrificij substantiam, omnibus ritu græco celebrantibus, idem vnum conuenisse certum est. Si preces, & quæ ad ornamentum sacrificij spectant, quemadmodum, & in Missa integra factum est, non est à verisimile alienum, non eadem ætate tantum, sed alijs, atque alijs temporibus, multa pro rei opportunitate immutata fuisse*. Certè in Bibliotheca Patrum *tom.* 27. *fol.* 651. asserit Genebrardus duo reperisse exemplaria, vnum nonnihil differens ab alio. Sicut igitur, si quis argueret: Liturgia Basilij, vt in Græcorum Fuchologio, siuè Venetijs; siuè Parisijs ædito habetur; non incipit: *æterne Deus, qui in principio homines creasti*: ergo Missa, quæ sic incipit, non est Basilij. Optimè negaretur consequentia, vt constat ex ijs, quæ habet Bona *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 2. *Rerum Liturgicarum*; ita in casu nostro.

DVBIVM IV.

De Visione Christi in Hostia.

HAnc visionem, quæ cap. 2. narratur, negat Papebrochius; tum quia Goar agens de eleuatione hostiæ ante fractionem num. 158. ait: *longe post orationem Dominicam, breui tamen ante Communionem spatio, iuxta Iacobi, Chrysostomi, & Basilij Liturgias Dominicum corpus eleuat Græcus Sacerdos, non ita tamen, vt à populo conspiciatur*. Tum quia: *totum sacrum additum, in quo est Altare, à conspectu non solum populi, sed etiam Cleri in Choro sedentis seclusum est, septo*

ligneo

ligneo vltra humanam staturam alto, qua autem in medio eius est, porta sacra oppansis velis, vel adductis valuis, clausa manet toto tempore Missa.

Verum quantum ad illud, quod hostia eleuata non videatur à populo, non ita semper factum, probant ea, quæ à Io. Bona *Rerum Liturgicarum lib. 2. cap. 13. n. 2.* traduntur, ibi enim sic: *Latini peracta consecratione, & Graci paulo ante communionem, vt ex Liturgijs Iacobi, Basilij, Chrysostomi manifestum est, corpus Dominicum, & calicem eleuant, vt à populo adoretur; idque ab antiquo tempore fieri solitum indicant Scriptores Graci.* Dionysius cap. 3. Ecclesiasticæ Hierarchiæ inquit: *Diuinissima mysteria consecrat, & in aspectum ducit, qua celebrauit:* & infra: *obiecta munera in apertum producit.* Basilius lib. de Spiritu S. cap. 27. *innocationis verba, cum ostenditur panis Eucharistia, & poculum benedictionis, quis Sanctorum scripto nobis reliquit?* Anastasius Synaita serm. de Sacra Synaxi: *Sacerdos post sanctificatum Sacrificium incruentum, attollit panem vita, & omnibus illum ostendit.*

Quod insuper ait, quod sacri aditus porta oppansis velis vel adductis valuis clausa manet toto tempore missæ; non semper, aut vbique fieri constat ex Gabriele Bremond, qui *lib. 1. cap. 26.* suorum Itinerum refert, quod cum solemni Græcorum Missæ in Synai monte anno 1644. præsens fuisset, & omnia vidit, quæ ad Altare fiebant. Igitur cap. 25. de Græcorum Monasterio in Monte Synai loquens ait: *Questo Monastero è vna gran fabrica quadra... nel mezzo vi è la Chiesa... lunga 50. piedi, larga 30. la naue è composta di sei archi. Ella hà anche vn'alta, e grande cancellata... che tiene tutta la larghezza della Chiesa, facendo la separatione del Coro dalla naue... il suo mezzo si serra con due mezze porte alla greca, sopra delle quali si può vedere il prete all'Altare.* Postea cap. 26. hæc habet. *Quando l'Arciuescouo dice Messa solenne,*

 egli

egli si pone à sedere sopra vna Catedra di velluto rosso in mezzo alla naue della Chiesa, doue si fanno quasi tutte le loro cerimonie... & in vna delle volte, ch' io v' intrauenni, egli si vestì d'vna sottana di raso rosso... Si cominciò finalmente la Messa, stando sempre l' Arciuescouo à sedere nella sua Catedra, mentre i Preti cantauano l Introito, & il Chirie Eleison; doppò che i parati hauendo presa la benedittione inginocchioni, furono in processione à prendere il libro dell' Euangelij, con molte incensate. All'hora l' Arciuescouo passò nel Coro, baciò l' Altare, e lo girò attorno, sempre incensandolo da ogni banda. Et hauendo detto alcune Orationi, fù à sedere dietro al medesimo, con i dieci assistenti: e in tanto vn Monacho diceua l' Epistola nel mezzo della Naue, la quale finita, si posero dieci pulpiti, per lungo, con Candelliere à canto ad ogniuno; il che occupaua tutto il lungo del Chiesa. All'hora i dieci Officianti vscirono dal Choro (restandoui l' Arciuescouo solo auanti l' Altare) portauano quelli ogn' vno vn libro di Euangelij, che posero sopra quei pulpiti. Il che fatto, l' Arciuescouo disse vn versetto dell' Euangelio, & i dieci lo replicarono vno doppo l'altro, & in questo modo si continuò sino alla fine, di maniera, che si dissero, in vece d' vno, vndici Euangelij, il che durò due hore. Dette poi alcune altre orationi, e fatti varij incensamenti, l' Arciuescouo andò ad vn picciolo Altare dalla banda delli Euangelij, oue era il Calice, sotto vn velo ricamato d' oro, & il pan fermentato, che si doueua conseruare, dal mezzo del quale à quest' effetto vi si era leuato vn pezzo quadro, & vn' altro pizzo, egli ne cauò, con vn cortello da due tagli quantità di particole, secondo il numero de quelli, che doueuano communicarsi, suggerito da gl' Assistenti, e da gl' altri Religiosi, che gli mandauano scritti li nomi d'alcuni. Poneua poi l' Arciuescouo queste particole sopra vna patena, che si copriua da due semicircoli incrocciati d' argento dorati, e da vn' altro coperchio serrato. Diede poi la patena, e'l Calice à due Preti, che gli portarono sopra le loro teste in processione attorno la Chiesa

sa, con Incensieri, e lumi, e gli riportarono all'Arciuescouo, che li venne à riceuere, vn doppo l'altro, alla porta del Choro portali sopra l'Altare. Disse poi di nuouo altre orationi, e dalla porta del Choro benedisse il popolo col suo candelliero dalli tre cerei accesi. Doppo finì di consecrare il Prete, ch'habbiamo detto, condottogli da due altri per la naue della Chiesa, facendolo passare tre volte attorno l'Altare, che baciaua ogni volta nelli quattro cantoni, e pigliando inginocchi la benedittione dell'Arciuescouo, che staua à sedere. Doppo che il Prete si pose inginocchi auanti l'Altare, con la testa sopra il libro degl'Euangelij, e sotto la Stola dell'Arciuescouo, che hauendo detto alcune orationi, lo vestì intieramente de gl'habbiti Sacerdotali, e l'abbracciò, il che fecero anco gl'altri dieci. Poi l'Arciuescouo, che poco prima haueua consecrato auanti l'Altare grande, gli pose nella mano dritta il Sacramento, che egli sosteneua, con la sinistra, e lo tenne così ritirato al lato destro, mentre l'Arciuescouo consecrò il Diacono, con le medesime ceremonie, eccetto, che fù abbracciato solo da i Diaconi. Doppo di che ripigliò il Sacramento di mano del nouo Prete, e rottolo in quattro pezzi, ne pose vno nel Calice, nel quale vi misse dell'acqua; doppo hauendo rotto li altri trè in piccioli pezzi, ne pose vno nella sua mano destra, sostenuta con la sinistra, e lo mangiò, e beuette trè volte nel Calice, e altretanto ne fecero i dieci Preti, & il nouo già ordinato, che lo mangiauano vn poco da parte, e veniuano ogn'vno à beuere trè volte nel Calice; nel quale pose poi le particole rimaste, e le distribuì con vn Cucchiaro dorato alla porta del Choro al resto de Religiosi, & altri, che si communicarono, e dette alcune orationi benedisse il popolo dalla parte del Choro.

Qua ergo ratione Gabriel Bremondo omnia vidit, & quæ extra, & quæ intra Chorum fiebant, ita & D. Angeli parentes. Adde, quod in M. S. Mechliniensi hæc habentur: *quibus auditis Pontifex, gratias egit Deo, & eos Catechumenos fecit, eosque remotius ab Altari cæteris fidelibus iussit semoueri: eo tamen*

men pacto, vt licèt longè stantes, videre mysteriorum administrationem valerent.

Idem Auctor lib. 1. cap. 19. hæc ad intentum: *Il Patriarcha Greco d'Alessandria, che risiede nel Cairo ... quando celebra, doppo letta l'Epistola, & Euangelio in greco, lo fà leggere in Arabo, come anco le principali orationi. Doppo hauer consecrato, pria di communicarsi, getta vna particola del pan consecrato nel Calice, e dimanda publicamente perdono de suoi falli, e si communica tre volte, nel corpo, e calice di nostro Signore, in nome della Santissima Trinità. Il popolo si communica fuori del Santuario per mano del Prete... il che fanno in piedi, con molta irrinerenza. Si spiegano, perche dimorano lungo tempo, doppo hauer portato le specie in processione all'Altare, in fare la conseceratione, e dicono, che ciò rappresenta il giro, che fù fatto fare à Giesù Christo nel condurlo al Caluario... Che le particole non consecrate, che si gettano nel Calice con le consecrate significhi, &c. Che nel far della Croce, essi mettino prima la mano al lato dritto, che al sinistro perche la frase greca porta, il Santo auanti di dire, Spirito, al contrario della latina. Il Giouedì Santo il Patriarcha finita la Messa, si ritira in luogo della naue alto tre piedi.* Hæc addere placuit, vt magis constaret quanta Græcos inter sit ceremoniarum diuersitas ne amplius nobis Græcorum Euchologium Papebrochius obijciat.

DVBIVM V.

An probabile sit Populum in Baptismo Parentum D. Angeli respondisse: Amen.

IN textu sic habetur: *quos vbi mente pura... comperit... baptizat in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vniuerso populo respondente, Amen.* Neque hoc, inquit Papebrochius in annotatis ad cap. 1. litt. h. concordat cum græ-

græco ritu, quia in græca baptizandi formula, quæ est apud Goar, ad formalia Sacramentorum baptismalium verba nihil additur à quoquam, sed omnia Sacerdoti pronuncianda præscribuntur, vsque ad ipsum, *Amen*.

Respondeo tamen, quod oppositum scribit Seuerus Alexandrinus in libro de ritibus baptismi; nam cap. refert, qualiter populus respondeat, *Amen*, & quidem collatò iam baptismo. Immo Goar ipse à Papebrochio citatus pag. 365. num. 22. in fine: *aliquando*, inquit, *populus ex affectu respondet, Amen, in baptismo*.

Et quidem, quod cum vniformitate ritus stet aliqua in ceremonijs diuersitas ostensum est supra dub. 1. & vlterius quo ad baptismum probari potest; nam sicut de Surianis, ita de Georgianis scribit Iacobus de Vitriaco cap. 81. quod *vtuntur græco idiomate in Diuinis Scripturis, & Græcorum consuetudines in Sacramentis obseruant*. Quod si hoc verum erat tempore Iacobi de Vitriaco, multo magis verum deberet esse nunc; quandoquidem Bremond lib. 3. cap. 10. de illis dicat: *I Georgiani viuono al presente sottoposti all'obedienza del Patriarcha Greco... nell'esterno, cioè nelle cerimonie, e nell'ostiare rassembrono alli Greci*. Iberis autem, & Cholchis inquit Verricelli de Apostolicis Missionibus q. 111. *ijdem mores, errores, hæreses*. Sed tamen in quantis in baptizando recedant à græco ritu, quem nobis Goar descripsit, videatur idem Verricelli de *Apostol. Miss. tum q. 136. num. 121. & 122. tum q. 111. num. 29.* neque enim exempla exscribo, cum ad Papebrochij obiectionem soluendam non sit necesse.



DV-

De Conuentu in Porta Aurea ante recuperatam Anno Domini 1099. Ierosolymam.

NOster Ioannes Hildesheimensis discipulus S. Petri Thomæ cap. 13. sui Defensorij, ab ipso elaborati anno Domini 1370. sic ait: *Traditum tenemus à Patribus, quod primus Conuentus Ordinis, post Montis Carmeli Collegium, fuit in loco, qui Porta Aurea dicitur, in quo Ioachim, & Anna conuenerunt, & in illam coniunctionem consenserunt, ex qua gloriosa Virgo concepta fuit: quasi Beata Virgo diceret: ibi merito debent morari fratres mei, vbi primum tractatum est de conceptione mea.* Quia vero in cap. 3. Vitæ D. Angeli dicitur: *Iessæus igitur, Vxore valere iussa, domum abijt Eremiticam Cœnobitarum Dei Genitricis de Monte Carmelo qua Diua Annæ Ædes, vbi Deifera Virgo in lucem edita est, seruato adhuc nomine, censentur.*

Papebrochius in Annotatis ad cap. 1. Vitæ D. Angeli litter. I. ex relatis veluti motiuum accipiens, contra præfatam traditionem, & Auctores Ordinis, qui de illa agunt sic insurgit: *Sed contra hunc torrentem Auctorum, satis est, & plusquam satis vnus testis oculatus Iacobus de Vitriaco, qui . . . cap. 58. . . . subiungit*: eiusdem autem Ordinis (scilicet S. Benedicti) est Abbatia S. Annæ Genitricis Matris Domini, iuxta Portam, quæ dicitur Iosaphat, iuxta Probaticam Piscinam sita, in quo loco Beata Virgo nata fuisse perhibetur, in qua est Abatissa cum Monialibus nigris. *Ecce quam nullo negotio dissipatur ille torrens Auctorum Carmelitarum, inuicem se se, vt oues sequentium, toties nobis obiectus, toties obijciendus, sed post huiusmodi exempla, nemini amplius formidandus.*

Pro responsione, supponendum primo, quod allata Iaco-

bi

bi auctoritas nostros non latuit, vnde noster Daniel à V. M. in Speculo Carmelitano part. 2. num. 690. hæc habet: *fuit etiam Abbatia Montalium Ordinis S. Benedicti ad honorem S. Annæ Genitricis Matris Domini, iuxta locum, in quo Beata Virgo nata perhibetur, de qua Iacobus de Vitriaco in Historia Hierosolymitana cap.* 58. Cœterum quo ad Conceptionis, *& Natiuitatis Beatæ Virginis Mariæ locum multorum sententia est esse Nazareth*. Hæc Daniel; & quidem Iacobus ipse de Vitriaco cap. 59. de Nazareth loquens, ait: *in hac autem Ciuitate à quibusdam Beata Virgo nata fuisse perhibetur*.

Supponendum secundò, quod Conuentus noster, & Conuentus Monialium, de quo etiam *Tyrius lib.* 11. *cap.* 1. non erant in vno, eodemque loco. Patet primò, quia Porta Aurea, à nostris nominata, & Porta Iosaphat, de qua Iacobus de Vitriaco, non erant vna sed duæ Portæ. Quam quidem distinctionem innuunt Petrus de Valle *Epist.* 13. *num* 5. Gabriel Bremond *lib.* 2. *suorum Itinerum cap.* 25. Carolus Giancolinus in *Hendegraphia Paradisi Terrestris disc.* 1. *cap.* 90. Patet secundò, quia, vt dicemus in sequenti dubio, Conuentus Monialium erat intra, noster Conuentus erat extra mænia Vrbis. His positis.

Audiendus est Thomas Auriema Iesuita in opere, cui titulus: *Historia Panegirica di S. Anna lib* 1. *cap.* 9. ibi enim sic ad rem: *S'auuicinaua la festa de gl' Enceny, che solennemente si celebraua in Gierusalemme alli* 25. *di Nouembre, quando Gioachino, & Anna, come osseruantissimi delle Leggi, si partirono di Nazzaret, e là si conferirono, portando quello, che soleasi offerire ne' Sacrifitij: presedeua in quel tempo Isaccar Sacerdote, conforme le sue vicende, supplendo il carico del Sommo Sacerdote, e nel vedere trà gl'altri Gioachino offerire il suo sacrifitio, e molto ben conosciutolo, lo cacciò villanamente dal Tempio, alla presenza di gran popolo, concorso alla solennità, dicendoli, che come maledetto per la sua sterilità, non erano li*

suoi

suoi doni, benche grandi, accetti al Signore, andasse pure à togliersi la maledittione, e poi tornasse ad offerire i doni.

Che Anna ancora, si fosse trouata all' hora nel Tempio, lo riferiscono grauissimi Autori, trà quali S. Andrea Cretense... e ne fà testimonianza Castri, & altri molti da citarsi... Sentì Gioachino grandemente questo publico affronto, ne per questo ne fè risentimento, come ponderò S. Vincenzo Ferrerio. E tale fù la sua mortificatione, che se ne vscì solo dal Tempio, senza dar parte ad Anna, ne ad altri, della sua ritirata, e se n'andò nella solitudine, in vn luogo ermo, doue haueua alcuni suoi armenti, per isfogar iui il suo dolore, & insieme seguir il suo digiuno di quaranta giorni, come testificano S. Eustachio, e S. Germano.

Se n'vscì parimente Anna dal Tempio, e non hauendo potuto hauer nuoua di Gioachino, si ritirò alla sua Casa, che haueua in Gierusalemme, ò in qualche luogo non molto discosto da detta Città, & iui si diede con maggior feruore ad orare, & supplicare il Signore à consolarla in tante afflittioni. Hor mentre il buon Gioachino se ne staua orando, e digiunando nel Monte, vidde vn' insolita luce, e in mezzo d'essa vn' Angelo con gran Maestà... che li disse... che Anna sarebbe diuenuta feconda d'vna Figlia, alla quale ponesse nome Maria; la dedicasse al Tempio, conforme il voto fatto, e soggiunse: se di ciò ne volete vn segno, ecconelo: nel ritorno, che farete à Casa, vi verrà all' incontro Anna nella Porta Aurea. Così disse, e disparue... Hor Anna doppo sì felice nouella, s'alza dall'orazione, e s' incamina verso la Porta Aurea, doue giunta, vede il Santo Vecchio tutto allegro, dal quale ode quanto hauea veduto, & vdito, & allegramente gli riferì tutto il seguito, & ambedue allegri ringratiarono il Signore.

Così l' Epistola di S. Girolamo: & cum ad locum perueniſſent Angelico vaticinio deſignatum, ibi ſibi inuicem obuiauerunt: tunc de mutua viſione læti, & promiſſæ prolis certitudine

ꞇudine ſecuri, debitas Domino humilium exaltatori gratias egerunt. *E Christiano Adricomio descriuendo li luoghi Santi di Gierusalemme, e venendo à dire della Porta Aurea, soggiunge:* in hac Anna, & Ioachim de habenda prole læti ſibi mutuo occurriſſe ſcribuntur. *In questa Porta poi in progresso di tempo li Frati Carmelitani eressero vn Conuento... intitolato:* Domus Annæ.

Ex quibus omnibus clarus manet ſenſus noſtræ Traditionis, ait enim: *traditum tenemus à Patribus, quod primus* (eo ſenſu, quem explicat Lezana) *Conuentus Ordinis post Carmeli Collegium, fuit in loco, qui Porta Aurea dicitur, in quo Ioachim, & Anna conuenerunt* (hoc eſt ſibi inuicem obuiauerunt) *& in illa coniunctione* (edocti ab Angelo de futura prole) *consenserunt* (affectu, & verbis, conſenſuri opere) *in qua gloriosa Virgo concepta fuit, & nata: quasi Beata Virgo diceret: ibi meritò debent morari fratres mei, vbi primum tractatum est de Conceptione mea.* Quod huic traditioni nihil obſtet Iacobi de Vitriaco auctoritas, cæcus ſit, qui non videt; neque enim huiuſmodi traditio affirmat, quod Conuentus erectus fuerit in Domo, in quo concepta, vel nata fuit Beata Virgo; ſed in loco, in quo Ioachim, & Anna ſibi inuicem obuiauerunt.

Adde, quod etiamſi traditio eſſet, quod Fratres habuiſſent Conuentum in Domo illa Annæ, in qua poſtea Iacobus de Vitriaco vidit nigras Moniales; adhuc nihil contra traditionem; nam traditio loquitur de primo Chriſti ſæculo; ſiquidem Conuentus ille ædificatus fuit anno poſt Chriſtum quadrageſimo; Iacobus autem de Vitriaco ſcribebat anno Domini 1220. conſtat autem, vt ait Gulielmus de Sanuico in ſua Chronologia cap. 1. *quod anno Domini 639. Prophanus quidam Rex Arabiæ, nomine Humar, discipulus perfidi Mahometi Dominium Terræ Sanctæ à Christianis abstulit, & eam potestati Saracenorum subiugauit. Quamobrem Religiosi Carme-*

lita propter graues molestias, quas patiebantur à Saracenis, compulsi fuerunt tunc mansiones, quas in Vrbibus habebant, dimittere, & solum in Monte Carmeli, & in quibusdam alijs Terræ Sanctæ solitudinibus residere.

An autem Conuentus ille constructus fuerit in Domo, in qua Beata Virgo concepta fuit, traditio, vt patet, non dicit. De hoc nihil habent Vineta, Palyonodorus, Petrus Lucius, Baldouinus Laertius apud Lezana *ad an.* 40. *num.* 4. tantumodo referunt nostros in Porta Aurea Conuentum habuisse. Visi sunt affirmare Grossus, & Coria, quorum assertum, vt pia credulitate dictum Lez. *loc. cit. num.* 7. nequaquam admittit: vnde patet contra veritatem scripsisse Papebrochium, quod scilicet Carmelitici Auctores *tanquam oues se se inuicem sequuntur.*

Cœterũ, quod extra muros propè Portam Auream adhuc extat Ecclesia, in qua Sepulchra Sanctorum Ioachim, & Annæ, & Beatæ Virginis ostenduntur, colligi potest ex ijs, quæ scribunt Gabriel Bremond *lib.* 2. *cap.* 28 & Petrus de Valle *tom.* 1. *Epistol.* 13. *num.* 5. illic autem Carmelitarum Conuentum, de quo agimus, fuisse, hæc forsan ad credendum mouebunt: primò, quia Ecclesiæ illi annexæ erant ædes: vnde Anonymus inter Allatij opuscula de Locis Hierosolymitanis agens num. 4. ait: *Extra Vrbem, versus Orientem Sancti Sepulchri, est Gethsemane, in quo est Sepulchrum Deiparæ, habens ædes annexas.* Secundò, quod illius ædes anno 1211. inhabitarent Suriani Sacerdotes, in condigna veneratione obseruantes Sepulchrum illud, vt testatur in suo Itinerario Willebrandus ab Oldemborg Canonicus Hildelshemensis, ait enim: *Scire autem debetis, quia Vallis Iosaphat incipit inter muros Ierusalem .... in cuius capite vidimus Ecclesiam optimè ornatam, & in medio ... monumentum, vndique albo, & nimirum virgineo marmore contectum, in quod aliquando Apostoli immaculatum corpus B. V. deposuerunt ... in*

quo

quo postmodũ manna cæleste, loco corporis inuenerunt; quod nunc temporis Suriani Sacerdotes, Saracenis Tributarij, in condigna veneratione obseruant. Tertiò, quod Arnoldus Bostius lib. 5. Historiarum scribat cap. 23. *Præmemorata S. Helena fundauit insuper, seu renouauit Monasteria SS. Virorum Monachorum Carmelitarum Hierosolymis in Porta Aurea ad honorem Sanctæ Annæ, vbi & corpora Sanctorum Ioachim, & Annæ inuenerat, & exaltarat septimo Kalendas Augusti.*

Videat interim Papebrochius num in ipsum quadret, quod de Timæo scripsit Diodorus Siculus lib. 13. cap. 90. quod *Timæus cum magna acerbitate scriptores ætatem suam antecedentes reprehendat, nullumque Historicis venia locum relinquat; ipse tamen, vbi diligentissimus veritatis studium profitetur, nugari, & allucinari deprehendatur.*

Cum verò Societatis Scriptores D. Xauerio attribuant linguarum donum; de quo cap. 15. Opusculi (cui titulus: *Compendio della Vita del S. P. Francesco Xauerio ... Composto, e dato in luce per Ordine del Reuerendissimo Padre Mutio Vitelleschi Generale della Compagnia di Giesù ... in Venetia l'anno 1622.*) scribitur. *Erano ne' paesi, che il Santo andaua trascorrendo, più di cento linguaggi diuersi: mà trenta del tutto, & affatto differenti, e pure ogni volta, che egli in qualche noua Prouincia penetraua, non solo Intendeua i paesani, mentre parlauano, mà subito nell' istessa lingua speditamente, & elegantemente ragionaua, e predicaua con tanta forza, e proprietà, come qualsiuoglia altro del Paese.*

Tamen Xauerius ipse lib. 3. epist. 5. tale donum se habuisse, negare videtur: his plane verbis: *si nos linguam calleremus Iaponicam, non dubito quin plurimi fierent Christiani.* quid ergo? an statim? *sed contra hunc torrentem Auctorum satis, & plusquam satis vnus Xauerius?* an statim? *ecce quam facili negotio dissipetur ille torrens Auctorum Iesuitarum, &c.* an statim instandum, vt è lectione quinta Xaueriani offitij

ex pungantur verba illa? *eò appulsus, illicò variarum gentium difficillimis, & varÿs linguis diuinitus Instructus apparuit?* sed absit, vt in Scriptores Societatis, quam merito summè veneror, tàm irreuerenter calamum perstringam; nec dubito à doctissimis Societatis viris hanc apparentem contradictionem vere, ac eruditè simul conciliari posse.

DVBIVM VII.

De Conuentu in Porta Aurea post recuperatam anno Domini 1099 Hierosolymam.

SVpponendum primò, quod, vt ait Sanuicus in sua Chronica cap. 2. post anno Domini 1099. recuperatam à Godefrido Hierosolymam, *inuantibus deuotis peregrinis Christianis Sepulchrum Domini visitantibus, Carmelitæ ædificauerunt in ... regione Iudæ, & habuerunt Monasterium suæ Religionis in Ciuitate S. Ierusalem.* Circa quæ verba quædam occurrens difficultas soluitur à Lezana tom.4. ad annum 1207. num 5. De hoc igitur Monasterio post recuperatam Hierosolymam iterum instaurato, cuique titulus: *Domus Annæ*, in Vita S. Angeli cap. 3. dicitur: *Iessæus igitur, Vxore valere iussa, Domum adijt Eremiticam Cænobitarum Dei Genitricis de Monte Carmelo, quæ D. Annæ Ædes, vbi Deifera Virgo in lucem edita est, seruato adhuc nomine, censentur.*

Supponendum secundo, quod noster iste Conuentus erat extra Ciuitatis Mænia: vnde cap. 3. Vitæ D. Angeli de illius parentibus dicitur: *Illorum corpora omni honore, & deuotione, ac cura Antistitis sepulta sunt in Monasterio Carmelitano, vbi D. Annæ ædes esse consueuerant extra Vrbis mænia.* At Conuentus Monialium erat intra mænia, vnde Bremond lib. 2. cap. 29. inquit: *Entrando nella Città* (scilicet per Portam S. Stephani, quæ etiam Porta Iosaphat, Porta nostræ Dominæ

minæ, Porta, Græcis, à Scriptoribus appellatur ob diuersas rationes, de quibus Petrus de Valle Epistol. 13. num. 5. Bremond lib. 2. cap. 25.) *tenendosi alla sinistra* 200. *passi lontano dalla porta, si troua la Probatica Piscina... à man dritta della porta sudetta, in vn vicolo vicino era la Casa di S. Anna... quì S. Elena edificò poi vna Chiesa, sotto il Choro della quale (doue si celebra Messa secretamente) si mostra vna Camera incauata nel sasso, in cui fù concepita la Vergine. Si dice, che Goffredo Buglione facesse risabbricare la Chiesa, e vi ponesse le Monache di S. Benedetto, delle quali era Badessa sua Sorella.* De hoc eodem Monasterio scripserat Tyrius lib. 11. cap. 1. *Rex ... vxorem dimisit, eamque in Monasterio S. Annæ Matris Dei Genitricis, Monacham fieri compulit violenter. Est autem idem locus Hierosolymis in parte Orientali, iuxta portam, quæ dicitur Iosaphat, secus lacum, qui tempore antiquo, Probatica dicebatur Piscina, vbi ostenditur crypta, in qua Ioachim, & Anna Domicilia fuisse traditiones habent veterum, vbi & Virgo perpetua nata esse perhibetur. Erant autem ibi tres, vel quatuor pauperes Mulierculæ vitam Sanctimonialem professæ, quibus gratia Vxoris introductæ, ampliauit possessiones, & patrimonium dilatauit.*

Agnouit hanc duplicem S. Annæ domum, vnam extra, aliam intra Vrbem Anonymus quidam inter Leonis Allatij opuscula de locis Hierosolymitanis agens: nam num. 8. inquit: *His in partibus, & in plaga Occidentali* S. Sepulchri *sunt tredecim Monasteria. Primas occupat Præcursor, tum sequuntur Magnus Georgius, Magnus Demetrius, Magnus Nicolaus, Sancta Tecla, Sancta Anna, &c.* En extra Vrbem Monasterium Sanctæ Annæ. Deinde num. 12. sic habet: *In ipsa Ierusalem sub Imperatoribus Græcis erant Monasteria, & ades sacra num.* ↃↃↃLXV. *quæ nunc omnia in potestatem Impiorum cesserunt. Ad locum Orientalem* Sancti *Sepulchri in Hierusalem... licet nunc ob Agarenos aditus nemini pateat... Probati-*

ca Piscina . . . propè eam templum . . . proximè est ædes Ioachim, & Annæ Matris Deiparæ. De hoc autem Auctore inquit Papebrochius tom. 1. Aprilis ad diem 2. in Comment. præuio ad Vitam Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ §. 3. num. 17. quod est *sæculis aliquot antiquior* Ioanne Phocæ, qui loca sancta visitauit anno 1185.

Modo ad rē: ait Iacobus de Vitriaco, quod D. Anna habuit Domum intra mænia Ierusalem: ait Enoch, quod Carmelitarum locus extra muros Ierusalem censebantur Diuæ Annæ ædes; quænam quæso hic contradictio? repugnat ne, quod mulier Diues, & intra mænia Domum, & extra mænia ædes haberet; Certè Thomas Auriema Iesuita in opere, cui titulus: *Historia Panegirica di S. Anna lib. 1. cap. 4.* diuites fuisse probat, addens deinde: *Ne si marauigli alcuno, che la Vergine fosse pouera, benche li suoi genitori fossero facultosi; imperoche è probabile, dice il nostro Padre Gregorio de Rodhes tomo 2. pag. 228. ch'ella hauesse dato le cose mobili a' Poueri, e locato le immobili per vso de medesimi: oltre le altre risposte de' Scrittori della Vita di nostra* Signora, *a' quali mi rimetto.* Diuusque Hieronymus *de locis habraicis*, ac Venerabilis Beda *de locis Sanctis* duas in Nazarethano solo fuisse Virgini domus, vnam quidem intra, aliam extra Ciuitatem ipsam constanter asserunt.

Adde ex verbis nostri Auctoris nos minimè cogi ad sustinendum, quod ædes illæ essent Diuæ Annæ; sed quod censebantur Diuæ Annæ; cum quo stare potest, quod non essent Diuæ Annæ.

Ait Iacobus, quod aliqui opinabantur Viginem editam esse in Domo, quæ erat intra mænia (dico aliqui, nam quod non omnes, testis est ipse Iacobus, qui cap. 59. de Nazareth loquens ait: *in hac autem Ciuitate à quibusdam Beata Virgo nata perhibetur*) ait Enoch, quod aliqui censebant D. Virginem æditam in ædibus extra mænia; quænam hic contradi-

traditio? aut quid notius in schola, quam quod duæ subcontrariæ propositiones in materia contingenti possunt esse simul veræ? certè de Ciuitate, & loco, in quo nata est B. Virgo, multæ fuere opiniones, quas refert prælaudatus Thomas cap. 15. & quantum ad rem nostram pertinet, exemplum penitùs simile habet Bremond lib. 2. cap. 27. inquit enim: *Vicina è la Casa di* S. *Marco, oue si ritirò* S. *Pietro. Adesso è è vna Chiesa, & è la principale residenza de' Christiani ditti Suriani, il Vescouo de quali, & i più qualificati di loro credono, che questo sia il Luogo, oue il n stro* Signore *fece la Cena, il che l'altre Nationi niegano, & hanno per traditione, che si facesse nel Monte* Sion. Videatur etiam Roma Subterranea nouissima Pauli Aringhi edita Romæ anno 1651. nam tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 2. habetur: *sunt igitur, qui Petri martyrium in summo Ianniculo contigisse arbitrantur . . . traditionem ijdem pro se afferunt* num. 3. *Alij constanter asserunt Apostolum Beatissimum in eodem Vaticani loco Crucis patibulum subysse, in quo deinde pia fidelium manu sepultus est, nam traditio est.* Interim vide, quæ de libro exercitiorum Sancti Ignatij scribunt Benedictus Haeftenus. *Disq; Monastic. lib. 2. tract. 6. disp. 5.* & Vincentius Baronnius *lib. 2. sua Theologiæ moralis disp. 3. sect. 1. a. 2. §. 2.* & considera, num in Papebrochium suam censuram retorquere possemus, quod tamen non facimus. Videatur etiam Henricus de Noris in *vindicijs Augustinianis cap. 7.*

DVBIVM VIII.

De Templo, in quo Surianorum *Patriarcha sacra faciebat.*

CAp. 3. vitæ D. Angeli textus Panormitanus sic habet: *certissima demum huius oraculi euidentia firmati, sanctum Dei templum festini, & alacri adeunt.* Textus vaticanus

nus habet: *Templum Domini.* Quia verò Iacobus de Vitriaco c.58.ait: *in Ecclesijs templi Domini, & montis Syon, & montis Oliueti sunt Abbates, & Canonici secundum regulā D. Augustini Domino militantes.* Papebrochius in annotatis ad cap. 1. litt. X. hanc fert censuram: *similι etiam modo formidare possumus vtrum verum sit, quod præsupponitur de templo Domini, quasi istic sua sacra facere fuerit solitus Episcopus, seù Patriarcha Græcus, quandiù Ciuitatem sanctam Latini tenuerunt, per quatuor adhuc annos. Certè in sacra historia nullo inditio docemur latinos permisisse, vt in eadem secum ecclesia res suas agerent Syro-Græci, cum non deeßent aliæ plures ædes sacræ, quæ liberæ possent relinqui hominibus latinorum ritus vsque adeò aduersantibus, vt eedem, quo ipsi sacrificassent altari, Liturgiam suam peragere nefas existimarent nisi ipsum ante lauissent.*

Cęterum, quod Surianorum Patriarchæ non essent Schismatici (vt hic supponit Papebrochius) vidimus dub. 3. 4. & 15. ad cap. 1. Ad illud, quod *nullo inditio docemur latinos permisisse*, &c. oppositum innuit Tyrius lib. 6. cap. 23. ait enim ibi de Ioanne Patriarcha Antiocheno, & quidem Suriano, quod Latini Antiochia capta: *nostræ latinitatis Patriarcham, eo viuente, qui pridem ibi ordinatus fuerat, eligere, vel consecrare, non præsumpserunt, & si vix euoluto biennio, videns ipse, quod non satis vtiliter præesset Græcus Latinis, Vrbe cedens, Constantinopolim abijt.* Putas nè, quod Victores Latini tolerassent Schismaticum Patriarcham Surianum Latino Clero præesse? aut quod illum Latini Cleri agnoscerent caput, & tamen à Latinorum Ecclesijs excluderent? vbi quæso hæc monstra nasci potuere? At in templo Domini (inquis) erant Canonici Regulares, etiam ante receptam à Gotifredo Hierosolymam in Ecclesia S. Sepulchri Canonicos Regulares fuisse probat Gabriel Pennotus in historia Canonicorum Regul. de Hierosolymitana Patriarchali loquens. Et tamen Iaco-

Iacobus de Vitriaco cap. 64. Historiæ Orientalis scripsit: *Princeps autem Ægiptius... quartam Ciuitatis Hierosolymitanæ portionem ex parte dominici sepulchri Surianis, & Patriarchæ eorum sub annuo tributo concesserat.... alias tres portiones habitabant Saraceni.* In eadem ergo Patriarchali S. Sepulchri morabantur simul, & Canonici Regulares, & Patriarcha Surianus. At inquies, sub Latinis templum Domini non erat Patriarchalis. Respondeo, quod non erat Latinorum, erat tamen Surianorum; qui amissa à Latinis Ciuitate, iterum Patriarchalem S. Sepulchri receperunt, Episcopali Sede constituta in templo Domini; in quo iterum circa annum 1229. Patriarchalis Sedes erecta, teste Geroldo Latinorum Patriarcha Hierosolymitano, qui apud Odoricum Raynaldum tom. 1. annal. ad annum 1229. num. 15. ad Gregorium nonum (cuius Legatus erat) inter cœtera scribit: *Item notandum, quod templum Domini fuit prius Sedes Episcopalis, quæ nunc Patriarchalis facta est.* Quod quidem pro Surianis factum arbitror, eo quod Latini sub Imperatoris fauore Patriarchali S. Sepulchri instarent, & si postea à concepta exciderint spe.

Addere tamen libet temporis diuersitatem respiciendam esse: sensus enim nostri Enoch est, quod anno 1184. Patriarcha Surianus sacra faciebat in templo Domini, in quo Canonicos Regulares sacra fecisse anno 1220. vult Iacobus de Vitriaco: vterque igitur verum scribere potuit absque eo, quod Patriarcha in eadem Ecclesia, cum Canonicis Regularibus sacra faceret: in triginta enim septem annorum spatio potuerunt Canonici Regulares Patriarchæ in templo Domini succedere. Profectò si quis scripsisset, *anno Domini 1292. in Ecclesia Lateranensi erant Canonici Regulares secundum regulam D. Augustini Domino militantes*: Alter verò: *anno Domini 1304. in Ecclesia Lateranensi erat Archypræsbyter, Gerardus Episcopus Cardinalis Sabinus*: vterque verum scripsisset:

Bonifatius enim VIII. vt in eius vita tradit Caiaconius: *in Basilica Lateranensi Canonicos Regulares, qui trecentum ferè anni eandem Basilicam incoluerant, ob dilapsam... morum disciplinam expulit, & distinctis prabendis, seculares Ciues Romanos constituit, quibus primum Archiprasbyterum dedit Gerardum Episcopum Cardinalem Sabinum.* Sic, vt refert Marinus Sanutus *lib. 3. part. 7. cap. 2.* in Ecclesia Bethlemitica fuerunt Canonici Regulares vsque ad tempora Balduini primi Regis, qui eam, auctoritate Paschalis Papæ, honore Episcopalis Cathedræ donauit. Si quis legat *Astrum Inextinctum Gasparis Scioppij*, in eius Indice sub littera W. hæc reperiet: *Waltigeroda Monasterium Ordinis Cisterc. Monialium in inferiori Saxonia Sabbatho Palmarum anno 1631.... à Patre Rectore Groslariensi occupatur.* Qui ergo scripsisset, quod anno 1631. feria 6. Palmarum ibi erant Moniales Ordinis Cisterc. non esset arguendus falsitatis; sed neq; qui scripsisset, quod anno 1631. Sabbatho Palmarum ibi erant Iesuitæ. Ita pariter de nostris Ariminensibus Patribus loqui possemus, de quibus in Opere, cui titulus: *Sito Riminese di Raffaele Adimari, lib. 2. pag. 98.* Sic scribitur: *Vscendo poi per linea retta verso la porta, che esce fuori della Città verso Oriente entrando nel Borgo di S. Genesio*, quæ vocatur *S. Bartolomeo, si ritroua la Chiesa di S. Gio: Battista la quale non molto tempo fà era delli Confratri della Venerabile Confraternità, chiamata di S. Gio. Battista del Borgo, fù poi concessa per opera dell' Ill. Communità, con il fauore, & aiuto di Monsignor Reuerendissimo Giulio Parisani di Tolentino Vescouo di Rimino, alli 17. di Maggio 1573. alla Venerabile Antica Religione della Santissima nostra Signora Madre di Dio del Carmine; come appare da Rogiti di M. Pietro Merenda Cittadino Ariminese, & Notaro del Palazzo Episcopale.*

Ariminensibus adde Foroliuienses, de quibus in Opere inscripto, *Supplemento historico dell' Antica Città di Forlì raccolto*

raccolto da Sigismondo Marchesi Caualiere di S. Stefano, lib. 5. anno 1347. *pag.* 280. scribitur: *Duraua ancora l' Interdetto in Forlì, onde Peppo degl' Oraboni nobile Foroliuese, assieme con Catterina sua Moglie ottenero licenza di poter far celebrare, e ciò per hauer questi alli* 27. *d' Agosto donate le proprie Case alli R. Frati del Carmine, accioche si fabbricasse sotto l' Inuocatione di Maria Vergine vna Chiesa, per lor deuotione. L'anno seguente, l'vltimo d' Aprile li Carmelitani vennero ad accettare la donatione del sopradetto Oraboni, dando principio alla Chiesa, e Monastero, di che ne appariscono gl' Instrumenti registrati nell' Archiuio della Bazia di S. Mercuriale, e ciò perche quelli Casamenti doueuano concadere per Ensiteusi alla predetta Bazia.* Et sic de omnibus alijs Religiosis in similibus concessionum casibus.

DVBIVM IX.

De Basilianarum Monasterio in Monte Syon.

IN Vita D. Angeli cap. 3. dicitur: *Maria verò, venia à coniuge impetrata, petyt Montem* Syon, *vbi Monasterium est Sanctimonialium Ordinis* S. *Basily*. Quia vero Iacobus de Vitriaco c.58 ait: *in Ecclesijs templi Domini, & montis* Syon, *& montis Oliueti sunt Abbates, & Canonici secundum Regulam B. Augustini Domino militantes*. Verbis Iacobi relatis, subiungit Papebrochius: *quæ verba licèt non prorsus excludant Sanctimoniales Basilianas, cum plura in vno monte Syon fuisse Monasteria potuerint, iustam tamen formidinem falsitatis inuentiunt, donec certiori, quam ab hac vita haberi possit, testimonio veritas probetur*.

Respondeo primò, temporis diuersitatem esse inspiciendam etenim anno 1292. in Cathedrali Ecclesia S. Cæciliæ Albiensi erant Canonici Sæculares; anno verò 1304 erant

Canonici Regulares; nam Bonifatius VIII., vt in eius vita refert Ciaconius: *ex Cathedrali Ecclesia S. Caciliæ Albiensi Canonicos Saculares, suffectis Regularibus, eiecit.* Similiter in Monasterio S. Mariæ de Capitolio, seù Aræ Cœli in Vrbe anno 1248. erant Benedictini; anno 1251. erant, sicuti & modo, Fratres S. Francisci, quos vocant de Obseruantia; etenim, vt scribit Vuadingus *tom. 2. An. Min. ad an. 1251.* & etiam eodem refert Andreas Victorellus in notis ad Vitam Innocentij quarti. *Innocentius Monasterium S. Mariæ de Capitolio in Vrbe Ordinis S. Benedicti, Fratribus Franciscani Instituti, quos vocant de Obseruantia, tradi iussit.* Ita pariter anno 1184. de quo Enoch, potuerunt Moniales Basilianæ esse in Monte Syon, anno verò 1220. de quo Iacobus de Vitriaco, potuerunt esse Canonici Regulares.

Resp. secundò, quod Wittebrandus ab Odemborg in Itinerario Terræ Sanctæ, quam visitauit anno 1211. sic habet: *ex prædicta Eminentia Oliueti perspeximus montem Syon.... in summo illius, quia latus est Mons, habetur quoddam largũ, & pulchrum aspectu Cœnobium, in quo manent etiam* Suriani *Saracenis tributarÿ.* Quod Suriani illi non essent Canonici Regulares, de quibus Iacobus de Vitriaco, cogitur fateri Papebrochius, nam iuxta illius sententiam Suriani erant Schismatici, & Græci ritus; at Canonici Regulares erant Catholici, & Latini. Sicut ergo in monte Syon præter Canonicos Regulares erant Suriani, esto de illis nihil dicat Iacobus de Vitriaco, ita potuerunt esse Sanctimoniales Basilianæ; esto de illis nihil Iacobus, & certè plura fuisse in Monte Syon Monasteria, clarè indicat Enoch cap. 10. vbi ait: *ex his verò, qui fuerunt, ad vitam reuocati viri Cœnobitarum, mulieres autem Sanctimonialium in monte Syon Monasteria ingressa sunt.* Addere modo libet, quod Perdicca Ephesius in expositione Thematum Dominicorum, & memorabilium, quæ Hierosolymis sunt, & est vnum ex Allatij Opusculis, sic canit.

Post

Post Vallis occurrit grauis molestia,
quæ diuidit Syonem Oliueti ab apice,
in qua . . . . . . ferunt
. . dena Virginum Monasteria decem.

DVBIVM X.

An ex verbis Hostia, Eucharistia, Communio, *inferatur Auctorem fuisse latinum?*

CAp. 3. Vitæ Sancti Angeli in textu Panormitano dicitur: *Antistes hostiam manu, tenens . . . more Ecclesiæ communicat*. In textu Vaticano: *& Vellet signum Crucis facere cum Eucharistia*: & hæc sine censura dimittere noluit Papebrochius: ait igitur: *toto hoc capite, nec vnum quidem verbum aspergi, quod græci ritus odorem referat, vel saporem, ita pura puta sunt latina omnia: hostia Eucharistia Communio, pro quibus Græci in suis ritualibus solent nominare sanctum panem, Diuina Mysteria, & horum susceptionem, vel traditionem.*

Verum quantum à recto veritatis tramite aberret Papebrochius, edocebit nos antiquissimus Græcus Auctor Simeon Thessalonicensis, lib. *de Sacris Ordinationibus*, vbi de de Episcopo loquens ait: *sic cum hostiæ diuisionem peregit, quæ spectant . . . . ad* Communionem, *pro more conficit*: & lib. *Sacrarum Commentationum* num. 33. *si quis* ad Communionem *est paratus . . . . per fistulam, seu cannam de manu Episcopali communicat*. Et Diuus Dionysius Areopagita de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3. *Vix fas sit vllam Hierchici muneris obire functionem, nisi Diuinissima Eucharistia . . . perficiat coniunctionem; diuinitusque traditio consummantium Mysteriorum dono, diuinam ipsis conferat Communionem*. Non me latet, an opera, D. Dionysio attributa, vere illius sint, an alte-

alterius, magnam esse quæstionem, de qua Halloix in sua pro *Vindicandis D. Dionysio Areopagitæ Operibus Apologia*: verum scio etiam id, quod obseruat Bona *Rerum Liturgicarum lib. 1. cap. 8. num. 5.* homini Græco, & Platonizanti adscribenda esse.

Sed, & Pachimeræ Græci Auctoris Paraphrasis, ad citatum D. Dionysij caput, sic se habet: *non licet aliquod Sacramentum Hierchicum perficere, nisi videlicet Diuinissima Eucharistia cum vno idest Deo, coniunctionem operetur ... sinaxix verò minimè intelligenda est Populi Congregatio ... sed cum Deo coniunctio, communioque.*

At Inquies, sunt verba interpretis; non Diui Dionysij, non Pachimeræ, nam D. Dionysius sic loquitur: Οὐ γὰρ ἔνεστι σχεδόν τινα τελεσθῆναι τελετὴν ἱεραρχικὴν, μὴ τῆς θειοτάτης Εὐχαριστίας, ἐν κεφαλαίῳ τῶν καθέκαστα τελουμένων τὴν ἐπὶ τὸ ἓν τοῦ τελεσθέντος ἱερουργούσης συναγωγὴν καὶ τῇ θεοπαραδότῳ δωρεᾷ τῶν τελειωτικῶν μυστηρίων τελειούσης τὴν πρὸς Θεὸν κοινωνίαν: Pachimeræ Paraphrasis in græco textu sic se habet: Καὶ γὰρ οὐκ ἔστι τινὰ τελεσθῆναι ἱεραρχικὴν τελετὴν, μὴ τῆς θειοτάτης Εὐχαριστίας, τῆς τῶν μυστηρίων δηλαδὴ ἱερουργούσης τὰς ἐπὶ τὸ ἓν, τὸν Θεὸν δηλαδὴ συναγωγὴν .... Σύναξιν δὲ νοητέον, οὐ τὴν τοῦ λαοῦ, καθὼς ταῖς λέξεσι τινὲς σήμερον ἐκλαμβάνοντες, ἀλλὰ τὴν πρὸς Θεὸν συναγωγὴν καὶ κοινωνίαν.

Respondeo esse verba Baltassaris Corderij Iesuitæ, qui Opera S. Dionisij, cum Scholijs S. Maximi, & Pachimeræ Paraphrasi à se interpretata edidit Antuerpiæ anno 1634. Cœterum quis ignorat, quod nec *Sanctus Panis*, nec *Diuina mysteria*, nec *horum susceptio*, *vel traditio*, sunt Græci ritualis voces; sed græcarum interpretatio vocum? sufficiat ergo, quod sicuti græcus sermo voces habet, quibus correspondent, *Sanctus Panis*, *Diuina Mysteria*, *horum susceptio*, *vel traditio*, ita habeat voces, quibus correspondeant Hostia, Eucharistia, Communio. Vnde Petrus Halloix de *Sancti Dionysij Areopagyta Vita*, *& Operibus quæst. 2.* rectè adnotauit, quod Sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramentum à D. Dionysio

nysio *cap. 3. Ecclesiasticæ Hierarchiæ* his nominibus effertur.

Τελετὴ τελετῶν	Sacramentum Sacramentorum.
Ἁγιωτάτη τελετὴ	Sanctissimum Sacramentum.
Τειοτάτη καὶ ἱερὰ τελετὴ	Diuinum, & Sanctissimũ Sacramentum
Θεία τῆς συνάξεος τελετὴ	Diuinum Sinaxeos Sacramentum
Συνάξις	Sinaxis
Χοινωνία	Communio
Τῶν ἱερῶν χοινωνία	Sacrorum Communio
Θεαρχικὴ κοινωνία	Diuinissima Communio
Θεαρχικὰ μυστήρια	Diuinissima Mysteria
Θειοτάτη Εὐχαριστία	Diuinissima Euchariſtia
Τὰ θειότατα	Diuinissima absolute.

Adde, quod etiam si *Eucharistia, Hostia, Communio*, nil græci saperent Sermonis, non inde sequeretur Auctorem non esse græcum; sed Auctorem non græcè, sed latinè scripsisse: sic à D. Athanasio, homine Græco, symbolum fuisse latinè scriptum non dubitat Papebrochius in Vita D. Athanasij num. 3.

Adde insuper, quod si Enoch idiomate sibi proprio D. Angeli Vitam scripsisset, non græco, sed arabico sermone vsus fuisset; Suriani enim, quos inter natus, ac enutritus Enoch, non græca, sed arabica vtebantur lingua, vt ex Iacobo de Vitriaco diximus.



DV-

DVBIVM XI.

De octauo Baptismi die.

CAp. 3. Vitæ S. Angeli sic habetur: *At Maria Falici puerperio geminam prolem suscepit, & transacto iusto dierum numero, ex more Antistiti offerens, sanctissimi Fontis lauacro gemellos regenerari curauit.* In codice Vaticano sic habetur: *post octo dies pueri fuerunt Patriarchæ memorato præsentati, & baptizati sunt.* Displicuit Papebrochio numerus iste octo dierum, & verba signauit dicens: *Iudaismum sapit illa octaui diei obseruatio; neque puto ex idoneis Auctoribus probatum iri, quod Græci octiduo toto soliti fuerint differre baptismum.*

Sed non est necesse, vt ex idoneis Auctoribus hoc probemus, cum Vaticani textus defensio nobis curæ non sit. Interim neque nos putamus ex idoneis Auctoribus probatum iri, quod Suriani in baptizando adeò Græcorum ritum secuti fuerint, vt omnes Baptismi circumstantias apud Græcos obseruari solitos, sic religiosè custodirent, vt ne lato quidem vngue discederent ab illis; nam & Iberi Græcorum sequuntur ritus; in baptizando tamen quædam illis propria sunt, quæ apud Græcos non sunt in vsu, vt videre est apud Venicelli de Apostolicis missionibus.

Quod postea octo expectauerint diebus, ratio eadem esse potuit, qua mouetur Ecclesia, vt prophanos ritus consecrare velit. De qua re Angelus de Nuue cap. 24. Cronici Cassinensis in proemio satis diffusè. Cum igitur baptismus succedat Circuncisioni, quid mirum, quod octo voluerint expectare dies? sed neque necesse est, vt Græci octiduo toto soliti fuerint differre baptismum; potuit enim euenire præter gentis consuetudinem. Sic Franciscus Aluarez in opere, cui titulus: *Viaggio all' Etiopia cap.* 80. hæc ad rem. *In questo*

tempo

tempo ad vn Maestro Pietro Cordiero Genouese nacque di sua Moglie nera vn figliuolo, e mi richiese, ch' in capo d'otto giorni volessi battezzarlo, perche loro non battezzano li maschi, se non hà quarãta giorni. Io fui alla tenda del Prete à fargli intendere questa cosa, e che sua Altezza ordinasse ciò, che gli piaceua. Subbito vene risposta, ch' io battezzassi, e dessi tutti li Sacramenti, come si fà nella Franchìa, e Chiesa Romana... Io feci questo battesimo alli 10. di Dicembre, e vi vennero molte genti... Io faceno tenere la Croce alzata, perche così è di costume loro. In qua quidem re duo obseruanda sunt, primum est, quod apud Ætyopes consuetudo erat, vt masculos non baptizarent, nisi post quadraginta dies. In hoc ergo baptismo non fuit gentis obseruata consuetudo in ordine ad tempus. Secundum est, quod licet baptismus iste confectus fuerit secundum latinorum ritum; tamen in eo crux erecta fuit; quod non pertinet ad latinorum ritum, sed ad illius gentis morem: cur autem homo ille voluerit octauo die, & non potius nono, aut decimo, alio aliquo baptizari filium suum, nullam ab Auctore assignari causam; quod etiam obseruandum est, nisi quis cum Papebrochio dicere velit, quod *habraismum sapit illa diei octaua obseruatio*. Quod ergo in baptismo D. Angeli communis quo ad tempus, Græcorum consuetudo seruata non fuerit; quod ibi aliqua circumstantia, vel ceremonia, quæ non penès Græcos, nil mirum. Sic Ioannes Boterus Parte prima suarum Relationum lib. 2. pag. 298. de Circassibus inquit: *seguono il rito Greco; mà con mille imperfettioni; perche non si battezzano prima del settimo anno, & non entrano in Chiesa prima del quarantesimo.*

Sicut igitur ait D. Hieronymus lib. 1. comment. in epist. ad Ephes. *necessarium est scripturæ operam dare, & sensum Prophetæ, aut Apostoli callere, volentibus, intelligere.... quid habeant in veteri Lege proprium Idumei, Moabitæ, Ammonitæ, Tiyrÿ, Philistÿm, Ægiptÿ, Assirÿ; quid rursus in*

 nouo

nouo testamento Romani, Corinthij, Galatæ, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Hebrai, & Ephesij: necesse est enim iuxta diuersitatem locorum, & temporum, & hominum, quibus scripta sunt Epistolæ, & libri, diuersas, & causas, & argumenta, & origines habeant. Et hoc de quolibet alio, maximè antiquo Auctore intelligi debet, vt scilicèt temporum, locorum, & hominum, de quibus loquuntur, rationem habeamus.

DVBIVM XII.

An sit per quam difficile creditu, quod Patriarcha iusserit Parentibus D. Angeli, vt omnes facultates suas in Pauperes distribuerent.

CAp. 3. Vitæ S. Angeli sic dicitur: *Patriarcha in primis parentum paupertate cognita (omnibus enim illi, quæ ante suscepta fidei Sacramentum possidebant, pauperibus Patriarchæ iussu distributis, solo Christo contenti, & nudi, ad Ecclesiæ sinum peruenerant) summo charitatis affectu, & parentibus, & Infantibus alimenta ministrat.* Papebrochius in annot ad cap. 1. ait: *per quam difficile creditu est, iussisse Patriarcham... vt coniuges baptizati, quibus, & sustinenda familia erat, & filij quos educare oporteret, promissi diuinitus, omnibus se se bonis exuerent.*

Verum quid si non solum diuitias interdixisset, sed & eleemosynam petere? quanta quæso D. Caietani familia sustentanda, educandique filij? & tamen ipse pro Christo non solum sibi, filijsque suis diuitias, sed & eleemosynam petendi vsum interdixit. Ita Hilarius Cauo in Vita D. Caietani cap. 13. *nondimeno nel secolo passato fè comparire Iddio questo suo Seruo Gaietano, che passando più oltre ritrauò vn nuouo, e più pouero modo di viuere, che è senza alcuna certa entrata ne*

pure

pure in commune; e senza alcuna sicurezza di limosine, nè meno dimandate in tempo di bisogno; ne permettendo, che siano procurate da altri, mà solo aspettate, e riceuute dalla spontanea Carità de' fedeli, nella qual sì stretta pouertà fondò, e si conserua la nostra Religione, con special dependenza della Diuina prouidenza, e promesse del Redentore: quærite primo regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Est ne hoc quoque perdifficile creditu?

Sed quid si Patriarcha iussisset, non solum, vt diuitias darent pauperibus, sed & vt se ipsos in ignem proijcerent? hoc tamen factum à quodam Abbate narrat Sulpitius Seuerus Dialog. 1. de virtutibus Monachorum Orientalium num. 12. *casu Clibanus propè ardebat, qui multo igne succensus, coquendis panibus parabatur: exundabat abrutis flamma fornacibus: & intra Camini illius concaua totis habenis regnabat incendium. Hoc igitur Aduenam illum, iubet Magister intrare. Nec distulit parere præcepto: medias flammas nihil cunctatus ingreditur, quæ mox tam audaci fide victa, veluti illis quondam Hebræis pueris, cessere venienti, vt nec Abbatem pigeret dura mandasse, nec discipulum pœniteret imperio paruisse.* Profectò hoc quid maius est, quam quod Patriarcha iussit; quod equidem non adeò arduum, ac durum videri debet, cum, & Parentes, & filios suis alere facultatibus decreuisset.

At iterum inquies, & hoc perdifficile creditu: sed audi Cassianum in Præfactione ad Collat. Patrum. *Hoc sanè volumus ante omnia, tam harum Collationum, quam Superiorum Voluminum præmonitum esse lectorem, vt si qua fortè in his pro status sui, & propositi qualitate, siuè pro vsu, & conuersatione communi, vel impossibilia putauerit esse, vel dura, non secundum suæ facultatis modulum, sed secundum dignitatem, & perfectionem loquentium metiatur.*

Audi, & B. Theodoretum Cyri Episcopum in Philotheo,

seù in nono libro de Vitis Patrum, cap. 26. sic de Sancto Simeone loquentem: *ego autem, etiam cum omnes, vt semel dicam, homines testes habeam vereor narrare certamina, quæ omnem superant orationem: ne posteris videatur fabula nuda ab omni verit.t; quæ enim fiunt humana sunt natura superiora: solent autē homines, natura metiri ea, quæ dicuntur. Si autem quid dicatur; quod eius excedat limites, falsa videtur oratio ÿs, qui non sunt initiati diuinis mysterÿs. Quoniam autē pÿs, & vera religione praditis, terra, & mare plena sunt; & qui in rebus Diuinis sunt eruditi, & sanctissimi Spiritus gratiam acceperunt tantum abest, vt non credant ÿs, quæ dicenda sunt, vt ÿs etiam magnam fidem sint habituri, prompto, & alacri animo accedam ad narrationem.* Idem pariter Auctor in Prologo eiusdem libri sic ait: *Rogo autem qui in hanc religiosam inciderint historiam, ne ex se illorum virtutem metiantur; sed apertè sciant, quod Piorum animis Deus desuper metitur dono Sanctissimi Spiritus, & maiora largitur perfectionibus. Qui autem non est crediturus ÿs, quæ à me dicenda sunt, clarum est, ne eum quidem ijs credere, tanquam veris, quæ per Moysen, & Iesum, & Eliam, & Eliseus facta sunt; habere etiam pro fabulis miracula quæ facta sunt ab Apostolis sin autem illa esse vera testatur; hic quoque credat a falso aliena; quæ enim in illis operata est gratia; ea quoque per illos fecit, quæ fecit.* Ita & doctissimus Vir Ioannes de Pineda Iesuita *Comment. in Iob cap.* 1. *num.* 2. Insectatur eos, qui Iobi patientiam veluti mortalium nemini possibilem varijs ratiunculis suspectam reddere conantur; sed ne videar ea, quæ quidem durissima sunt, in Papebrochium dirigere, indicasse contentus, libenter omittam. Ceterum Lucius Annæus Florus, seù Seneca, qui & Lucius Iulius Florus, ab alijs dicitur, *lib.* 1. *Rerum Romanarum cap.* 9. scriptum reliquit; quod Brutus, *quum studere reuocandis in Vrbem regibus liberos suos comperisset; protraxit in forum; & concione media, virgis cecidit, & securi percussit.* Et cap. 24. eius-

24. eiusdem libri, quod: *Alter consulum filium suum; quia contra imperium pugnauerat, quamuis victorem occiderit.*

Quod postea ipsi in sua pro Christo paupertate contenti manserint, neque hoc nouum; etenim Daniel Bartolus in Historia Societatis, cui titulus: *Il Giappone lib. 3. pag. 505.* de quoddam pro Christi fide ad exilium damnato sic loquitur: *Non però se ne andò Leone con solo il merito della volontà pronta à dar la vita in seruigio della Fede; mà il breue morir di ferro, gli si cambiò nel lungo della mendicità. Toltogli quanto haueua, fù cacciato, bando il cuore, se più ritornaua à Tagira: Con ciò il valoroso Caualier di Christo, se ne vscì con la moglie, e figlioli, tanto egli allegro per quel, che Iddio lo faceua degno di patir per amor suo, quanto arrabbiati, e malinconici gl' Idolatri, per quella sua medesima allegrezza.* Videatur idem Daniel lib. 3. pag. 510. & 512. & Abbas Paulus de Angelis in opere de Eleemosyna lib. 3. cap. 35.

DVBIVM XIII.

De loco, in quo Parentes D. Angeli fuere sepulti.

Vitæ D. Angeli cap. 3. dicitur: *paucis denique interiectis diebus Maria primum, fælicem animam exhalans, ad Dominum... peruenit... ipse quoque Iessaus consortem secutus est: illorum corpora sepulta sunt in Monasterio Carmelitarum.* Papebrochius in Annotatis ad cap. 1. *tantum abest* (inquit) *vt fidelium Laicorum corpora intra Ecclesiam sepelliant Græci, quod nec Sacerdotibus quidem, vel Episcopis priuilegium hoc indulgeant.*

Confundit hic Papebrochius Monasterium cum Ecclesia, quasi idem sint. Igitur, quod Græci in Monasterijs etiam Laicorum corpora sepelliant, habes apud Ioannem Baptistam Ramusium tom. 2. pag. 12. vbi sic: *Theodoro Lascari*

morì,

morì, & il suo corpo hebbe sepultura, doue erano l'ossa d'Anna sua prima moglie, nel Monastero del Iacinto nella Città di Nicea in Bitinia. Quod verò etiam non Episcopi in Ecclesia sepelliantur, habes apud Biuarium lib. 5. cap. 2. §. 2. num. 19. vbi refert, quod S. Euphrem moribundus dixit Fratribus: *ne sinatis me in Domo Dei poni, aut sub Altari, non enim decet vermem putredine scatentem, in Templo, & Sanctuario Dei poni.* Quod verò etiam Laicorum corpora habes apud Laurentium Surium tom. 4. in Vita B. Macrinæ Virginis; ibi enim D. Gregorius Nissenus sic loquitur: *porrò cum inter secessum, & Sanctorum Martyrum ædem, in qua parentum etiam corpora quiescebant... cum sacram illam faciem Virginis adspexissent, & parentum patefactus esset iàm tumulus, in quem illam decreuamus inferre.* Allatius quoque de Ecclesiæ Orientalis, & Occidentalis perpetua consensione lib. 3. cap. 9. num. 5. ait: *quod si Sepulchrorum ius habent, aliter fit; cum, & sepulchra diuersa sint; illa siquidem in eadem Ecclesia sub terra excauata, muris quaqua versum sequuntur, &c. & hæc quidem si in Ecclesia sepulturæ locus sit; sin minus, circa eandem Ecclesiam campus est, in quo sepulchra sua familia extruunt.*

Et quia Papebrochius Iacobum Goar citat; quid ipse dicat, audiamus. Igitur Goar pag. 524. col. 2. Ritualis Græcorum sic habet: *Nec dubium est, quin adhuc vigente Antiquitatis rigore pristino, nullus sepultura in Ecclesia daretur locus Gregorij Magni temporibus... licèt inficias ire nequeam, legibus sancitis, & frequentius renouatis, de Sepultura cadauerum in Ecclesia non permittenda, consuetudinem in aduersum preualuisse: vel ipsis Episcopis, vel Populis eorum deuotionem imitari gestientibus, vel iuxta alia ratione positam legem infringentibus... cum Concilium Moguntinum primum legem eandem renouare studeret cap. 12. Episcopis, Abbatibus, dignis Presbyteris, & fidelibus, idest probitate insignibus, vt in Ec-*

clesia

clesia mortui conderentur, concessit. Exinde Vita Sanctimonia commendandis licentiam eandem Concilium Triburiense an. 893. confirmat. Mox cuncti potentia, diuitijs, & opibus clari, tandem vilissima plebs ambitione ducta, etiam post mortem, sacros virtuti, sanctimonieque debitos honores exegerunt. Ipsique Graci, cur reclamantibus Antiquitatis decretis, mortuis in Ecclesia locum nunc concedat, interrogati; latinorum instar se antiquitatis desertores in hac parte sunt professi.

Immò Hieronymus Dandinus Societatis Iesu Scriptor in Eticha Sacra lib. 49. cap. 11. ad illa D. Dionysij verba: *Pontifex reponit in loco honesto corpus, cum alys eiusdem Ordinis Sanctis corporibus*, sic inquit: *antiquissima semper fuit Ecclesiæ traditio in Ecclesia, aut Cæmeterio Ecclesia coniuncto sepelire; nam & Dionysius non temere, non quouis in loco, sed honesto, cum alijs Sanctis corporibus sepultum dixit.*

CAPVT QVARTVM.

De S. Angeli educatione, Studio litterarum, & proposito ingrediendi Religionem.

SEpultis parentibus Angelus, & Ioannes in Domum Nicodemi adducuntur, vbi crescente firmiori ætate; linguarum, & artium peritia, ac moribus informari cæperunt: Hæbraicas primò græcas proximo, latinas postremo loco litteras paucis annis tanto stud o didicerunt, vt à septimo ad decimum octauum annum suæ ætatis trium linguarum peritissimi haberentur. Verum tamen cum linguis non mediocriter, & artibus, & scripturis profecerunt, adeò vt eruditam eorum adolescentiam, & optimis informatam moribus, nemo satis admirari possit. Interim Nicodemus Patriarcha vir Sanctus, & se multo onustum senio, & proximum morti cognoscens, vocatos ad se adolescentes, paterna hac oratio-

ne

ne compellat: breui, relicta mortali hac vita, scio me profecturum ad Patrem, qui me de nihilo procreare dignatus est. Vos charissimi filij Deo gratias agite, qui deduxit adolescentiam vestram ad optimæ Indolis periodum: tempus iam adest, vt bonæ spei fruges proferatis, quo circà quanti filijs paterna charitas fieri debet, vos hortor, vt vanam spem omnem, & fallacissimi mundi huius illecebras contemnatis, ac vitam cœlibem, sacreque Sanctorum hominum Societati dicatam, eligatis; & in ea firmato viuendi proposito, vsque ad mortem Deo seruiatis; vita enim cœlibe nihil, aut fœlicius, aut beatius, quæ homines ceù Angelos efficit.

His auditis Iuuenes ingenti dolore confecti, & imo pectore suspiria trahentes, mæsta hæc responsa dederunt: stupor inuasit cor nostrum, & anima in amaritudine posita est, vbi tristi nuntio te, quem ceù vnicum, & verum parentem nouimus, breui nos relicturum accepimus; & quamquam macoris gloriæ corona, ad quam properas, lætitiam proponit; paternæ tamen præsentiæ (è qua filij recreari mirificè solemus) prædicta iam priuatio menti tristitiam affert: quia verò Diuinæ dispositioni humana semper voluntas conformanda est, Deum, veræ consolationis Patrem, oramus, vt tanti Parentis cura destitutos, consoletur, & Diuinæ clementiæ suæ manum ipse porrigat, & animos languentium erigat, tueatur, & foueat. Hortationibus Sanctis suis sic hærebimus, vt vita durante suæ sanctæ memoriæ nunquam immemores videamur: Immortali Deo, eiusque Genitrici, quod nobis vitæ superst dedicamus. Regula Sancti Basilij miris modis nostrum animum diù iam inuitauit. Sed Deo denique inspirante animo statuimus normam seruandam suscipere, quam annis supra quadringentos, pluribus iam euolutis, Prophetarum successores diù in Monte Carmelo, nunc verò plerisque in locis, seruare susceperunt. Hæc enim, vel ex eo mirificè nostrum inuitat, & commouet animum, quia præcipuo

puo Dei Genitricis titulo dicata, vberrimas in Sancta Dei Ecclesia virtutum omnium fruges proferre videtur. In hac ipsa Religionis professione, te Patre filijs bendicente, Deo, & Virgini Deiferæ seruire decreuimus, oramusq; ac precamur filij Patrem, vt antequam ad Dominum migraturus, suæ æternitatis iter suscipias, in Monasterio S. Annæ Cœnobitarum Carmeli Montis, vbi quiescunt Ossa Parentum, filios reponas in Dei, & B. Virginis obsequio vitam mortalem acturos. Exploratis itaque adolescentium, & cognitis animis, annuit benignissimè eorum votis Vir Sanctus, & quibus potuit verbis hortatos, ad confirmandum propositum eos induxit, ac paucis tandem interiectis diebus, re prius opportunè discussa, cum Hieronymo Expressi Monasterij Priore, Viro vitæ integritate, ac innocentia singulari, habitoque fratrum consilio, & assensu, ipsum Monasterium ingrediendi propositum, & diem statuunt.

Circa Caput Quartum.

DVBIVM PRIMVM.

An Sæculo D. Angeli Hebraica lingua aliqua esset necessitas, vel saltem vtilitas?

CAp. 4. Vitæ D. Angeli dicitur: *Hebraicas primò, græcas proximò, latinas postremò litteras... didicerunt*. At Vaticanus textus: *eos addiscere fecit grammaticam græcam, & latinam*. Neque hæc sine censura dimisit Papebrochius: ait enim: *non videbatur conuenire Iuuenibus ex Dauidica stirpe prognatis, vt alteri alicui linguæ, quam hebraicæ discendæ (licèt eius nulla barbaro isto sæculo necessitas esset, vel ferè vtilitas) nauarent operam: ergo in recognitione posteriori posita hæc primò loco est.*

Sed

Sed neque nos sine censura dimittemus censorem. Quod igitur inquit: *in recognitione posteriori*. Supponit, quod textus Vaticanus Panormitanum antecesserit, quæ suppositio satis à nobis confutata fuit. Quod ait: *non videbatur conuenire Iuuenibus, ex Dauidica stirpe prognatis, vt alteri alicui linguæ, quam hæbraicæ discendæ, operam nauarent*: gratis ab ipso dictum, immò contra veritatem in ipso textu expressam, patet legenti: scribitur enim, quod non solum hæbraicæ linguæ, sed & græcæ, & latinæ operam dederunt; & profectò ridiculum esset, si quis ex Iulia gente prognatis solius latinæ linguæ studium conuenire arbitraretur. Malè postea ex adductis verbis colligit hanc consequentiam: *ergo posita hæc primò loco est*; sequitur enim: *ergo hæc sola posita est*, cuius solius studium conuenire videbatur.

Illud postea de lingua hæbraica: *licèt eius nulla barbaro illo sæculo necessitas esset, nec ferè vtilitas*. An vlla ratione, vlloue fundamento dictum sit, libenter scirem: multas enim esse hæbraice linguæ vtilitates, etiam post emendata Biblia, refert noster Dominicus à Sanctiss. Trinitate *tom.2. sua Bibliothecæ Theologica lib. 3 sect. 1. cap. 88. §. tertio dico*: & quidem ad perfectam scripturæ intelligentiam; vtile autem fuisse omni sæculo Sacram Scripturam perfectè intelligere, inficiatur nemo. Inter cæteras autem vtilitates hæc vna est, quod *etiam si textus hæbraicus vitiatus sit, & corruptus, præcipuè à tempore D. Hieronymi; nihilominus non ita est vitiatus; quin censeatur esse summæ vtilitatis ad conuincendos Iudæos, & hæreticos de suis contra Ecclesiam Catholicam erroribus*. Neque refert, quod sæculum illud barbarum dicatur; nec enim adeò barbarum fuit, quin de rebus legis, fideique nostræ fierent disputationes, in quibus ad Scripturas haberetur recursus, proque illarum integritate esset pugnandum, vt ex ipsomet Iacobo de Vitriaco cap. 6. constare potest. Denique, vt inquit Georgius Mayr Iesuita in præfatione ad linguæ Sanctæ stu-

studiosos: *Apud Catholicos totius hæbraici studij potissimus, & ferè vnus est scopus, sacrorum librorum recta intelligentia, & vulgata aditionis defensio.* Quis autem negabit fuisse semper necessariam Sacrorum librorum rectam intelligentiam, vt hæbraicæ linguæ neget vtilitatem?

Certè Guilielmus Francus, Monachus Vallumbrusanus in opere, cui titulus: *Sol lingua Sancta*, *lib.* 1. *cap.* 1. optimè adnotauit *psal.* 65. ob hæbraice linguæ imperitiam, *vers.* 17. aliquos legere, (*exultauit*) cum tamèn legendum sit (*exaltauit*) quandoquidem hæbraice legatur: *Veromàm*, quod significat (*exaltauit*) & *psal.* 106. *vers.* 40. legere (*contentio*) cum tamen legendum sit (*contemptio*) si quidem Verbum hæbraicum buz: est idem, ac (*contemptio*) latinè.

Et licet Ioan. Ionstonus Polonus, in opere illo, cui titulus, *Naturæ Constantia*, ædito anno 1632. in quo nil aliud agit, quam quod Abbas D. Secundus Lancillotus Oliuetanus, in suo, *l'Hoggidì*. licet inquam *prop.* 5, *art.* 3. *membr.* 5. dicat *Christiani vix aliquam Grammaticam hæbream ante Capriomem videre*, tamen certum est, quod, cum ad Theologiam necessaria sit recta Sacræ Scripturæ Intelligentia; & huic linguæ hæbraice valdè conferat cognitio; Antiquiores inter Theologos non parui fuere, qui Sermonis hæbraici peritiam sibi acquirere studuerunt, & vt cæteros omittam, noster Baccho, qui circa annum Domini 1330. floruit, vt de *Illustribus Angliæ Scriptoribus Ætate* 14. sub *n.* 1346. scripsit Ioannes Pitseus, solertem hæbraicæ linguæ operam dedit, vt constat *ex* 3. *sent. dist.* 6 *q.* 1. *a.* 3 vbi enim humanæ naturæ assumptionem à verbo Diuino factam probare volens, illam Isaiæ *cap.* 9. famigeratam auctoritatem adducit; quæ talis est.

 Nit-

יֶלֶד יֻלַּד—לָנוּ בֵּן נִתַּן לָנוּ וַתְּהִי הַמִּשְׂרָה
עַל־שִׁכְמוֹ וַיִּקְרָא שְׁמוֹ פֶּלֶא יוֹעֵץ אֵל גִּבּוֹר
אֲבִי־עַד שַׂר־שָׁלוֹם׃ לְםַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה׃

Haimmirâ' vattehi lanu nittan ven lanu Iulad ' Ieled
Principatus & fuit nobis datus est filius nobis natus est Paruulus

pele schemo veiicarè schichmo -ngal
admirabilis nomen eius & vocabitur: humerum eius super.
Gibbor el Iongez
fortis, Deus consiliarius

hamisara lemarbè schalon Sar ngad Aui
principatum ad multiplicandum, Pacis Princeps æternitatis Pater

In adductisque verbis expendit multa ex hæbraico textu desumpta, quæque ad Iudæorum perfidiam confundendam maximè conducunt, adnotat ergo primò, quod non habetur *vaiichrà, & vocabit*, quod est futurum coniugationis Kal quiescentium Lamed Aleph, sed habetur *vaiichcharè, & vocabitur*, quod est futurum coniungationis Niphal quiescientium Lamed Aleph; hocque probat ex septuaginta Interpretum translatione; Addit deinde:

Item notandum, quod in prædicto auctoritate Isaiæ, vbi de Christo dicitur: in hæbraico ponitur: lemarbè, quod in latino sonat: ad multiplicandum, scribitur, hæc dictio hæbraica sic quod hæc littera (Mem) clausa ponitur in medio dictionis, quod est contra naturam huius litteræ, & modum scribendi hæbraicum; quia nunquam alibi ponitur nisi in fine dictionis... hic autem vt dictum est, ponitur mem clausa in medio dictionis, ad denotandum, quod Christus, de quo loquuntur prophetæ,

erat

erat nasciturus de Virgine clausa, & contra modum, & contra modum naturæ. Videatur in 3. d. 20. q. 2. & 3. & d. 23. q. 1. & in 4.

Ne quis autem arbitretur hebraicæ linguæ studium, aut Baconij tempore ceptum, aut ab ipso solum excultum, audiamus, quid ipse in 3. sent. dist. 6. q. 1. a. 2. hij *contra*, dicat: *Contra istam solutionem non potest argui, nisi ostendendo quod ipsi corrunpunt litteram, vt negent Christi Diuinitatem. Hoc autem optime posset fieri ex antiquis Biblij, quæ non essent corrupta in passu isto, & in alijs, in quibus fit mentio de Diuinitate Christi, si possent haberi; & hoc modo illi, qui præcesserunt nos, contra illos in isto passu, & consimilibus arguebant. Licet autem ego non viderim aliquam Bibliam hebraicam, quæ non sit corrupta in passu isto, tamen audiui à fide dignis (ratione scientiæ, & vitæ) affirmantibus Iuramento, quod sic viderunt in antiquis Biblis, sicut habet translatio Hieronymi superius adducta. Si autem, &c.*

Immò, & sæculo duodecimo huius linguæ studium penes Theologos floruisse, testis omni exceptione maior erit Petrus Lombardus Nouariensis, sententiarum Magister, ac Parisiensis Episcopus, qui vt Ricciolius Iesuita in suo *Chronico Magno* obijt anno 1164. die 20. Iulij; seù (vt idem melius, ac verius in *Indice Chronologico Personarum insigniorum, quæ post Christum vixerunt*) die 20. Augusti, ac in medio Chori Ecclesiæ S. Marcelli, vbi Sepulturam elegerat, extra Vrbis muros, sepultus fuit, vt ad Gregorium XIII. Antonius Monchiacenus Demochares sententiarum exornator scripsit. Hic igitur tantus vir suam in hæbraica lingua peritiam, *sententiarum lib. 1. dist. 2.* satis ostendit, scribens:

Moyses dicit: In principio creauit Deus Cælum, ac terram; Per Deum significans Patrem; per principium Filium, & pro eo, quod apud nos dicitur. Deus; hæbraica veritas habet: Heloym, quod est plurale huius singularis, Nel quod ergo non est dictum

Nel

Nel, quod est Deus, sed Heloym, quod Interpretari potest Dij, siuè Iudices ad pluralitatem personarum refertur. Ad quam etiam illud attinere videtur, quod diabolus per serpentem dixit: eritis sicut Dij, pro quo in hæbraico habetur, Heloym, ac si diceret, eritis sicut Diuinæ personæ.

Hinc patet, vt & obiter hoc dicam, quam errauerit Ioannes Buxtorfius damnatæ memoriæ Auctor, dum in sua ad Lexicon hæbraicum præuia epistola dedicatoria inquit: *post Hieronymi tempora* (qui scilicet circa annum Domini CCCC. floruit) *studium linguarum Sacrarum diu cessasse videtur; vnde... & in Vniuersa Ecclesia doctrina horrendæ tenebræ obortæ sunt, quæ ad mille fere annos durarunt*: simulque patet, quàm erraticè, ac voluntariè à Papebrochio de lingua hæbraica pro Sæculo XIII. scriptum sit: *licet eius nulla barbaro isto sæculo necessitas esset, nec fere vtilitas.*

Ne quis autem putet eo sæculo, de quo loquimur, nostros tantum Theologos. Huius Sacræ linguæ studio addictos; penes verò Iudæos nullius fuisse vsus, audiatur Abbas Bartoloccius in sua *Bibliotecha Magna Rabbinica pag* 43. ibi enim Doctissimus vir, (de quo verissime ille cecinit

Οὐατικάνου δὲ Λυκαῖον κῦδος Ἰούλιος
Πάμμεγα, Ἑβραϊκῶν γνώριμος ἐστι χαρῶν.

Cuique hoc debeo, quod in eadem elaboratissimi operis sui *Parte III. pag.* 74. nomen meum aliqua cum laude scriptum voluerit, hæc ad rem nostram habet.

R. Dauid Kimichi scripsit de re Grammatica sub nomine *Michlòl*, de qua supra *Par. II. pag.* 31.

R. Iosephus Kimichius Dauidis Chimichij Pater scripsit *Ziccaròn* de Re Grammatica.

R. Moses Chimichius filius Iosephi, & frater Dauidis etiam ipse præclarum opusculum Grammaticale scripsit, quod *Maalàch sceuilè haddaàth* nuncupauit. Fuit sæpius excusum, ac per omnium manus teritur Iudæorum. Isti tres,

Pater

Pater ſcilicet, & duo filij claruerunt Chriſti ſæculo XII.

Eodem ſæculo XII. floruit R. Aben Ezre, qui & ipſe Grammaticam edidit, cum titulo *Moznè hallaſciòn*, de quo vide ſupra Part. 1 pag. 4. Hæc Bartolocius, ex quibus iterum patet, quam infundate ſcripſerit Papebrochius: *licet eius nulla barbaro iſto ſæculo neceſsitas eſſet, nec fere vtilitas.*

Quia verò textus Vaticanus ait: *rogo autem vos, vt deuotam aliquam regulam eligatis, vt in aliqua religione approbata Deo ſeruire poſſitis.* Papebrochius Vaticanum ſextum impugnans, *Religionis approbatæ*, inquit, *nomen ante Concilium Lateranenſe IV. celebratum anno 215. quis vſurpauerit, ſcripſeritque doceri cupio: item, an apud Græcos ſit aliquid, quod iſti tam ſpecificæ appellationi reſpondeat? dum hoc non ſit, licebit opinari latinum hominem ex latino ſui temporis vſu loqui, & ſcribere, quæ Græcis non conueniunt.* Reſpondeo primo, quod Vaticani textus defenſionem non ſuſcepimus. Reſpondeo ſecundo iam ex Iacobo de Vitriaco oſtenſum eſſe, quod vulgaris, communiſque Surianorum lingua non erat græca, ſed Saracenica. Reſpondeo tertio id, quod ſimili difficultati reſpondet Ioſeph Maria Mazara in opere, cui titulus: *l'eternità delle Conuerſioni felici* pag. 35. & 36. *Ne queſto vocabulo*, Chryſobulla, *è nuouo, perche* bulla, *per ſugello, ſi troua vſato ne' tempi di Arcadio, e gli reſcritti de gl' Imperatori ſi trouano chiamati*, aurei, *ſin da' tempi di Theodoſio ſuo Padre: a torto dunque ſi ſtima lontana da gl vſi di quei tempi queſta voce, che d'ambedue queſti vocaboli ſi compone. Ne ſi dica: che la voce non è di quel ſecolo, perche non ſi legge ne leſſici, e ne gl' Authori di quel tempo; perche ne meno in queſti ſi legge il*: Chryſo delto: *& è così ſolo in Themiſtio, come il* Chryſobulla, *nel noſtro priuilegio.* Nimirum habent quandoque Auctores aliquas voces, quas ante ipſos vſurpauerint nemo.

Eadem, ferè, reſpondenda ad illud, quod ait: *hoc prædeceſſoris Epitheon ſolitum inculcari in Pontificum Romanorum*

Bullis,

Bullis, præsetim in horum trium vltimorum sæculorum, iam scrupulosè hic Auctor obseruat, vt hoc quoque latinum hominem, phraseon græcanicarum expertē posuit indicare lectori non prorsus hebeti. Igitur sicut nos in Diuinis Officijs latina vtimur lingua, in vulgari autem, communique sermone lingua vtimur Italica; ita pariter Suriani, de quorum gente erat noster Enohc huius historiæ Adctor, in Diuinis Officijs græca, in vulgari sermone Saracenica lingua vtebantur. Si quis autem Italus græcæ linguæ peritus historiam aliquam græco componeret Idiomate, nonnè irrationabile esset latinas ab eo exigere phrases? ita in nostro casu. Videatur in tom. primo Bullarij Cassinensis Constitutio 4. quæ est Zachariæ Papæ I. data anno 749. ibi habetur: *pari etiam modo constituimus, vt prædecessori nostro Gregorio tertio, ac nostræ paruitati, anniuersario depositionis Die, solemnem, & festiuam commemorationem faciunt*. Immò apud Cassiodor. Variar. lib. 8. epist. 16. anno 528. Athalaricus Rex sic loquitur: *nam quod vobis per decessores, prædecessoresque nostros temporibus Domni Aui nostri, consuetudo longa dedit, indulgentia quoque nostra custodit*. Immò Papebrochius in Conatu ad Catalogum Pontificum part. 1. pag. 148. de Ioanne 9. qui fuit ordinatus anno 898. refert, quod in Epistola ad Clerum, & Populum Lingonensem de Agrino Episcopo sic loquitur: *restituimus eum vobis canonicè, non sententiam prædecessoris nostri Stephani Papæ reprehendentes, sed vtilitatis, & necessitatis causa canonicè in melius commutantes, queadmodum prædecessores nostros in multis egisse in promptu habemus*. Et pag. 144. de formoso num. 1. refert sententiam Ioannis octauo contra Formosum, in qua *prædecessoris* titulus legitur; vt scias nouam non esse, sed antiquam satis phrasim.

DV-

DVBIVM II.

De Regula Antiquitate iuxta Textum Vaticanum.

TExtus Vaticanus sic habet: *animo nostro statuimus regulam obseruare, quam S. Albertus fecit Carmelita, Patriarcha Prædecessor vester, annis iam elapsis quadringentis duodecim.* Papebrochius in annotatis ad cap. 2. hæc habet: *hæc si dicta censeantur decimo octauo ætatis anno, qui numero præcedenti indicatur, spectat ad annum Christi 1204. quando adhuc in Italia manebat Albertus, & de eo in Palestinam mittendo primum cogitare cepit Pontifex Innocentius III. Ioffrido Cardinali delatum sibi Patriarchatum recusante .... nescio an hanc contradictionem obseruauerit hactenus Carmelitarum quispiam.*

Respondeo primo hæc Vaticani textus absurda nobis à Papebrochio frustra obijci; quippe qui Vaticani textus defensionem non suscepimus. Respondeo secundo, quod contradictionem hanc aduerterunt non solum vnus, sed plures Carmelitæ. Animaduertit Lezzana tom. 4. Annal. ad annum Christi 1204. Animaduertit Wastelius in Vindicijs sect. 1. 2. 4. vbi proindè asserit textum ita legendum esse: *Animo nostro statuimus regulam obseruare quam Sanctus Ioannes fecit Carmelita Prędecessor vester anno 412.* Ratio Wastellis est, quia epiteta, quæ Alberto tribuuntur, collectim sumpta, Ioanni conueniunt, non Alberto; quippe qui nec Carmelita fuit, nec Nicodemi prædecessor. Per hæc autem verba sic accepta initium regulæ non refertur ad annum ferè 800. siuè ad innitium sæculi noni, vt ait Papebrochius, sed ad tempus Ioannis. Verum rem ridiculam obserua: impugnat Papebrochius hanc corrupti loci restitutionem à Wastellio Carmelita factam; & tamen scribit: *nescio, an hanc contradictionem obseruauerit hactenus Carmelitarum quis-*

piam: cum tamen Wastellius scripsisset: *ex litteris denique Innocentij Papa III. constat apertè hunc Albertum non adijsse terram Sanctam ante annum MCC... atque sic vel ipsa ratio Chronologica ostendit locum indubitanter corruptum.*

Contra Wastellium igitur sic instat primo: *vnde probabit nobis Wastellius, quod saculo XIII. historicarum rerum imperito Hierosolymis habebatur Patriarcharum series adeò exactè comparata cum numero annorum Christiana ęra, vt eum hoc loco definire adeò promptum fuerit?* Respondeo primò, quod sæculum illud historicarum rerum fuerit adeò imperitum, vt nec apud Religiosos Carmelitas extaret memoria anni, quo à Ioanne regula facta fuit, supponit Papebrochius non probat, probare autem debet, cum accusatoris, & Impugnatoris sustineat partes. Certè Iacobus de Vitriaco in Epistola circa annum 1219. ad Honorium III. scripta, & in exercitu propè Damiatam data, & ab Acherio in tom. 8. sui Spicilegij relata, inquit: *hoc præsenti anno Suriani, qui nobiscum erant in exercitu, librum alium antiquissimum lingua Saracenica scriptũ de antiquis Armarij suis nobis ostenderunt*, &c. In quo quidem libro ab Orbe condito (ni memoria me decipit) vsque ad tempus illud rerum gestarum continebatur series. Respondeo secundò, quod vt Iuuenes illi scirent, quod S. Ioannes Patriarcha anno 412. regulam fecerat, necesse non fuit, vt sæculo illo haberetur Hierosolymis Patriarcharũm series exactè comparata cum numero annorum Christianæ æræ. Vt sciam, quod Clemens IX. per Constitutionem sub die 20. Septembris 1668. suspendit Breue Innocentij X. Generalem Congregationem in Societate Iesu singulo quouis Nouennio celebrandam iniungentis, quis dicat necesse esse, vt apud me habeatur Pontificum series exactè comparata cum numero annorum Christianæ æræ?

Secundò instat, & quærit, *quo iure Wastellius mutet contextum?* Respondeo, eo iure, quo toties Papebrochius in

San-

Sanctorum actis textus mutat, & corrigit. Eo iure, quo in annotatis ad cap. 2. libri Miraculorum S. Opportunæ (cuius vitam refert tom. 3. die 22. Aprilis) sub littera A. sic scribit: *Ludouicus Rex Germaniæ Ludouici Pij filius moriens anno 876. fratrem habuit Carolum Caluum Regem Franciæ, qui Romæ coronatus est Imperator anno 875. exeunte. Hinc euidenter cognosci putaretur tempus huius tam translationis, quam scriptionis, nisi mox num. 5. sequeretur mentio irruptionis factæ per Bosonem, & vtriusque, tam Ludouici, quam Caroli Calui mortem secutæ. Itaque omnino iudicamus non Frater, sed Pater legi debere, vt intelligatur Carolus Crassus filius Ludouici prædicti, Imperator anno 800. & anno 884. factus Rex Franciæ, qui obijt anno* 888. Textus autem, quem corrigit, & si minimè dubium ita se habet: *Iam itaque Inclytus Rex Ludouicus frater Gloriosi, & Magni Domini Caroli nostri Imperatoris.*

Tertiò instat, *quia textus est minimè dubius, ergo non debuit mutari, aut corrigi.* Respondeo antecedens esse verum, quia sensus est certissimè falsus. Sic ista propositio: *homo est lapis*: est minimè dubia, quia est certissimè falsa; falsitas autem (inquit Lezzana tom. 4. Annal. ad anno 1171. sub numero 6.) *duplici signo clarè innotescit: Primum, quia dicit Regulam ab Alberto anno 412. quo quidem tempore Ioannes ille Hierosolymitarum Antistes Carmelitis Confratribus librum de Institutione Monachorum scripsit, vt ex perpetua, constantique Ordinis traditione, grauissimisque Doctoribus ostendimus tomis præcedentibus. Secundum ex ipso nomine (Carmelita) quo in prædictis verbis vsi sunt Sanctissimi illi Angelus, & Ioannes; id etiam euincitur; Albertus enim, qui Carmelitis regulam tradidit, & si Pater Carmelitarum iure dicatur, Carmelita tamen non fuit. Ioannem verò illum prædicti libri de Institutione Monachorum Auctorem Carmelicolam fuisse, vel ex ipsimet in eodem libro, vel ex testimonijs.. facilè comprobatur. Consequentia ergo neganda.*

Quarto instat: error iste non potest tribui nisi Auctori: ergo Auctor iste non fuit coeuus S. Angelo. Respondeo, antecedens debebat Papebrochius probare, non supponere certum; eadem enim facilitate, qua astruitur, negari potest. Certè in Commentario præuio ad Acta (quæ ab ipso referuntur tomo 1. die 2. Aprilis) S. Mariæ Ægyptiacæ §. 4. num. 31. *Vehementer* (inquit) *metuimus, considerata Eduardi ętate, ne Antonÿ se pro Regegerentis Secretarius Petrus de Luna, quemadmodum conuictus est, quadam calami pręcipitantia scripsisse nomen Elisabethæ Reginæ pro nomine Elisabethę Hungaricę; sic etiam lapsus sit nomine Cardinalis Farnesÿ, atque ei pro Alexandro.. obrepserit illius pronepos Eduardus*. Similiter in annotatis ad secundam partem Actorum (quæ à Papebrochio referuntur tom. 1. die 2. Aprilis) S. Francisci de Paula, sub littera E. sic habet: *hic Petrus Gebert haud dubio idem est, qui in vita ab Auctore coęuo conscripta vocatur Gilbert: sed quomodo eius Socius hic Thomas, istic Antonius, dicitur? Alterutrum memoria lapsum fuisse oportet*. Cur autem errorem in Alberti nomine nolit calami præcipitantiæ, aut memoriæ lapsui, aut vt alibi facit, & infra videbimus, transcribentibus, aut Typographis tribuere videat ipse.

Vrget quintò, Papebrochius; quod Auctor loquatur de Alberti, non de Ioannis Regula, atque adeò, quod de Alberto, non de Ioanne voluerit intelligi, constat: quia dicuntur Angelus, & Ioannes maiorem abstinentiam seruare voluisse, quam regula præciperet: etenim Albertina regula cap. 10. & 11. dat aliquas abstinentiæ leges; at in Ioannis libro nullum de Ieiunio verbum, vt ex Indice apparet.

Verum, & hæc obiectio nihil facienda. Etenim, vt ait Lezzana tom. 4. Annal. ad annum 1205. num. 8. *id ergo dumtaxat compertum, regulę datam ab hoc anno 1205. vsque ad 1214. esse emendicandam; hoc enim solo tempore superstes fuit in Patriarchatu Albertus: nihilominus valde satis credibile*

est

est hoc eodem anno aduentus Alberti in Acconem, vel paulò post regulam nostris ab ipso datam fuisse. Noster Daniel in Speculo tom. 1. part. 1. num. 398. post multa fundamentaliter adducta, sic concludit: *Itaque id, vt certum omnino sit, regulam datam, non anno* 1071, *nec.* 1199. *sed intra spatium annorum* 1205. *&* 1214. *atque verisimilius ipso anno* 1205. *aut* 1209. Regula ergo fuit data, aut anno 1205. aut 1209. At Vaticani textus Auctor supponit datam anno 1205. dum ait, quod Angelus, & Ioannes in Cœnobio Carmeli Montis constituti: *maiori abstinentia, quam Regulę instituto tenerentur, viuere cęperunt.*

Igitur Angelus anno 1184. die 2. Iunij concipitur. Anno 1185. die 2. Martij in hanc lacrymarum Vallem Materno ex vtero emittitur. Anno 1204. die octaua Septembris, completo decimo octauo suæ ætatis anno, quod etiam supponit Papebrochins *in annotatis ad cap.* 2. *littera D.* Carmelitarum habitum induit. 1205: die octaua Septembris suam emittit professionem, & in Carmeli exindè Cœnobio constituitur. Anno 1213. anno ætatis 28. Hierosolymam ad Sacerdotij ordinem suscipiendum mittitur. Anno 1218. propè anni finem, è deserto egrediens Hierosolymam accedit. Anno 1219. die prima Aprilis Alexandriam relinquens, Siciliam versus soluit. Anno 1220. die quinta Maij Martyrius sustinens, Cœlum ingreditur.

Sancti ergo Angelus, & Ioannes, quando dixerunt: *Statuimus regulam obseruare*: locuti sunt de regula Ioannis, non de Albertina; ratio est, quia Albertina non extabat adhuc, atque adeò de illa nullam poterant habere notitiam, & consequenter nec de illa loqui. Enoch verò dum ait: *quod abstinentia maiori, quàm pro regulę instituto tenerentur*: loquitur de regula Albertina, quæ, vt obseruat Lezzana ad annum 1205. num 22. fuit quidem data anno 1205. sed expleto per Angelum, & Ioannem probationis anno; fauetque nolens

Pape-

Papebrochius, cum tom. 1. Aprilis ad diem 8. in Vita S. Alberti scribat cap. 3. num 24. quod D. Albertus anno 1205. in terram Sanctam vela fecit; *anno verosimiliter in hyemem vergente; adeoque Theodoricus Pauli annum sequentem, scilicèt 1206. primum Patriarchatus annum vocat*: vbi valdè notandum, quod Lezzana ad annum 1205. loquendo de professionis tempore, illud non determinat præcisè, sed ait: *circum circa*, de cuius particulæ significato Papebrochius ipse tom. 1. Aprilis. Vbi de die mortis S. Ambrosij agit num. 3. quod adnotari volui, ne quis mihi objiciat, quod à Lezzana recedam, cum verè non recedam. Vnde solum in Carmelo, & statim ac in Carmelo cæperunt viuere maiori abstinentia, quam regulæ (scilicèt Albertinæ) instituto tenerentur. Quod autem Enoch loquatur de Regula Albertina, patet, quia loquitur de Regula illa, in qua Carmelitis ieiunium præcipiebatur *à festo S. Crucis vsque ad Dominica Resurrectionis solemnia.* Adde, Alberti præcepta, ante Albertinam Regulam, saltem magna ex parte, in vsu ordinis fuisse; ratio, est, quam adducit Lezzana tom. 4. ad anno 1205. num 12. quia Albertina Regula fuit desumpta ex Institutionibus B. Brocardi factis pro Carmelitis; quæ Statuta; seu, vt alij vocant, Regulam, Albertus; *abbreuiando, & ad methodum, breueque compendium redigendo, aliaue forsan immutando, regulam composuit*; à B. autem Brocardo Statuta, seu regulam compositam, probat Lezzana ad annum 1191. num. 9. vnde si supponatur pro tunc, scilicèt anno 1205. regulam Albertinam datam non fuisse, textus intelligi potest de regula, seu statutis Brocardi.

DV-

DVBIVM III.

De Regula Antiquitate iuxta Textum Panormitanum.

IN Vita S. Angeli cap. 4. hæc habentur: *animo ſtatuimus vitam ſeruandam ſuſcipere, quam annis ſupra quadringentis, pluribus iam euolutis, Prophetarum ſucceſſores, diù in Monte Carmelo, non verò in plerisque locis ſeruare cæperunt.*

Hunc textum ſic impugnat Papebrochius: *vidit hoc interpolator Siculus*: ſcilicet errorem Vaticani textus: Reſpondeo: ſupponit, non probat Papebrochius, quod textus Vaticanus ſit prior textu Panormitano, & quod Panormitanum ſcribens, præ oculis habuerit Vaticanum textum; oppoſitum autem vidimus ſupra. Addit: *& Alberti nomen prudenter expunxit, retento annorum numero, quo regulam faceret antiquiorem videri.* Reſpondeo; ſupponit, non probat, quod textus loquatur de Albertina regula, cum tamen loquatur de regula Ioannis, vt vidimus num. 71. Sequitur: *quod etiam alij plures præſtare conati ſunt, anticipando datam regulæ magis, vel minus, prout quiſque ſolicitior erat, vt facerent ipſam multo antiquiorem videri Concilio Lateranenſi quarto, quo canebatur, ne quis de cetero religionem inueniret; ſed quicumque voluiſſet ad religionem conuerti, iubebatur vnam de approbatis ſumere.*

Reſpondeo, quod de data regulæ Albertinæ quadruplex olim apud noſtrates fuit ſententia: Prima, quod fuerit data anno 1171 hanc reprobat Lezzana tom. 4. ad ann 1171. vbi numero 7. huius erroris cauſam aſſignat, Inſcitiam ſcilicèt Chronologiæ temporum. *Nam de tempore, quo Albertus Vercellenſis regulæ noſtræ Auctor ad Hieroſolymitanam Sedem aſſumptus eſt oblinio penitus apud noſtrates ex Syria ob Barbarorum rabiem eiectos, extabat, donec diligentia Ioannis Stepha-*

ni

ni Ferrerij Vercellensis, etiam Antistitis compertum est ex registro Innocentij III. in Vaticano Archiuio, Pontificatus eius Innocentij anno septimo id accidisse. Secunda sententia ex eodem errorem profecta est, quod regula data fuerit anno 1199. quam reijcit, vt improbabilem Lezzana ad ann. 1199. num. 5. cur atem posita illa temporis ignorantia, aliqui pro data assignauerint anno 1171. tangit sub eodem anno num. 8. & 9 & similiter, cur aliqui assignauerint annum 1199. tangit sub eodem anno num. 6. & ad annum 1205. num. 9 Tertia sententia, quæ Lezzanæ ad annum 1205. num. 9. videtur credibilis, est, quod regula data fuerit anno 1209. Quarta denique sententia, quam tenet Lezzana ad annum 1205. num. 8. & 22. & quam sequimur nos vtpotè Vitæ Sancti Angeli conformiorem, est, quod regula data fuerit anno 1205. Ex quibus Lezzanæ locis, in quibus dictarum sententiarum origines, & fundamenta, qualiacumque sint, referre satagit, Papebrochij error plusquam satis refellitur, ambitioni, & malitiæ eam sententiarum varietatem tribuentis. Profecto Ioseph Maffei Iesuita in Vita S. Francisci Xauerij lib 1. c. 1. hæc habet: *quanto all'anno del suo Natale, il Padre Horatio Torsellino, che primo di tutti publicò la sua Vita, e di poi fù seguitato da gl'altri asserisce, che egli vēne alla luce circa il* 1497. *ma veramente par necessario confessare, che hanno quì pigliato errore gli historici*: assignata deinde erroris occasione, sequitur: *Nacque il Padre S. Frãcesco Sauier à 7. d'Aprile* 1506. Sicut igitur de Natali S. Francisci Xauerij anno non vnam historici Iesuitæ habuere sententiam, ita de regulæ data Carmelitæ. Peto modò rationabile ne esset Iesuitarum malitiæ, & ambitioni illam sententiarum varietatem tribuere? At inquies, non malitiæ, & ambitioni tribuit, sed falsæ Carmelitarum imaginationi; sequitur enim.

Non enim ipsis satis videbatur approbata, quam Albertus, licèt Apostolici Legati auctoritate munitus, scripserat, si ea scri-

ſcripta ſolum erat ante pauciſſimos annos: quando eam, nec dum vllus Pontifex confirmauerat. Reſpondeo, quod illud, *non ſatis videbatur*, à Papebrochio dicitur, ſed non probatur, quod tamen accuſatori, & Impugnatori conueniret: decipitur etiam; cum Carmelitæ velint, quod regula ſufficientiſſimè approbata ſit ab Alberto, non ſolum in quantum Sedis Apoſtolicæ Legato, & extraordinaria poteſtate, ſed etiam in quantum Patriarcha, & proprio Iure, nullam penitus facientes vim in regulæ antiquitate, vt inde ſufficientem eius approbationem deducant, vt patet, ex Lezzana tom. 4. Annal. ad annum 1205. num. 18. & 19. vbi noſtrorum Auctorum circa hanc rem refert ſenſum: ibi enim ſic; *prædicta autem ab Alberto nobis tradita regula, eo ipſo ab eodem ſimul approbata, & confirmata appellari debet: primò, propter poteſtatem extraordinariam Legati Sedis Apoſtolicæ, qua Albertus fungebatur... ratione cuius etiam ab ipſa Sede Apoſtolica Regula approbata, & confirmata dici poteſt; ea enim, quæ à Legato Sedis Apoſtolicæ, vt tali, fiunt, ab eadem Sede facta dicuntur. Iuxta regulam Iuris*: ea noſtra fiunt, quibus auctoritatem impartimur. *Thomas à Ieſu de Regula Carmelit. part. 2. dub. 3. ex quibus ſequitur. Secundò propter poteſtatem ordinariam, qua etiam fungebatur Albertus, &c.* ſequitur ibi probare, quod Albertus ordinaria poteſtate, & iure ſuo potuit Religionem approbare, & quod de facto approbauit.

Decipitur etiam Papebrochius, dum putat, quod textus de Albertina Regula loquatur, loquitur enim de illa Ioannis, vt vidimus num.   . At inquies: Regula Ioannis ſcripta fuit anno 412. At Regula, de qua loquitur textus, data fuit anno Domini 792. vel 800. hoc patet; nã quando Iuuenes dixerunt: *animo ſtatuimus vitæ normã ſeruandam ſuſcipere; quam annis ſupra quadringentis, pluribus euolutis iam, Prophetarum ſucceſſores diù in Monte Carmelo, nunc verò pleriſque in lo-*

 cis

eis seruare susceperunt: currebat annus Domini 1204. à qua summa si subtrahantur anni 412. remanent anni 792. vel 800. Respondeo, quod anni, de quibus textus, sunt numerandi, non ab anno 1204. retrocedendo ad annum 800. sed numerandi sunt ab anno Incarnationis Domini procedendo ad annum 412. fundamentum istius expositionis vidimus in antecedenti dubio: Cui addi potest, quod quando aliquis textus est obscurus, debet exponi iuxta aliundè nota in eadem materia; sed constat, quod Alberti Regula non extabat anno 1204. de illa igitur non loquitur textus: constat insuper, quod Regula Ioannis facta fuit, non anno 800. sed anno 412 igitur anni in textu relati sic numerari debent, vt pertingat initium regulæ ad annum 412. ergo numerari debent non retrocedendo ab anno 1204. sed incipiendo ab anno primo Dominicæ Incarnationis.

Cœterum, si Papebrochius obstinatè contendat, quod anni in textu relati numeri debeant, retrocendo ab anno 1204. adhuc non repugnabo; addam tamen, quod vel sic numerando, initium Regulæ Ioannis refertur, non ad annum 800. sed ad annum 412. quod vt ex ipso Papebrochio conuincamus, sciendum est, quod de S. Walarico Abbate Leuconaensi Primo in Pago Piccardiæ agit Papebrochius ad diem primam Aprilis. Obijt Sanctus iste circa annum 619. eius vita scripta fuit primo à Regimberto, Auctore illi propè coæuo, vt indicant, quæ habentur numero 8. vbi Sancti virtutes describuntur; *quas*, loquit Vitæ Auctor, *à veredictis, & benè compertis viris audiuimus, quos ipse edocuit, & enutriuit, & quosdam ex ipsis de diuersis languoribus sanitati restituit.* Eandem vitam sæculo XI. comptiore Sermone edidit Propius, qui in prologo hæc habet: *vestra tunc fraternitas nostram paruitatem, summa cum humilitate, postulabat, vt vitam patroni vestri Walarici succinto, & compto sermone ederem, quam ante Aliquot annos venerandus vir Regimbertus*

Abbas,

Abbas, summo quidem studio, sed nimis prolixo, & simplici sermone dictauerat.

Papebrochius in annotatis ad prologum litter. D. sic habet: *de Regimberto supra actum. Sed si hic Sancto propemodum coaeuus fuit, quomodo ab Auctore saculi XI. solum dicitur scripsisse ante aliquot annos? coaeuum penè fuisse, ostendimus clarè; restat igitur, vt per Aliquot, intelligas multos.* Sed isti multi quot sunt? tot scilicèt ad minus, quot fluxerunt inter annum 619. & annum 1000. idest anni 381. Si quis peteret à Papebrochio, cur verbum illud, *Aliquot*, à sua ordinaria significatione detorquens, extendit ad significandum annos 381. qui quidem non *Aliquot*, sed multi sunt? responderet, opinor, verborum significationem veritati aliundè cognitæ accomodandam, vt Auctorum existimatio, quantum fieri potest, & rei constantia, & iudicij æquitas saluetur: & optimè quidem; vt enim eruditè noster Marinarius ostendit *tom. 2. Veri Augustini, disp. 1. cap. 29.* non semper verba sunt accipienda vt sonant, sed iuxta subiectam materiam. His positis, dico, quod allato textu: *Animo statuimus, vitæ normam seruandam suscipere, quam annis supra quadringentos, Pluribus iam euolutis, successores Prophetarum, diu in Monte Carmelo, nunc vero plerisque in locis seruare cœperunt.* Vox illa, *Pluribus*, significat annos 392. qui, si addantur annis 400. in textu expressis, conficiunt summam annorum 792. quibus detractis ab annis 1204 remanent anni 412. quod est tempus, in quo Ioannis Regula scripta fuit. Fundatur autem hæc explicatio in veritate aliũdè nota; nobis enim aliundè constat, quod Ioannis regula, de qua textus loquitur, scripta fuit anno 412. Sicut igitur Papebrochius suam explicationem deducit ex principio, vt putat, clarè ostenso, quod scilicèt Regimbertus fuerit penè coæuus S. Walarico; ita nos nostram explicationẽ deducimus ex principio clarè ostenso, quod scilicèt Io. Regula scripta fuerit an. 412. à Christi Dñi Incarnatione.

DVBIVM IV.

De Monachis in Conuentu S. Annæ habitantibus.

CAp. 4. Vitæ S. Angeli de Hieronymo Monasterij S. Annæ Priori sic habetur: *re prius oportunè discussa cum Hieronymo expressi Monasterij Priore, viro vita integritate, & innocentia singulari.* Papebrochius in annotatis ad cap. 2. litter. E. ab adductis verbis occasione desumpta, sic insurgit: *capta Ciuitate, latinis omnibus inde eiectis, adeoque, & Sanctimonialibus Benedictinis, quæ Abbatiam S. Annæ tenebant, potuerunt in horum locum Monachi Suriani successisse.* Hic iterum Papebrochius confundit Monasterium S. Annæ, quod erat intra Ciuitatem, & ad Moniales Benedictinas pertinebat, cum Monasterio S. Annæ, quod erat extra Ciuitatem, & ad Monacos spectabat Carmelitas.

Sequitur Papebrochius: *sed an hoc pro suis volent agnoscere Carmelitæ? & si velint, etiam alijs credibile facient huiusmodi Monachos, vtique Schismaticos, pertinuisse ad obedientiam Prioris Latini, ad Fontem Eliæ commorantis in Carmelo?* Sed quis dixit Papebrochio Monachos, S. Annæ Conuentum inhabitantes, fuisse Schismaticos? & vnde hoc nobis probabit? Inquies: ex Iacobo de Vitriaco, qui dixit Surianos esse *ex magna parte Infideles.* Sed de Surianorum, præsertim Monachorum, recta fide, & quam Papebrochius Iacobi auctoritate abutatur, dictum manet.

Sequitur Papebrochius: *interim in Kalendario M. S. Carmeli Mechliniensis (quod nobis constat manu nō vna successiuè auctum fuiße) & absque vllo scripturarum discrimine præponitur tom. 2. Speculi Carmelitani.* Etiam Exercitiorum liber S. Ignatio adscriptus, manu non vna succcessiuè auctus dicitur à Vincentio Baronio *lib. 2. suæ Theologiæ Moralis disp. 3. sect. 1. a. 2.* §. 2. quid ergo? Kalendarium illud suam non meretur

fidem?

fidem? At Auctor Speculi Carmelitani, sicut & Wastellius noster *lib. 1. Vindiciarum sect. 4. a. 1.* oppositum non solum dicunt, sed & efficaciter probant. Verum, inquis, *sine vllo scripturarum discrimine praponitur.* Sed audi Speculi Auctorem: *in Kalendario isto alia sunt primogeniÿ scriptoris vetustioris, alia per modum Actuariÿ postea addita; sicut satis indicat diuersitas scriptura. Qua sint primogenia, & vetustiora dignoscetur ex littera A. posposita: illa, inquam, quibus posponitur A. primogeniÿ vetusti Calendariÿ verba sunt: alia, quibus littera B. additur, Actuariÿ verba sunt.*

Interim nota, quod Iacobus de Vitriaco scripsit anno 1220. & quidem de Monialibus anno 1220. in illa S. Annæ Abbatia existentibus: ait enim (*sunt*) non autem ait (*erant*) peto modo, an Sanctimoniales illæ, sicut & Canonici in Monte Syon, & in Templo Domini, essent ex Surianorum, an ex latinorum gente? non Suriani; quia iuxta Papebrochium Canonici illi, sicut & Sanctimoniales illæ, Catholicam sequebantur fidem, & vnionem; Suriani autem erant Schismatici. Non etiam latini, quia iuxta Papebrochium, capta Ciuitate, latini omnes eiecti fuere. Soluat ipse nodum, quem fecit sibi; dum nos interim ad alia properamus.

CAPVT QVINTVM.

De ingressu Religonis, & victus abstinentia, de Camisia ferrea, & aliÿs indumentis, de strato, de Somno, & modo orandi.

Die igitur, scilicet Festo Natiuitatis Beatæ Virginis, omni Solemnitate Seruata, adolescentuli, moribus, & vita conspicui, incredibili humilitate, & deuotione, habitum Carmelitanæ professionis suscipiunt; nec solũ Religio-

nis

nis ingressu, virtute, ac probitate proficiunt; sed & interim Sanctimoniæ, & humilitatis quotidiana exempla proferant: sicque peracto probationis anno, & ex more Solemni professione emissa, decreto Patrum in Carmeli Montis Cœnobio constituuntur; vbi abstinentia maiori, quam regulæ instituto tenerentur, viuere cœperunt. Nam cum à Festo S. Crucis, quod mense Septembri celebratur, vsque ad Dominicæ Resurrectionis Solemnia ieiunia continuare soleant, ipsi ardentiori animo corpus abstinentia præmere cupientes, impetrata humiliter à Priore venia, eadem ieiunia simplicis, & solius panis, & aquæ modica refectione contenti peragebant. Feria tamen secunda, quarta, & sexta nihil penitus aliud, nisi crudarum, & mollium fabarum modicum sumebant. A festo quoque Resurrectionis ad Pentecosten, quarta, & sexta ferijs, solo, & eodem modico, pane, & aqua contenti erant. Alijs verò diebus parum Caulium modico oleo conditarum edebant. A Pentecoste autem ad festum S. Crucis, Dominico, & Iouis die coctis, tum oleribus, tum Leguminibus vescebantur. Cœteris autem diebus solius panis, & aquæ simplici cibo viuebant. Nunquam denique, aut Carnes, aut lac, aut oua comederunt, nec vinum biberunt.

Sed neque solum ciborum abstinentia, & ieiunijs corpus præmere, sed & ferè intollerabili vestium duritiæ, & asperitate illud ad seruitutem spiritus redigere satagebant. Ferrea namque Camisia nudam carnem tegentes, laneam desuper albam, griseamque deinde, seu canutinam natiui coloris cucullatam, Cœnobitarum more gestabant. Cęterum Diuinis in Choro vacantes, aut extra Monasterium iussu Prioris prodeuntes, candidam insuper clamydem canusinis, seu virgulis distinctam, & circulatam gerebant. Lecti eorum nuda humus, & cum spiritus quandoque languidior esset, tabulæ, seu (quod maius mente concipi leuamen non pote-

rat)

rat) mediocris fœni manipulus, cubile fessis plusquam mollissimum videbatur. Duabus tamen lodicibus, inferius altera, altera superius, vti solebant. Nunquam visi sunt in lecto iacentes, & erat tanta earum vigilantia, tanta sollicitudo, vt quotidiano officio, ex debito persoluto, die singula totum gentibus flexis psalterium, legem Domini meditando, perlegerent; nunquam orationi vacari desisterent, nisi ad alia obedientiæ salutaris monitu vocarentur.

Circa Caput Quintum.

DVBIVM PRIMVM.

An in describenda Cappa Carmelitica contrarientur ad inuicem B. Enoch, & D. Cyrillus?

IN vita D. Angeli cap. 5. hæc habentur verba: *cæterum Diuinis in Choro vacantes, aut extra Monasterium iussu Prioris prodeuntes, candidam insuper clamydam, canusinis seu virgulis distinctam*; quia vero Epistola D. Cyrilli de Ortu, & progressu Ordinis Carmelitano est adeò validissimum nostræ Antiquitatis fundamentum, vt ea stante, cœtera stare necesse sit, ideò à Papebrochij defendenda iaculis: Cum igitur verissimum sit, quod D. Angelus, & D. Cyrillus fuerunt coæui, immò cohabitatores eiusdem Conuentus S. Annæ, tamen Cappa D. Angeli, quam Enoch describit, valdè dissimilis Papebrochio videtur Cappæ Carmeliticæ, quam in Epistola sua D. Cyrillus expressam, descriptamque voluit: Ex quo infert Papebrochius, falsum, confictumque librum, seu epistolam de Ordinis progressu Diuo Cyrillo attributam.

Primum igitur Papebrochij Argumentum est hoc. In Epistola de progressu Ordinis Carmelitani D. Cyrillo S. Angeli

geli coæuo attributa dicitur, quod Cappa constabat septem partibus, seù petijs, tribus griseis, & quatuor albis; sed hoc est falsum: ergo etiam Epistola illa est falsa, conficta, & falsò D. Cyrillo adscripta; probatur minor, quia si partes Cappæ, seù Pallij Barrati fuissent tantum septem, quælibet illarum habuisset latitudinem saltem vnius vlnæ, cum longitudine vix duarum vlnarum, vt sic ex illis solum septem partibus posset totum integrari pallium; sed partes componentes Pallium Barratum, seù Carpitam, seù Cappam Barratam non habebant singulæ latitudinem vnius vlnæ; ergo non erant septem tantum. Probatur, si illarum quælibet habuisset latitudinem vnius vlnæ, ab Auctore vitæ D. Angeli non vocarentur virgulæ: ergo non habebant latitudinem vnius vlnæ. Probatur antecedens, quia vocare virgularum nomine partes, quarum quælibet habet latitudinem vnius vlnæ est maximum absurdum.

Cœterum noster Leo à S. Ioanne, in omni politiori litteratura eruditissimus, vt patet ex eius selectis Epistolis, in quorum vna Petro Wastellio scripta, de se ipso absque iactantia dicere potuit: *ego certè, qui Latinitati non otiose addictus sum*, minimè absurdum existimauit, partes illas septem virgularum nomine vocare: in libro enim, cui titulus: *Pictura Vestis Religiosæ sect.* 10. sic habet: *verosimilius crediderim in Palestina, vbi nullum nigri vsum nostri Patres agnoscebant, griseas fuisse Barras illas, seu Virgulas*: & rectè quidem; sicut enim non est absurdum, quod pars Nili vocetur *particula* Nili, vndè Platina in Vita Honorij III. *Heliopolis hac Vrbs quondam appellata est, ab Elio Pertinace, qui eam triplici muro circumdedit, deducta Nili particula, qua Vrbem in Insulæ formam redigeret*; ita neque, quod petia panni vocetur virgula panni, & ratio est, quia (vt inquit noster Daniel in Speculo num. 2895.) pallia *illa nuncupata fuerunt virgulata, & eorum partes virgæ, quia scilicèt oblongæ, veluti virgæ; infe-*

rius

rius quidem latiores, superius autem minus lata: & sicuti per hanc vocem, *particula*, non est exprimibilis defenita latitudo, cum dicatur de parte Nili, & de qualibet minima re; siquidem Anaxagoras (vt refert Cicero lib. 2. Academ. 99.) dicebat infinitas *particulas* diuersæ rationis, v. g. ignis, terræ, carnis, sanguinis, ligni, &c. esse permixtas in qualibet re. Et Iacobus Augustus Thuanus historiarum sui temporis lib. 13. inducit Cosmum rogantem, *vt Philippus videat, quã malè in posterum rebus suis sit consulturus, si homines natura feroces... ad hoc fastigium eueheat, vt Principes eos in florentissima Etruriæ* particula *constituat*. Ita pariter hac voce *virgula* non exprimitur, an panni petia sit latitudinis vnius vlnæ, an valdè minoris. Sic, quod à quibusdam historicis cingulus S. Francisci vocetur, *Zona*, non infertur, quod fuerit latus, aut angustus, & exilis, vt probat Wadingus in *Apologetico de pretenso Monachatu S. Francisci q.* 4. Immò in Thesauro linguæ latinæ edito Lugduni anno 1573. v. *Virgulatus*, vestis virgatæ nomine intelligitur vestis purpurea; adeò virga, & virgula ab omni latitudinis significatione abstrahunt. Denique, si quis velit esse absurdum, idest non admodum latinè dictum, Cappam scilicèt septem petijs constantem vocare clamydem virgulis distinctam, non admodum repugnabo, dummodo mihi concedatur nullam habere impossibilitatis speciem, quod Antiquus Auctor sæculo, quoad latinitatem, vt vult Papebrochius, sub barbaro, scribens, aliquid latinè protulerit vitiosè dictum; cum & in maximis Auctoribus sæpè aliqua reperiantur, quæ lima indigent, vt aduertit Carmelitani Armamentarij Auctor part. 2. num. 289.

Et patet in Tursellino Iesuita, qui (vt adnotauit Paganinus Gaudentius cap. 15. Operis, cui titulus: *I fatti del Grand' Alessandro supplito*) Alexandrum Magnum, & si in Vigesimo ætatis, suæ anno constitutum, vocat *Adolescentem*: cum

tamen Adolescentia annum decimum quartum non excedat. vide Paganinum cap. 16.

Interim audiendus Posseuinus in Bibliotheca selecta lib. 1. cap. 12. de librorum censura agens: vbi hæc ad rem: *qui in verbo vno, aut altero, aut multis etiam quempiam correxerit, nè continuo videri postulet se illo doctiorem, aut magis ad rem attulisse, quod multi sibi ipsis stultè persuadent; vt si quid in magnis Auctoribus corrigant, illis se protinus anteponi autument; velut cum memoria, seu incogitantia Magnus vir labitur: Horatio, vel Homerus ipse dormitare nonnunquam videtur: aut cum linguæ ignorantia fallitur: quæ errata græcè, & latinè Semidocti captant; magna sanè iniquitate, qui à nobis eam cognitionem latini, aut græci sermonis exigunt alieni, & Inscitiÿ, quæ in Cicerone, aut Demosthene vix fuit, vel in quopiam ex illis, qui linguam suxerunt cum lacte... Augustinus rectè, qui eo magis ait solecismis, & barbarismis offendi homines, quo infirmiores sunt; & eo esse infirmiores, quo doctiores videri velint.* Videantur Pallauicinus in historia Concilij Tridentini edita Romæ anno 1666. lib. 1. num. 80. Benedictus Haeftenus in disquis. Monastic. lib. 2. tract. 1. disquis. 7. §. verum Diuus Augustinus lib. 2. in Crescon. cap. 1.

Secundum argumentum est huiusmodi: ab Auctore textus Panormitani Pallium Barratum sic describitur: *est clamydis alba, canusinis virgulis distincta, seu circulata*; sed ex hac descriptione sequitur, quod vox *circulata* significet idem, ac vox *friseata*: ergo Cappa illa erat friseata, idest listata, non à capite ad pedes perpendiculariter, vt ait epistola D. Cyrillo adscripta, sed circa oras colli, manicarum, &c. Respondeo, quod illa descriptio non habetur in textu Panormitano, cuius Auctor non ait, quod Cappa illa *erat virgulis distincta, seu circulata*, sed quod *erat virgulis distincta, & circulata*; & optimè quidem, quia poterat esse *circulata*, &

tamen

tamen non *virgulis distincta*. Deindè negatur minor, nam cuilibet patet, quod lista, & virga non sunt idem; linea enim seu lista in longitudine semper procedit cum æquali latitudine; at virga non ita, quæ quidè inferius magis, superius minus lata est: non ergo significant idem esse virgulis distinctam, ac esse friseatam, seu listatam. Similiter, vt inquit noster Daniel Speculo num. 2895. *animaduertendum, quod Pallia Barrata, quandoque etiam à nonnullis nuncupata fuerint radiata, quia Pallij expansi partes erant veluti radij inferius lata, & superius circa collum arcta, & veluti in cuspide desinentes. Dicta etiam circulata, quia confecta erant ex partibus diuersis habitum illum circulariter componentibus; itaut prima à latere dextro (similiter à sinistro) fuerit alba; secunda nigra, tertia alba, quarta nigra, & sic consequenter in orbem, seu circulariter.* Quod si partes processissent in longitudine, cum æquali latitudine à parte inferiori ad superiorem, fuisset quidem circulata, sed non virgulata, seu virgulis distincta: non ergo idem Cappa *listata*, seu *friseata*, ac Cappa *circulata*.

At instat Papebrochius, quod vox, *circulata*, significet Cappam ex partibus diuersis circulariter compositam, est explicatio conficta, & gratis adducta: ergo non est admittenda. Probatur antecedens, quia nullus Auctor adducitur, qui vox illa in tali sensu vsus sit. Respondeo, quod explicatio nostri Danielis fundatur in auctoritate, & ratione. Auctoritas est D. Cyrilli; cum D. Angelus, & D. Cyrillus fuerint coæui, & vixerint in eodem Conuentu, consonum est rationi, quod D. Angelus talem Cappam gestauerit, qualem explicauit D. Cyrillus; sed D. Cyrillus explicauit Cappam circulatam in sensu à nostro Daniele exposito: ergo vox illa *circulata* debet accipi: vt exposita à Daniele; fundatur etiam in ratione, nam cum Auctor loquatur de virgis, non de listis, illa vox, *circulata* non potest esse idem, ac *friseata*. seu *listata*. Rursus non potest esse de virgis per transuersum positis,

quia de Pallio sic facto nullum adest fundamentum; nec in ordinis traditione, nec in Ordinis historijs, neque in picturis; siquidem Pallium Eliæ Salmaticensis non constat ex virgis, sed ex circulis, seù listis: ergo superest, vt vox illa *circulata* sit intelligenda, prout à Daniele explicatur.

Sed iterum vrget Papebrochius: in Eliæ Salmaticensis pictura exprimitur Cappa circulata circulis transuersim positis: ergo sic intelligenda est vox *circulata*. Respondeo, quod etiã S. Ignatius pingitur quandoque in habitu Sacerdotali cum Casula; ex hoc tamen non sequitur, quod iste fuerit eius habitus Religiosus. Optimè igitur noster Daniel tom. 2. Speculi num. 2899. inquit: *quo ad picturam Salmaticensem repræsentantem S. Eliam in habitu vndulato, & Pontificali, seù Sacerdotali, verosimiliter sic facta est, quod fortè S. Elias semel in vita tali veste fuerit indutus, sacrificans in Carmelo, in concertatione cum Baalitis, quis esset verus Deus? sed an inde inferendum, quod habitus eius Ordinarius Monasticus talis esset? quod S. Augustinus plerumque pingatur in habitu Pontificali, an inde concludere licet, istam fuisse eius vestem ordinariam?*

At inquit Papebrochius: *Consului omnis Antiquitatis scientissimum virum Dominum du Cange, interrogauique, cur eam vocem non annotarit? quidque de ea sentiret? hic verò respondit, in Auctoribus, quos legerat sibi non occurrisse: non videre tamen quomodo explicatio Patris Danielis possit cum veritate subsistere: credo, inquit, quod qui Carmelitica Pallia circulata fuisse dixerunt, expressa voluerint eo planè modo, quo exprimuntur Circuli in Pallio Eliæ Salmaticensis. Adde, quod sæculo isto nullius omnino esset moris vestes virgulato panno faciendas sic contexere, vt lineæ à collo ad pedes descenderent, sed vt transuersæ formarent circulos. Miror bonos istos Patres adeò ceruicosè stare pro prætensa Ordinis sui Origine, & tuendis Auctoribus purè imaginarijs, atque ad beneplacitum fabricatis.*

Res-

Respondeo, quod nos quoque consuluimus pro ipso Papebrochio omnis Antiquitatis scientissimum virum Dominum de Tarluc; interrogauimusque, quid de illa voce sentiret: hic verò respondit, *in Auctoribus, quos legerat, ipsam sibi non occurrisse: non videre tamen quomodo explicatio Papebrochij possit cum veritate consistere, quandoquidem virga, & lista non sunt idem: credo inquit, quod qui Carmelitica Pallia, virgulis distincta, & circulata fuisse dixerunt, expressa voluerint eo planè modo, quo describuntur à D. Cyrillo in libro de vestri ordinis progressu, non autem eo modo, quo exprimuntur circuli in Pallio Eliæ Salmaticensis. Adde, quod sæculo isto nullius omninò esset moris in vestra Religione vestes ex panno virgulato faciendas sic contexere, vt listæ transuersæ formarent circulos: miror admirantis admirationem, & bonum istum Patrem Papebrochium contra fundatissimam Ordinis vestri ab Elia originem adeò ceruicosè stare, vt deficientibus armis, quibus eam impugnet, sæpè recurrat ad Auctores illi soli locutos; atque adeò pure Imaginarios, atque ad beneplacitum fabricatos.*

Concludit denique Papebrochius suam crisim dicens: *cæterum non magnoperè repugnabo, si quis sustinere velit, vt probabile, quod primi ex Asia in Europam trangressi Carmelitæ, difformiter vsi sint panno illo, vndè Carpitas faciebant, sic vt alijs virgulæ suæ, aut etiam virgæ (nam & in latitudine diuersitas erat) a Collo ad talos perpendiculariter penderent, alijs circulorum instar corpus ambirent, atque hinc confusa vtriusque formæ memoria, factum, vt tam varia vtriusque modi picturæ in varijs locis inueniantur, omnes tamen tendant ad moltitudinem virgarum, barrarum, vel circulorum, vt ex ijs patet, quas ego vel Pater Danielis pro nostra vtriusque sententia confirmanda adduximus.*

Respondeo, quod in Europa Barrarum deformitatem aliquam fatetur noster Danieli *in Speculo tom. 2. num.* 2900. at negat diuersitatem in eo sitam, quod alijs virgæ circulorum

instar

instar corpus ambirent; immò sententiam de circulis corpus ambientibus vocat contra constantem historicorum Carmelitarum assertionem, & Ordinis traditionem de Pallijs istis longis à collo versus tibias; nec Papebrochius ipse ad illam sententiam, seu potius errorem tuendum aliam affert picturam, quam Eliæ Salmaticensis. Debili sanè innixus fundamento, nec magis stabili, quam picturæ, quibus in diuersis Sardiniæ Ecclesijs S. Georgius Suelli Episcopus pingitur Equester, Pictorum, aut ignorantia, aut simplicitate, aut quid quid libet pingendi arbitrio, vt ipse aduertit Papebrochius ad *diem 23. Aprilis de S. Georgio Episcopo Suelli in annotatis sub litt. T.* & in *Appendice ad diem 23. num.* 10. Profectò Benedictus Haeftenus in *Comment. ad cap. 37. Vitæ S. Benedicti*, de illius forma corporis agens, inquit: *curiosior quispiam interrogauerit, an S. Benedicto promissa fuerit barba? variant hic picturæ, etiam satis antiquæ, vt hic vsurpare illud Venusini Vatis liceat: Pictoribus, atque Poetis quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.* De forma postea habitus pertractans ait: *verosimile autem arbitror eam talem fuisse, qualem nunc ferè conspicimus in Antiquis picturis, quamuis non nesciam variè à varijs repræsentari.* Addit deinde noster Daniel: *quo ad picturas alias ab ipso censore adductas, Coloniensis, & Antuerpiensis tales sunt, quales in nonnullis locis habitus barratus olim fuit; sed ordinarius fuit ex partibus (petijs, seu radijs subinde appellatis) septem, sicut à præfato Thoma Brandtlei), & alijs ordinis historicis describitur.*

Cum igitur picturæ sint ita diuersæ, vt vna, scilicet Eliæ Salmaticensis, repræsentet circulos transuersos, aliæ duæ, scilicèt Coloniensis, & Antuerpiensis ostendant multiplices lineas à collo ad tibias vndulatè fluentes, reliquæ verò à nostro P. Danielæ adductæ, exprimant virgas septem, seu peties, seu radios, directè à collo ad tibias, ac perpendiculariter fluentes, non est probabile, quod ab initio barrarum

rarum fuerit in ordine talis vestitus deformitas. Colligitur ex contrario omnium Religionum vsu, quæ seruant, saltem ab initio, habitus vniformitatem, non solum coloris, sed etiam formæ, & dispositionis; & licèt Iesuitæ huic, aut illi vestis formæ non astringantur, sed illis satis sit, quæ regionis, in qua versantur, Clericis tantisper consentanea sit, vt refert *Ribadeneira lib. 3. Vita S. Ignatij cap. 21.* tamen ab initio Societatis habitus vniformis fuit, vt patet in frontispicio historiæ Orlandini Æditæ Romæ anno 1615. ibi enim decem primi Socij habitu vniformi apparent.

Patet quoque ex Daniele Bartolo in Vita D. Ignatij *lib. 1. pag. 120. num. 33.* vbi scribit, quod: *Giouan Rodriguez di figueroa Vicario d' Alcalà disse ad Ignatio: vna sola cosa non finir di piacere, ciò essere la nouità di quell'vniforme maniera d' habito, che egli, e i Compagni portauano, che era d' vna medesima foggia, e d' vn stesso colore, il che non sogliono altro, che i Religiosi, ciò che essi non erano. Tingessels dunque diuersamente ... fù facile compiacerlo: perciò ad Artiaga, & à se tinse la veste di nero; a Calisto, & à Cazares di lionato, à Giouanni il Francese, la sciolla, come era; & egli di più si calzò, perche al Vicario ne anco piaceua, che andasse a piedi nudi.*

Supposito igitur, quod primogenius barrarum vsus in Palestina fuerit vniformis, & vnus; quærimus modo qualis fuerit? an talis, qualis repræsentatur in Elia Salmaticensi; an talis, qualis habetur in Antuerpiensi, aut Coloniensi pictura; an talis, qualem ostendunt tot, tanteque picturæ à nostro Daniele adductæ. Pro Elia Salmaticensi nulla stat historicorum nostrorum auctoritas, nulla Ordinis traditio: sic auctoritas nulla, traditio nulla pro picturis Coloniensi, & Antuerpiensi: At pro septem petijs stat Ordinis traditio, stat historicorum consensus, stant multiplices picturæ. Iudicet ergo lector, quid in hac re conuenientius statuatur.

DV-

DVBIVM II.

An Panormitani Textus Auctor scripserit post Cappæ Barratæ vsum abolitum.

PArs affirmatiua probari potest argumento ex Papebrochij dictis deducto sic: *Auctor Textus Vaticani scripsit post abolitum vsum Carpitæ; sed Auctor textus Panormitani scripsit post textum Vaticanum iam ab Auctore suo exaratum: ergo & ipse scripsit post abolitum Carpitæ vsum: probatur minor, quia prioris textus manifestum errorem corrigit Siculus Interpolator.*

Hic obiter notandum, quod passim Papebrochius Vaticanum textum arguit manifesti erroris; Panormitani verò textus Auctorem in Vaticanum textum correctorem agere vbique scribit. Verum si hoc ita est, qua igitur veritate, qua dictorum ac sententiarum cohærentia in *Anacephalæosi num.* 5. Panormitanum textum vocat minus sincerum Vaticano? interim transeat maior, negatur minor: Ad cuius probationem negamus suppositum, quod scilicèt Auctor Panormitani textus, Vaticanum correxerit textum, eoque posterior fuerit.

Secundò probat Papebrochius dicens: *idem suadet ipsa solicitudo, & diligentia relucens in hoc libro, quæ non solet esse circa rem vulgo notissimam, qualis erat forma Carmelitani habitus eo tempore, quo debuisset vixisse Enoch S. Angeli coæuus. Ridiculum se sanè faceret hodie, qui Cappæ Carmelitanæ Albæ, qua Ordo vtitur à quatuor sæculis, formam operosè describere vellet quasi eam aliquis ignorare nunc possit in ijs locis, in quibus iam copiosa sunt huius Ordinis Monasteria.*

Sed vellem scire, an historia scribatur solum præsentibus, an etiam absentibus? profectò etiam absentibus: hinc Auctor noster in prologo Operis sui sic incipit: *Enoch.. toti, ac*

Vene-

Venerabili Ecclesiæ Orientali, Occidentali, Meridionali, & Septentrionali, ac omnibus Catholicis ... vobis vniuersis, & singulis .. verè, & fideliter scribere statuimus Vitam, & triumphum Sanctissimi viri Angeli. Putasne, quod singulis, & omnibus Catholicis per totum Christianum Orbem inhabitantibus notus esset Carmelitarum habitus?

Peto insuper: historia scribitur ne solum viuentibus, an magis, & posteris, qui post nos venturi sunt? profectò, & posteris, qui ex Veterum historiarum lectione maximos vberrimosque fructus referunt: hinc Basilius Imperator in libello, quem inscripsit: Leoni filio suo, sic Leonem filium cap. 56. alloquitur: *per veteres historias ire ne recusa: ibi enim reperies sine labore, quæ alij cum labore collegerunt, atque illinc hauries, & bonorum virtutes, & malorum vitia: varias humanæ vitæ mutationes, & rerum in ea conuersiones, mundi huius instabilitatem, & Imperiorum præcipites casus; & vno verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia; quorum illa effugies, ne in Diuinæ Iustitiæ manus incidas; hæc amplecteris, vt præmijs, quæ ea comitantur, potiaris.* Ita Polybius lib. 2. pag. mihi 136. *consentaneum existimauimus, cum primos eorum conatus, tum omnem rerum successum, ac postremo vltimum eorum interitum commemorare, id maximè proprium historiæ existimantes; huiusmodi res casusque fortuitos posteris tradere.* Hac ratione ductus Orlandinus Iesuita res Societatis, & si notissimas, scriptis consignauit; vt ipsemet testatur part. 1. lib. 1. num. 1. *Societas*, inquit, *Iesu singulari Dei beneficio toto iam terrarum Orbe dispersa, atque diffusa, quotidianis suis conatibus, ac laboribus ita se prodit: vt ad se indicandam commendationem styli, vel lucem historici non desideret: sed quoniam historici partes sunt, non tam oculis præsentis sæculi, quam futurorum seruire memoriæ ... id nunc pro nostra, nostrarumque rerum tenuitate faciendum nobis est; vt huius Societatis res nostris posteris commendemus.*

mus. Quod autem noster hic Auctor ad Posteros respexerit, patet ex eius dictis in prologo: ait enim ibi: *id operis scribendum suscepimus, vt ... vita huiusmodi ... posteris etiam excolenda tradatur, & in omnium sæculorum memoriam reducatur*. Rursus. *Obseruamus in Domino, vt non modo vitam ipsam ... sed etiam reuelationes, quibus futuris ætatibus moneri potest, & instrui Christianus populus ... omnibus notissimas faciatis*. Nil mirum igitur, quod Cappam descripserit, experimento edoctus in Religionibus quandoque fieri mutationes, etiam quo ad habitum; cuius propterea materies, formaque posteris incerta manet, nisi exactè describatur. Sic Benedictus Haeftenus in comment. ad cap. 37. Vitæ D. Benedicti. *De forma certius aliquid liceret adferre, si ipsum S. Benedicti habitum daretur inspicere, aut exactius ab Antiquis esset descriptus*. Neque descriptione huiusmodi se ridiculum fecit Enoch, sicuti se ridiculum non fecit Benedictus Haeftenus dum lib. 1. disquis. Monasticarum tract. 4. disquis. 11. de Basilianis scribit: *vestiuntur hoc tempore colore nigro, videlicet Tunica, patientia, siuè Scapulari, & Cuculla, desuperque Mantello planè nigro*. Videatur lib. 6. cui titulus: *La Corte di Roma descritta da Girolamo Lunadoro*, & liber cui titulus: *De gl' habiti Antichi, Moderni descritti da Cesare Vecellio Venetiano*: notissimi enim habitus ibi inueniuntur exactè descripti. Denique dicat Papebrochius, quomodo illius obiectio cohæreat cum istis: *ea ferè solum curant historici mandare litteris, quæ tunc, cum gerebantur, publica populorum excipiens approbatio, vituperatione faciebant in ore hominum versari eos, per quos ipsa fiebant*. Hæc enim Papebrochius *tom. 1. Aprilis ad diem 8. de S. Alberto cap. 5. num. 41.* Hic vides ferè solum res notissimas ab historicis scribi? in obiectione verò se ridiculum faceret, qui res notissimas scriberet.

DV-

DVBIVM III.

De tempore Nouitiatus.

CAp.5. Vitæ S. Angeli sic habetur: *tandem peracto probationis anno, & ex more, solemni professione emissa.* Displicuit Papebrochio, quod per solum annum Iuuenes illi dicantur probati: Auctoris ergo dictum hac afficit censura: *& hic parus medij Æui latinismus est Græcorum instituto contrarius; quibus inter edicta Patriarchalia apud Isaacium Hebertum, edictum. 12. sic sonat: debet reuerentia tua contestari ad vniuersos, qui vt Sacrorum Phrontistiriorum curam habeant, ordinati sunt, ne Monachos, aut Monastrias ante trienni tondeant explorationem.* Et huic edicto *consonat Iustinianus.* Verum ante omnia probare debuerat Papebrochius Surianos Monachos Patriarcharum edictis, & Iustiniani legibus obedire: præter dicta enim de Surianorum Ecclesiasticis ritibus, quæ omnia hic locum habent; alia sunt, quæ oppositum suadent. Quantum enim ad Iustiniani Sanctiones spectat, Iustinianus Imperium administrare cæpit anno Domini 527. Angelus verò, & Ioannes Ordinem ingressi censentur anno 1204. atque adeò postquàm à primis Iustiniani temporibus effluxerant anni 677. In quo temporum decursu Ierosolyma à Saracenis in seruitutem redacta, magnam legum variationi, & inobseruantiæ materiam prebuisse quid mirum erit? Etiam Canones ipsi, quibus innixus sanctionem suam Iustinianus promulgauit, non obseruabantur ab ipsis Græcis. Zonara enim, qui floruit circa annum 1118. apud Allatium in *lib. de ætate, & interstitijs apud Græcos in Collatione Ordinum pag.* 87. sic habet: *sed nunc quidem ex Abbatibus aliqui voluntatum suarum studia auctoritati Canonum anteponunt, & alios quidem illicò aduenientes, alios paucis in-*

 terit-

teriectis diebus, & vero totius Monasticæ perfectionis ignorantia, detondent.

Quo verò ad Patriarchalia edicta, illud notandum, quod Anastasius Bibliothecarius in præfatione in VII. Synodum ad Ioannem IIX. Romanum Pontificem scribit, ait enim ibi: *ergo Regulas, quas Græci in IV. Synodo perhibent editas, ità in hac VII. Synodo Principalis Sedes admittit, vt nullatenus ex his illa recipiantur, quæ prioribus Canonibus, vel decretis Sanctorum huius Sedis Pontificum, aut certè bonis moribus inueniantur auersa, quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognita, quia nec interpratatæ; sed nec in cæterarum Patriarchalium, quamuis græca lingua vtantur, reperiuntur Archiuijs; nimirum quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inuenta est; quamquam eosdem Patres illos Græci promulgasse perhibeant, qui in sexta Synodo sunt inuenti; sed nullis certè probare possunt indicijs.* En Patriarchalia Græcorum edicta à cœteris Patriarchalibus minimè recepta.

Sed dato, & non concesso edicta illa, de quibus Papebrochius, recepta fuisse; attamen responderi posset, prout respondit Innocentius III. 3. Decret de Regul. cap. ad Apostolicam: *tempus probationis à Sanctis Patribus indultum, non solum in fauorem Conuersi, sed etiam Monasterij, vt & ille asperitates istius, & istud mores illius valeat experiri: si tamen ante tempus probationis regulariter præfinitum, is, qui conuerti desiderat, habitum recipit, & professionem emittit, Abbate per se, vel per alium, professionem recipiente, Monasticum, & Monachalem habitum concedente, vterq; videtur renunciare ei, quod pro se noscitur introductum, adeoque obligatur per professionem emissam pariter, & acceptam ad obseruantiam regularem, & verè Monachus est censendus.*

CA-

CAPVT SEXTVM.

De primo Miraculo Sancti Angeli.

QVadam die iussu Prioris nominæ Ieremiæ, Viri senio Venerabilis, Angelus, & Ioannes lignatum mittuntur, vbi cum Ioannes Arboris stipitem scindere niteretur, fortè manubrio egressa securis in profundissimum, qui iuxta erat, Eliæ fontem decidit; quo casu percussus Iuuenis animus, tristari cœpit. Angelus vero, hoc viso, bono fratrem animo esse iubet, & lignum manu accipiens, dixit: nunc frater quanta in Deum fide erigamur, facilè cognoscere est: orandus quippe nobis est Deus, Virgo etiam, ac Eliseus Pater noster, vt nunc quoque securim hanc nostram supernatare faciant, veluti tempore Prophetarum supernatasse non dubia fide creditur: quo dicto aquæ lignum apposuit, & feruenti oratione habita; age dum frater, inquit, securim cape; & surgens Ioannes, ferrum inuenit, vt prius erat, ligno coniunctum, medio in fonte quasi natans, & accepta securi, ingentissimas gratias Deo, & Virgini, & Patri Eliseo egerunt.

Tunc Angelus ne hominum viuenti cuipiam donum huiusmodi reuelaret, fratri præcepit, Deo, inquiens, soli acceptum, & Sanctis eius, ac sinceræ fidei referendum: & nihil Deo magis placere, quam maiori semper humilitate Dei Seruum proficere, ad memoriam reuocauit. Erat tum senex Ieremias oratorio clausus, & diuinorum meditationi innixus, vbi quasi raptus, vidit Angelum feruentissimè orare, & eius orationis virtute ferrum natare, prout oratione Patris Eliæ, olim natasse dicitur. Et hoc primum Miraculum fuit, quod fecit Dominus per orationem Serui sui Angeli. Hæc autem superius explicata omnia à Nicodemo Hierosolymi-

lymitano prædecessore nostro, fide, & sinceritate relata, iam omnibus in aperto sunt.

Circa Caput Sextum.

DVBIVM PRIMVM.

An primum S. Angeli Miraculum dicendum sit aliquid ab Auctore huius Vitæ fictum.

SVpponendum modo, quod Eliæ fons duplex est; hinc noster Philippus à SS. Trinitate in Opere, cui titulus: *Viaggi Orientali* lib. 3. cap. 1. sic ad rem de Monte Carmelo oculatus testis; *Nel piè orientale del Monte vi è vna Fontana grandissima... doue si dice, che il nostro S. Padre Elia ammazzò li Profeti di Baal, onde viene chiamata da molti la Fontana d' Elia... nella parte poi occidentale del Monte ad vn miglio in circa dal Promontorio del Carmelo vi è il celeberrimo Fonte d' Elia dalla nostra Regola mentonato, il quale esce dal Monte in vna Valle per dui Canali, vscendo altre volte per molti, come facilmente si vede: le sue acque cristalline, e dolci sgorgano della grossezza d' vn braccio. Sono à sei passi di là riceuuti in vna Conca nella rupe intagliata, e di quà scorrendo per la maggior parte della Valle, inaffiano molte piante, & arbori: nell' altra parte della Valle ducento passi in circa sopra la Fontana d' Elia si vedono le ruine del Conuento, doue S. Brocardo, e li suoi Compagni dimorauano, nel tempo, che S. Alberto Patriarcha di Gierusalemme diede alli Carmelitani la Regola.* Eadem ferè habet Antonius Gonzales Recolletus (qui Montem Carmelum anno 1668. mense Martio lustrauit) in suo Hierosolymitano itinere lib. 3. cap. 30. vbi de Fonte Eliæ sic: *Scaturit autem ex ipso monte per duos meatus tam copiosè, vt brachij mensuram aquæ erumpentes æquent. Quantum verò ex Cana-*

lium

dium reliquijs intelligi poteſt, pluribus olim radijs erumpebat ex ſaxo: nunc duo illi, qui ſuperſunt, primum excipiuntur in piſcinam quadratam, ſiuè labrum amplum exciſum in rupe, atque hinc porro deriuati latices irrigant ſubiectam monti planitiem. Hæc ille à Papebrochio citatus.

Papebrochio miraculum illud fabuloſa videtur narratio; quam propterea his reijcit rationibus. Prima ratio: quia labri profunditas non erat tanta, quanta hic præfertur: quare non erat tanta; quia, inquit, difficulter perſuadeor tantam eſſe, quare difficulter perſuaderis tantam eſſe? ad hoc nihil Papebrochius. Reſpondeo igitur, quod tanta eſt labri profunditas, quanta hic præfertur, quare tanta? quia faciliter perſuadeor tantam eſſe, & hoc pro reſpoſione ſatis, ſuperque eſſet; modo addo, quod faciliter perſuadeor, quia Auctoritas nulla, ratio nulla prohibet hiſtorici dictis fidem habere; non debet autem abſque cauſa hiſtorico derogari fides, teſte Papebrochio in *tom. 3. de Sanctis ad diem 27. Aprilis de S. Antonino num. 5.* Rurſus, quia Piſcinæ nomen, Aquæ copioſitas, labri amplitudo adiuncta hiſtorici dictis ad tantam profunditatem credendam inclinant.

Sed pergamus vlterius. Secunda ratio eſt iſta. Fons, & Conuentus erant inter ſe vicini, ergo prope Fontem non potuit eſſe, vel ſaltem non fuit Sylua, ergo neque lignatio, ergo neque caſus ſecuris intra fontem: probatur vltima conſequentia, quia ſi ibi non erat Sylua, ergo ad ſummum ibi erant, ſi erant, virgulta quædam, arbuſtauè, ad quæ demetenda Opus non erat ſecuri, tam violenter addacta. Reſpondeo, quod propè Fontem erat Sylua, & hoc ſufficeret pro reſponſione, donec à Papebrochio oppoſitum probetur. Addo tamen, quod etiam modo eſt. Etenim noſter Vincentius à S. Catharina in Opere, cui titulus, *Il Viaggio dell'Indie Orientali* lib. 1. cap. 4. de Monte Carmelo, inquit: *s'arriua ad vna Valle ſpalleggiata da Boſchi... nella quale ſi troua la celebre*

lebre Fontana d' Elia, con le Reliquie del Conuento primitiuo della sua Religione. At Fons, inquit supra Gonzales scaturit ex ipso Monte, & eius latices irrigant subiectam Monti planitiem, seù (vt inquit Bremond. lib 2. cap 5.) vallem, ergo Fons est intra, vel propè Syluam.

Tertia ratio est ista. Stante tali Vicinia inter Conuentum, & Fontem, nulla erat necessitas Miraculi petendi à Deo, ergo illud Miraculum est fictum; probatur antecedens, quia in promptu erat aliquem baculum longiorem (si opus) ex Conuentu quærere, atque adeò ad labri oras minus profundas ferrum illapsum sursum trahere. Respondeo, quod Papebrochius supponit ferrum prope oras minus profundas lapsum. Supponit aquam vsque ad imum, ita visu penetrabilem, vt posset ferrum videri. Supponit in fontis meditullio nihil fuisse, in quo ferrum cadens posset immergi, & abscondi. Hæc omnia probanda, non supponenda. Et certè, cum tom. 3. Aprilis in Appendice ad diem 23. de cultu S. Georgij in Sardinia num. 14. scribat: *miracula porrò, quæ narrantur in Vita, vti non carent exemplis certissimis, ita nec debent censeri carere verisimilitudine, aut temerè in suspicion m vocari, cum Auctoris tam vetusti, & qui saltem ante tria, vel quatuor sæcula vixerit.. auctoritate fulciantur*: & in casu nostro non desint exempla certissima, quale est illud Elisei Prophetæ sanctissimi, & miraculum istud vetusti Auctoris auctoritate fulciatur; Vaticanus enim textus sæculo XIV. iuxta Papebrochij sententiam, exaratus fuit; poterat hanc Catholico, Religioso, Sanctorum Acta scribenti minimè conuenientem oppugnationem omittere.

Quarta autem eius ratio talis est. Stante tali Vicinia, non erat necessitas reuelandi per visum cœleste tale miraculum; poterat enim Ieremias videre ex fenestra Conuentus quid ageretur ad Fontem, ergo talis reuelatio est falsa. Respondeo, supponit Papebrochius, quod in Montibus, & Syluis

parua

parua distantia, ob sæpè obiecta impedimenta non sufficiat impedire visum. Supponit Ieremiam respexisse quid ageret Angelus, cum tamen dicatur in textu: *erat tum senex Ieremias Oratorio clausus, & Diuinorum meditationi innixus, vbi quasi raptus*, &c. Supponit Oratorium esse Fontem versus, quæ omnia erant ab eo probanda, non supponenda. Interim obserua, reuelationem, de qua Ribadaneira in Vita B. Francisci Borgiæ lib 4 cap. 4. vbi sic: *l'anno 1552. arriuò ad Ognate vn Staffiere di D. Carlo suo figliuolo Duca di Candia, chiamato Sansone, e Seruitore antico di quella Casa il quale portaua al Padre lettere del Duca, con la nuoua del nascimento di D. Francesco Borgia suo figliuolo primogenito, e successore, quale hoggi viue, & è Marchese di Lombai. Auanti, che Sansone parlasse, ne della lettera, che portaua, gli disse il Padre: siate ben venuto Sansone, come stà Franceschino? turbossi grandemente lo Staffiere, perche sollecitò, quanto poteua, per dar la nuoua il primo, & hauer la mancia, e disse: donde sà V. S. che ci è Franceschino al Mondo? chi mi hà leuato la mancia, ch'hò cercato con tanta diligenza guadagnare? non la perderete, disse il Padre, che io vi dirò trè Aue Maria, e scriuerò al Duca, che ve la dia, che ben ve la meritate.* Quam quæso necessitatem assignabis huius reuelationis de nato puero, quam Ribadaineira factam supponit B. Francisco? cum à famulo scire potuerit, & de facto paulò post Pueri natiuitatem cognouerit?

DVBIVM II.

An Papebrochij Cauillationes contra Miraculum D. Angeli possent etiam proponi contra Miraculum D. Elisei.

SVperius ex Papebrochio relatis Papebrochius ipse sequentia subnectit: *quanto versimilius lib. 4. Regum cap. 6. filij Prophetarum narrantur cum Eliseo lignatum egressi vs-*

que ad Iordanem, in cuius aquam lapsum ferrum securis, qua materia ad ædificandum habitionis locum vnus quispiam eorum incidere cœperat, certiori miraculo supernatauit?

Sed videamus, si placet, hanc maiorem verisimilitudinem. Cur apud Papebrochium D. Angeli Miraculum non est ita certum, immò est fictum? quia, inquit, difficulter persuadeor, quod tanta esset labri profunditas. Ita si cauillari liberet, posset quis dicere: difficulter persuadeor, quod tanta esset fluminis profunditas. Certè Bremond.lib.2. cap. 39. inquit: *Il fiume in questa parte è largo nel suo corso ordinario cinquanta passi, e sì come nell'estate vi pioue di rado, così nel fine di essa si troua così pouero d'acque, che gl'Arabi all'hora lo passano facilmente à guazzo.* Adde, quod cum circa Iordanem sit magna Arundinum Sylua, nunquid est verosimile, quod lignationem facturi ad vsque ripas procederent? vel quod lapsum propè ripas ferrum in fluminis profundum irriperet, & à tot virgultis non sisteretur?

Secunda Papebrochij ratio est: in promptu, inquit, erat baculum aliquem longiorem, si opus esset, ex Conuentu tam vicino quærere, eoque ad labri oras minus profundas admoto, ferrum illapsum sursum attrahere. Idem diceret aliquis in D. Elisei Casu: nam vt ait Iacobus de Vitriaco in historia Orientali: *multi ex viris Religiosis propter fluminis Sanctitatem, & aquarum opportunitatem, vicinas fluuio construxerunt habitationes*. Et Gulielmus de Valdensel in tractatu de quibusdam vltramarinis partibus apud Canisium tom. 5. Antiquar. lection. inquit cap. 9. de Iordane loquens: *circa hunc fluuium plura Monasteria sunt*. Visitauit autem terram Sanctam anno 1376. vel paulò ante. Prophetæque ipsi, vt inquit S. Isidorus lib. 2. de offitijs Ecclesiasticis cap. 15. *habitabant in Solitudine, Vrbibusque relictis, faciebant sibi casulas prope fluenta Iordanis.* Et de Ioanne Moscho in eius elogio ad Pratum Spirituale prefixo; legitur: *cum autem in de-*

serto

serto ad sanctum Iordanem non exiguo tempore versatus esset cum Sanctis Patribus, qui illic degunt.

Tertia Papebrochij ratio est ista: lignatio denique debet fieri in Sylua, qualem hic nos non debemus fingere eò loco, vbi si virgulta quædam, arbustauè steterint, non erat opus ad ea demetenda securi tam violenter addacta. Ita diceret aliquis; prope Iordanem non erat arborum Sylua, sed Arundines, & arbusta. Hinc Petrus à Valle Epist. 13. num. 10. *la mattina poi, che fu alli sei d'Aprile, poco innanzi l'Alba, giungemmo al fiume Giordano; il quale per vna pianura molto amena corre placidissimo; è circondato da vna grande, e folta Selua di cannuccie, & altri arbuscelli palustri.* Sic pariter Iacobus de Vitriaco: *fluuius autem Iordanis ... à Monte Libani vsque ad locum illum multas ex se prebet comoditates vniuersę regioni ... habens .. ripas idoneas ad arundines, seu cannas procreandas, ex quibus tecta domorum tegunt, & parietes contexunt.* Ad ea ergo demetenda non erat opus securi tam violenter addacta.

Quarta Papebrochij ratio est ista: stante tali vicinia non erat necessitas reuelandi tale Miraculum Ieremiæ, poterat enim ex fenestra Conuentus videre quid ageretur ad Fontem. Ita diceret aliquis, quod stante tali vicinia Elisei ad Iordanem, & ad discipulos, non erat necesse, vt Eliseus interrogaret, vbi ceciderat ferrum, neque quod Discipulus monstraret ei locum, nam Eliseus ex fluminis ripa potuit videre ferri casum.

At inquies, dicentis infallibilitas non finit nos dubitare de illius veritate. Verum hic non agimus de ipsius dicentis infallibilitate, sed de ipsa agimus re, & quærimus, an Cauillationes contra illam facta conuincant huiusmodi narrationem non à veridico, sed è fabuloso processisse Auctore ab eoque in Sacros Regum libros intrusam?

CAPVT SEPTIMVM.

De Miraculis S. Ioannis Fratris Sancti Angeli.

IPse quoque à primis (quod aiunt) incunabilis ferè semper in Domo superius expresse Nicodemi Patriarchæ versatus præfato omnia ab ipso pluries accepisse, in conspectu Dei, & hominum attestari non vereor. Cœterum posteaquam religionem ingressus sum, vidi & alia multa mirabilia ipsius Angeli, quibus quantæ Diuinæ bonitati ardentissima fides, cum spe, & charitate, atque cum abstinentia nunquam intermissa oratio, ac denique sinceræ probitati coniuncta humilitas, acceptæ forent, facilè perspectum est. Silentio nunc præteriem, quæ plura meritis Ioannis Deus operari dignatus est. Sed decet Deum glorificari in Operibus Sanctorum, qui semper est mirabilis, & facit mirabilia magna solus, in Cœlo, & in Terra. Vidi ego, qui vita penitus functi ad suæ resolutionis corruptionem accedebant, orationis virtute, & lacrymis Ioannis, vitæ officium resumpsisse: vidi non modo paralisi, & lepra, sed & morbis alijs ferè incurabilibus laborantes, ad sanitatem reuocatos fuisse: vt taceam plurimos oculis captos, qui faciem Cœli videre non poterant, oculorum beneficio restitutos; vt omittam demonibus vexatos, & denique liberatos: hæc enim, vt factu facilia sunt Sanctis, in virtute illius, à quo sanctificantur: sic & verè credentibus non difficilia, quæ facta fuerint, videbuntur.



CA-


CAPVT OCTAVVM.

De S. Angelo transeunte vna cum 70. hominibus supra Iordanem siccis pedibus.

NIcodemo vita functo, Honuphrius Societatis Cenobitarum S. Basilij professor, vir sanctitate eximia, in Patriarcham eligitur; & interim superuenientibus, quæ celebria sunt, Natiuitatis Ieiunij, Ieremias Montis Carmeli Prior, Angelum, Ioannem, Zebedeum, & Thadeum, cœnobitas egregij nominis, & spectatæ Sanctitatis, ad suscipiendos Ordines Sacros promouet, & propterea Hierosolymam mittit; quo circa Prioris benedictione humiliter accepta, se se alacres itineri accingunt: vbi vero ad Iordanis ripam perueniunt, nimia defluentium aquarum escrescentia flumen exundare conspiciunt, adeò vt demersa Scapha, plurimi, qui ad alteram fluuij ripam traijcere cupiebant, frustra ibi morari cogerentur: quibus in vnum coactis Angelus sic ait: viri fratres vos præcipuè, qui regenerationis charactere signati estis, nunc precor, reuocate animos, & Deum vera fide credentibus benignum, & exorabilem sperate; ipse enim omnipotens, nec abbreuiata est manus eius, vt mirabilia faciat: orate igitur, fratres, vt Diuino digni munere nunc effici mereamur, & flumen pertransire valeamus: quibus dictis, nuda terræ apponens genua, atque orientem versus faciem dirigens, iunctis & extensis vtrisque manibus, & oculis in cœlum eleuatis tota simul cum multitudine, dimidiam oram, vel circiter orauit, postmodum ad flumen conferens se dixit: o flumen verè sanctum! qui Dei mandato meatus tuos retrorsum conuertisti, & populum electum siccis pedibus transire permisisti, ac D. N. I. C. in baptismo recepisti, per signum, quod in te fecit Sanctus Pater Elias, præsente Eliseo, ad paradisum per turbinem profecturus, & per virtutem Dei Patris, & Filij,

& Spiritus Sancti, atque per merita Sanctorum Prophetarum, nec non per obedientiam nobis impositam, siste, & comprime cursum tuum; vt omnes nos spiritu, & aqua regenerati illesi transire valeamus. His dictis, flumen (mirabile dictu, & longè mirabilius visu) parte inferiori cursum velocissimum retrofecit, superiori verò, ceu aquarum planities, instar firmissimi Montis stetit, atque ita omnes tuti, illesique pedibus siccis pertransiere.

Hoc Miraculum tota regione vulgatum, multis tum improbis conuersionis ad pœnitentiam, tum Agarenis, Hebræisque reductionis ad fidem causa fuit. Verum Angelus quanto magis Dei benignitatem erga se, & gratiam cognoscebant, tanto se humiliorem præstabat, tantoque ardentius Christianæ pietati, & orationibus exhibebat. Venit tandem cum Socijs Hierosolymam, & à S. Viro Honuphrio sacros Ordines incredibili humilitate, & deuotione suscepit. Erant autem Angelus, & Ioannes tùnc Sacerdotij dignitatibus sublimati vigesimum, & octauum annum nati, cum audita interim Angeli sanctitate, Hierosolymitani Ciues Priorem conueniunt, vt diebus aliquot Angelum Hierosolymis retinerent, quem commodè salutare, eiusque orationibus se commendare cupiebant; quod cum Prior ab Angelo requireret, honestis ille adductus rationibus, quo celerius inde discederet, persuasit. Hoc autem in primis Angelo discedendi rationem suadebat, vt popularem auram declinaret.



Cir-

Circa Caput Octauum.

DVBIVM I.

An rectè dicatur, quod Ieremias miserit Angelum ad Ordines Sacros suscipiendos.

CAp. 8. dicitur: *Ieremias Montis Carmeli Prior Angelum ... ad suscipiendos Ordines Sacros .. Hierosolymam misit.* Interrogat hic Papebrochius: *quid ergo Brocardus?* Verum huic interrogationi iam præiuerat Lezana tom. 4. Annal. ad an. 1214. num. 20. & quidem duplici responsione; Prima est: *vel quia Beatus Brocardus à Carmelo in alijs Ordinis locis, aut negotijs absens esset visitationis forsan causa.* Secunda est: *vel quia, cum esset solum Prior Generalis Ordinis, non tam ad ipsum, quam ad immediatos Prælatos, qualis Ieremias erat licentiam pro Ordinibus Sacris suscipiendis dare (pro vt etiam his temporibus moris est) spectare videbatur.* Simili difficultati dat similem responsionem ad an. 1173. num. 4.

Prima responsione omissa Papebrochius, secundam vocat difficilem creditu; hoc duplici ratione, prima est: *quia nescio*, inquit, *vtrum eo tempore Monasteriorum vllum haberent Carmelitæ illi, quibus scripta fuit ab Alberto regula extra Carmelum.* Sed quod nesciat, vel nescire velit Papebrochius, mirum non est: ait enim D. Gregorius humilia 25. *Maria ergo, cum fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum: certè iam monumentum vacuum viderat, iam sublatum Dominum nunciauerat, quid est, quod se iterum inclinat, iterum videre desiderat? sed amanti semel aspexisse non sufficit: quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis.* Vide quid possit desiderium contra scientiam; sciebat; quasi tamen nesciret, iterum inquirit. Cur? quia vehementi optabat animo, ne verum esset, quod verissimum esse sciebat, vnde quasi nesci-

ret,

ret, & scientia, nescientia esset iterum inquirit; cum igitur Papebrochius sibi præfixerit, quod extra Carmelum Monasteria non extiterint, mirum non est, & si post tot monumentorum scientiam, quæ Papebrochio extra Carmelum fuisse Monasteria demonstrant, adhuc nesciat: *vtrum eo tempore Monasterium vllum haberent Carmelitæ, illi quibus scripta fuit ab Alberto regula, extra Carmelum*. Quod ergo ipse vocat difficile creditu, nos vocamus facilè; & quod ipse nescit, nos scimus. Videat lector Silueyram nostrum, Opuscul. 3. resol. 2. vbi Ordinis Originem, antiquam ante regulam Albertinam Ordinis Confirmationem, atque adeò extensionem demonstrat.

At inquies, Bullæ sunt fictæ, Concilia sunt ficta, ficta Instrumenta, Historici sunt ficti, & suppositij. Hæc Papebrochij familiarissima, & fundamentalis responsio: minimè tamen conueniens, vt patet ex Iacobo de Vitriaco cap. 6. vbi de Maumettanis inquit: *quando autem ex libris Euangelistarum Christi, vel Sanctorum Apostolorum, vel etiam ex veteri testamento aliqua legi sua repugnare videntur, cum aliter non possint euadere, dicunt libros nostros à falsarijs esse corruptos, quibusdam subtractis, & alijs pro voluntate appositis. Hoc est vltimum, & mirabile illorum effugium: ita enim quolibet Idiota respondente, nec ipsi ex libris suis, nec Iudæi ex veteri testamento, nec aliqui ex scriptis Antiquorum, per locum ab auctoritate, possent aliquid probare*.

Seconda Papebrochij ratio; *quia in alijs Ordinibus video eundem, qui Abbas, aut Prior Generalis dicitur, etiam esse localem ipsius Archimonasterij superiorem; & quod nihil magnæ rei, qualis est promotio ad Ordines Sacros, non fit nisi ad eius præscriptum*. Respondeo tamen, quod in Ordine nostro ita non est; immo neque in Ordinibus D. D. Augustini, Dominici, Francisci, in quibus Prior Generalis non est simul Prior Localis alicuius Monasterij: vnde valde mirandum est,

quod

quod tam apertè falsa, tam confidenter à Papebrochio scribuntur. Licentiam verò pro Sacris Ordinibus suscipiendis dare, etiam modo apud nos, non tam spectat ad Priorem Generalem, quam ad immediatos Prælatos.

Sed inquies, licèt modo vester Prior Generalis, non sit etiam Prior Localis alicuius Conuentus, tamen antiquitus, qui erat Prior Generalis, erat etiã Prior Montis Carmeli. Respondeo, quod & si de quibusdam Prioribus Generalibus hoc verum fuerit; de omnibus tamen non constat; immo ex hac D. Angeli Vita aliqua datur ansa dubitandi, quod B. Brocardus esset quidem Prior Generalis, sed non Prior Montis Carmeli. Verum hoc etiam concesso, quid inde sequitur? sequitur, inquies, quod falso Ieremias vocetur Prior Montis Carmeli, atque adeò Prior Generalis. Respondeo, hoc nullum esse absurdum: sicuti ergo Lezana tom 4. Annal. ad an. 1236. num. 3. ait: *quod verò Beatus Simon appelletur Prior eiusdem Ordinis in ea historia mirum non sit . . . quia tunc erat Generalis Vicarius Ordinis in Europa partibus, Prior vocari poterat*; ita potest dici in nostro casu; etenim, vt refert Lezana tom. 4. ad ann. 1213. cum Nuntijs à Pontifice missis Brocardus ipse ab Alberto Patriarcha destinatus ad Saphadinum Damasci, & Babylonis Soldanum anno 1213. pacem procuraturus, iuerat, fungente interim Ieremia Vicarij munere; Sic Vicarius Papæ appellatur Papa, seu Pontifex, vt ex ipso Papebrochio ostendemus infra; quo supposito, & iter ad alias Prouincias, & facultas recipiendi nouitios à Ieremia concedi poterant; ex Panormitano tamen textu à Ieremia hæc concessa fuisse non colligitur.

Sed iterum instat Papebrochius: in hac historia non nominatur Brocardus tunc temporis Generalis, ergo iste Auctor non cognouit Brocardum. Respondeo concedo antecedens, nego consequentiam: etenim Pompeius Caimo in libro, cui titulus: *Parallello politico delle Republiche antiche, e*

 Mo-

Moderne part. 1. pag. 48. sic: *passaremo alla consideratione della Romana, di cui è gran marauiglia, che Aristotile nel secondo della Politica non ne prendesse esame, anzi non ne facesse mentione alcuna; con tutto, che in quel libro si volgesse alla consideratione di molte Republiche, anco di leggiera leuatura, e ne parlasse assai; e abbondeuolmente anco della Cartaginese, Emula della Romana, ch'era maggiore di lei, e più riguardeuole assai, e più degna di cadere sotto il pensiero, e sotto la penna di graui Autori. Che non si può già dire, che egli non haueße sentore, ne conoscenza di lei, &c.* Probans deinde, quod Romana Respublica ab Aristotele ignorari non potuit, infert: *se dunque Aristotile non ne parlò, non fù effetto certo, nè d'ignoranza, ne d'oblio, &c.* Igitur etiam si dicatur, quod D. Angelus, à S. Brocardo missus fuerit ad exteras Prouincias, & recipiendi nouitios facultate instructus fuerit; quod tamen hæc omnia tacuerit Enoch, nil mirum; multa enim alia omisit, vt patet cap. 16. in fine: vbi infinitos Sancti labores, et res preclarissimè gestas paucis verbis perstringit, dicens: *multis alijs in Oppidis, & Vrbibus, Christi iussa executus, incredibilem laborem subijt, & vitæ suæ non pepercit.* Cogitur Papebrochius, velit, nolit hanc acceptare responsionem, quippe qui simili difficultati eodem modo penitus respondere cogitur; etenim tom. 3. Aprilis de S. Liberale ad diem 27. agens, ait: *nulla est in Vita S. Heliodori mentio, quod* (scilicet S. Liberalis) *discipulus eius fuerit. Sed hoc mirum videri non debet, cum Auctor multa alia ad Heliodorum spectantia omittat; & non omnia, sed pauca, quæ de illo didicerat, narrare se asserat.* Videatur cap. 22. Vitæ S. Angeli; ibi enim clarissimè patet ab auctore multa omitti, quæ à S. Angelo gesta fuere.

DV-

DVBIVM II.

De Ieiunijs Quatuor temporum.

CAp. 8. Vitæ S. Angeli ſic habetur: *interim ſuperuenientibus, quæ celebria ſunt, Natiuitatis Ieiunijs, Ieremias... Angelum... ad ſuſcipiendos Sacros Ordines.. mittit.* In Vaticano textu: *& cũ eſſent quatuor tempora Natiuitatis Dñi.* Papebrochius ad hæc verba: *quæ ſunt*, inquit, *hæc quatuor tempora Natiuitatis Domini, ſiuè, vt loquitur alius textus, ſolemnia Natiuitatis Ieiunij? an putauit Auctor ritum ſeruandi quatuor tempora Ieiunij anni, etiam ad Græcos pertinere, & Apoſtolicum ea eſſe inſtitutum, Eccleſijs omnibus etiam Orientalibus commune?*

Reſpondeo primo id, quod Bremond lib. 3. cap. 8. aduertit, ſcilicèt, quod, *tutti i Greci fanno ogn'anno quattro Quareſime; la prima auanti Paſqua, che è di ſette ſettimane; la ſeconda comincia dopo la Domenica dell'ottana di Pentecoſte, e dura ſino alla Feſta di S. Pietro, e Paulo; la terza comincia il primo d'Agoſto, e dura fino all' Aſſunta della Madonna; e la quarta ſette ſettimane auanti Natale, e termina la Vigilia di queſto.* Suppoſito igitur, vt vult Papebrochius, quod Suriani etiam Monachi in omnibus, & per omnia, Græcorum ſequerentur inſtituta, Panormitanus textus de iſtis Ieiunijs intelligi poſſet.

Reſpondeo ſecundo, quatuor temporum Ieiunium fuiſſe Apoſtolorum inuentum, vt contra Kemnitium hæreticum negantem probat Bellarminus tom. 4. Controu. lib. 2. de bonis operibus in particulari cap. 19. & quidem Orientali Eccleſiæ commune, quod inſuper probari poteſt, nam Athanaſij Patriarchæ Conſtantinopolitani (de quo Gregoras *Hiſtoria Romana lib. 6. cap. 11. 12. & 13.*) octo habentur epiſtolæ *tom. 25. Bibliothecæ Patrum editæ Lugduni anno 16,7* in

Epistola quinta scripta Episcopis ad Diocœses suas proficiscentibus, hæc inter alia præcipit: *ieiunia quatuor temporum ne soluantur*. Adde quod Michael Febure in Opere suo *cap.* 30. *art.* 10. *sect.* 2. de Surianis inquit: *osseruano molti digiuni, come quello del Natale, &c.*

DVBIVM III.

De Miraculo ad Iordanis Ripam.

Quod D. Angelus pedibus siccis Iordanem transierit, refert cap. 8. Auctor Vitæ S. Angeli. At Papebrochio miraculum istud somnium videtur.



Inspicienti enim tabulam propositam patet, quod Hierosolymam petenti ex Carmelo, Iordanis non est transeundus, ergo quod Angelus Hierosolymam ad Sacros Ordines suscipien-

piendos missus è Carmelo Iordanem repererit exundantem; & tamen siccis pedibus transierit, totum fabula est.

Respondet noster P. Maximilianus in Harpocrate Carmelitano pag. 13. argumentum istud futile esse, ac inane, vnicoque verbo solui posse, *dicendo scilicet Sanctum Angelum euntem de Carmelo Hierusalem non iuisse via recta, sed paucis leucis ad latus declinasse*. Mons enim Carmelus, vt refert noster Philippus à SS. Trinitate lib. 5. suorum Itinerum cap 1. *è quaranta miglia lontano da Gierusalemme, dal Mare di Galilea, e dal Giordano ventuno*. Hęc responsio nititur multis similibus exemplis: primum est Populi Hebręi Mare Rubrum transeuntis; inquit enim Petrus de Valle tom. 1. suorum Itinerum Epist. 11. num. 10. *la fuga poi degl' Hebrei, & il passaggio loro per lo Mare... ben si sarebbe potuto schiuare, volendo essi andare in que' deserti dell' Arabia, e verso la Palestina, caminando per terra, col girare intorno al Mare alcune poche miglia*. Quibus scilicet à recta via ad Mare declinauerant; rectum enim iter ad Mare eos non deducebat, vt ex Veteri Palestinæ Tabula apud Abraham Ortelium patet; qua quidem inspecta, posset aliquis, Papebrochium imitatus, exclamare: Obsecro te, quisquis habes oculos &c. & ita Sacrum Scriptorem inscitiæ, & imposturæ arguere.

At inquies, populus à recto deflexit itinere ob rationem adductam à Petro de Valle; ait enim: *bisogna, che ciò auuenisse, perche l' Essercito di Faraone, che li perseguitaua, doueua hauer occupato quel luogo, doue solo poteuano passare, onde Dio per liberarli, aprì loro la strada per mezzo al Mare, facendolo ad essi attrauersare in quel luogo, che non è gran distanza, a piedi asciutti, con quello stupendo, e notissimo miracolo*. Sed & Sancto Angelo deflectendi à recto itinere aliqua potuit esse ratio, puta, vt obseruat noster Valentinus in Prodomo Carmelitano num. 147. *adeundi prius Sacrum Christi Baptismi locum, vbi sacra olim fuere, & erant quoque fortasse tunc,*

Man-

Maiorum suorum habitacula, quam Hierosolymam accederet.

Secundum exemplum est S. Ignatij apud Iustum Camum in *Nouo Ismaele pag.* 3. qui quidem Ignatius Parisijs existens, Angliam petiturus, à recto declinans itinere, primum Antuerpiam venit, longius, quam ipsa sit Anglia, Parisijs remotam.

Tertium exemplum est ipsiusmet Papebrochij, qui, vt in Prodomo Carmelitano refert noster Valentinus num. 147. *dimidiato suo Maio adito, Mæcenati suo Episcopo Paderbonensi, & Monasteriensi oblaturus, Antuerpiam Monasterium meditabatur; rectam Coloniam petijt, longius, aut aquè, quam ipsa sit Antuerpia, Monasterio remotam.*

Quartum exemplum desumitur ex historiâ D. Francisci de Paula cap. 5. num. 36. quam tom. 1. Aprilis ad diem secundum refert Papebrochius; etenim Guinottus Regis Franciæ Legatus, cum D. Francisco Turonas accedere volens Bormio Foro-Iulium tetendit: *neque hoc* (inquit Papebrochius) *videatur ambiguum, propterea, quod Bormio Foro-Iulium tendendo, videatur in contrariam partem institutum fuisse iter, quam conueniebat; & quod Turonas, vbi Rex erat, accedere volentibus, nihil fuerit expeditius, quam Auenionem tendere, aduersoque Rhodano subire Lugdunum; etenim ne illam viam teneret, Legatus cum suis, prohibitus videtur metu pestilentia per Oram maritimam, & Massiliensem districtum grassantis, adeoque vti debuisse molliori, ac tutiori per Delphinatum.* Sed miror Papebrochium hanc itineris causam assignasse; cum sub eodem numero 36. immediatè ferè scripsisset: *Foro-Iulij, eadem, qua Bormium calamitate, afflicto succursum fuisse*, scilicèt à S. Francisco, qui Bormium paulo ante ab Epidemiæ morbo liberauerat.

DV-

DVBIVM IV.

De ætate, in qua S. Angelus ad Sacerdotium fuit promotus.

CAp. 8. Vitæ D. Angeli dicitur, quod Angelus anno 28. suæ ætatis Ordinatus fuit Sacerdos: At instat Papebrochius: *Canon Ordinationum apud Haribertum in Pontificali Ecclesiæ Græcæ* pag 550. *Iubet ne Presbyter ante triginta annos ordinetur. Erat autem hic Canon, ipso, de quo agimus tempore in viridi vsu; siquidem Simeon Archiepiscopus Thessalonicensis, qui seculo 13. florebat, lib. de Sacris Ordinationibus* cap. 5. *Præsbyter*, inquit, *Ordinandus triginta annorum esse debet.*

Verum Papebrochio probandum erat, quod Canon ille in tota Orientali Ecclesia fuerit receptus. Certè Spondanus ad *annum* 692. refert Synodum Constantinopolitanam, in qua Ordinatum fuit, quod ordinandus Presbyter haberet annos triginta; & talem Synodum nō fuisse receptam, nec ab Orientalibus. Auctoritas Simeonis Thessalonicensis, probat, si quid probat; quod in Constantinopolitano Patriarchatu, in in cuius districtu ipsa Thessalonica erat, Canon ille in viridi perseuerabat vsu. Dixi, si quid probat; nam cap. 4. eiusdem libri de ritu Ordinationis Diaconi agens, de ordinando ad Diaconatum ait: *debet quoque esse ætatis perfectæ, ne sit in operibus reprobandus*; tamen ex illis verbis non colligitur, quod nullus ordinaretur ad Diaconatum, nisi esset ætatis perfectæ: nam cum immediatè subiungat: *hoc statuunt Patrum Spiritu Sancto actorum Canones, qui res omnes Ecclesiasticas modo consentaneo disponunt, ac degerunt*. Statim subdit: *si autem non nulli Diuini Episcopi discretione quadam in Monachis sibi subditis istos annos, breuiant, & contrahunt, ideo fit, quod Monachis voluntatem suam facere non licet, sed aliorum*. Videatur Leo Allatius *de ætate, & Interstitijs in Collatione Ordinum apud Græcos pag. mihi* 45. & apparebit Prælatos non seruasse ali-

aliquando cum Monachis hanc ætatem. Nec mirum, nam etiam apud Latinos Patres triginta annorum ætas fuit in vsu, nam Concilium Agathense sub an. 506. Can. 76. Concilium Arelatense III. temporis Ioannis primi sub an. 524. cap. 1. Zacharias Pontifex Epistola ad Bonifatium Moguntinum, quæ habetur apud Surium in *Vita Bonifatij lib. 2* hoc statuunt; & tamen apud Latinos mos iste in desuetudinem abijt.

Episcopi, & Presbyteri ante trigesimum ætatis annum non ordinabantur sæculo vndecimo; Diaconi ante vigesimum quintum, nisi summa necessitate vrgente, aut ob singulare Sapientiæ, ac sanctitatis meritum ab Episcopo dispensandum videretur in presbyterorum ordinationibus, qui tamen ante XXV. non poterant inaugurari. Ita sanxit *Concilium Tolosanum anno 1106. Can. 3.* Rothomagense *an. 1074. can. 6.* Beatus quoque Petrus Damiani in libro, qui inscribitur: *Gratissimus cap. 4.* testis est eiusdem disciplinæ S. tamen Malachias ordinatus est Presbyter annos natus dumtaxat viginti quinque; de qua dispensatione S. Bernardus ita scribit in eius vita: *in qua eius ordinatione, si quid præter Canonum formam, processisse videtur, vt verè videtur; donandum sane, tum zelo ordinatoris, tum merito ordinati. Ego verò illud nec in Sancto redarguendum, nec vsurpandum consulo ei, qui Sanctus non fuerit.* Ita can. III. Concilij Laodiceni ait: *non oportere eos, qui recens illuminati sunt, in Ordinem Sacrum promoueri.* & tamen Matthæus Blactarius in Nouocan. Element. 10. cap. 1. in hunc Canonem inquit: *Tertius Synodi Laodicenæ Canon recens illuminatum confestim ad Sacros Ordines promoueri vetat. Magnum tamen lumen Nectarius ille è Cathecumenorum grege separatus nuper, cum Diuino lauacro sordes abluisset, purus iam purissimam Episcopatus dignitatem induit.* Omitto, quod in Vita S. Georgij Episcopi Suelli in Sardinia (de quo tanquam de eo, qui sæculo 11. floruit, agit

Pape-

Papebrochius tom. 3. Aprilis ad diem 23.) num.4. ſcribitur: quod *virtutibus excellens præſtantiſſimis, ætatis anno vigeſimo ſecundo Suellenſis conſecratur Epiſcopus*; quia Papebrochius in Appendice de cultu S. Georgij in Sardinia num 14. pag. 992. tomo 3. de hac re dubitare videtur. Omitto quod tom. 2. Aprilis ad diem 18. in cenſura Actorum S. Eleutherij num. 23 ſcribat de S. Thimotheo Epheſiorum Epiſcopo, Sanctiſque Gregorio, & Athenodoro, quod: *hos admodum adoleſcentes Epiſcopos in Ponto creatos aſſerit Euſebius, iſtum nondum tres, & viginti annos natum exiſtimat Hugo Cardinalis*, cum ſtatim addat, *ſed neque ea certa ſunt*. Et ſi ex adductis exemplis aliqua probatio deſumi poſset, cum Papebrochius ſuæ incertitudinis, & dubitationis nullam reddat rationem, quod enim ait, quod huiuſmodi ordinationes ſunt: *Eccleſiæ vſui contraria*, hoc eſt, quod quæritur; an huiuſmodi vſui eſset antiquitus adeo addicta Eccleſia, vt nunquam ab illo in aliquo caſu, v. g ob ordinandi præclaras virtutes, recederet. Videatur noſter Bach. in 4. diſt. 25. q. 8. a. 2. vbi apparet, quod antiquitus in Monachis morum honeſtas ſupplebat ætatem ad Ordines ſuſcipiendos requiſitam; quod etiam innuere videtur Concilium Trid. *ſeſſ. 23. de Reform. cap. 12.* quod etiam confirmari poteſt ex Daniele Bartolo in Vita D. Ignatij pag. 255. lib. 2. num. 32. ſcribente: *Hebbe oltreciò per Ordine del medeſimo Ponteſice Paolo III. ſettanta Scudi di Limoſina, e licenza, che i non ancor Sacerdoti, compreſoui anco eſpreſſamente Ignatio abſente, poteſſero prendere gl' Ordini Sacri da qualunque Veſcouo, & à titolo di volontaria pouertà, e di baſtante Dottrina: ſopra che il Cardinale de Santi quattro diè loro lettere di Penitentiaria ſotto li 27. Aprile del 1537. nelle quali anco li diſpenſaua nell'età Alfonſo Salmerone, e ſe gli concedeua di poterſi ordinare Sacerdote, quanto prima toccaſſe li ventitrè anni.*

CAPVT NONVM.

De resuscitato Iosepho adolescente à S. Angelo.

TRansactis itaque Natalitijs festis, Angelus cum Ioanne Bethlem proficiscitur, vbi prout loci deuotio exquirebat, Religionis Officia explere studet: cum interim Mulier, Elisabeth nomine, Viri Sancti Dei nomen celebrare, & miracula audiens, deuotione accensa, & spe erecta, natum biduo iam ante vita functum ad Angelum afferri curat eumque his compellat: Angele Serue Dei Prophetarum Imitator, credo firmissimè, si filium hunc meum Chlamyde, quam geris, tetigeris, reuicturum; cui Angelus: mortuos suscitare peccatori huiusmodi, qualem me esse profiteor, non est datum: munus hoc Dei solius, & verè Seruorum eius: At illa obortis perfusa lacrymis, nunquam, inquit, abscedam, donec Chlamyde contexeris Iosephum filium meum, & pro eo orationem feceris. His commotus lacrymis vir Dei Sanctus, puerum Chlamyde cooperuit, & ad Orientem versus in hæc orationis verba prorupit: Deus admirande in omnibus operibus tuis, qui per merita Patris Eliæ, Viduæ filium suscitasti, per virtutem Sanctissimæ Passionis filij tui Domini nostri Iesu Christi, qui suscitauit Lazzarum quatriduanum à monumento fœtidum, quæ tua est infinita potentia, suscitet, & reuocet ad Vitam filium Elisabeth Ancillæ tuæ. Vix orationem compleuit, & Adolescens quasi à somno excitatus, riuixit, vbi multorum cætu adstante; verè, inquit, Dei cultor, Angele, quem Deus exaudit, & mortuos reuocat ad vitam, ora pro Iosepho, qui per orationem tuam à corporali simul, & spirituali morte ad vitam iterum reuocatus sum. Conuersus postmodum ad adstantes, dixit: scitote me æternis damnatum tenebris, & sempiternis pænis destinatum, eo quod sanctissimum Dei nomen blasphemare ausus sum;

&

& Sancti huius viri Angeli meritis, & intercessione ab vtraque morte liberatus. Fuit autem miraculum huiusmodi omnibus notissimum, non modo Bethlehemitis, sed his, qui ad festum conuenerant, decem numero hominum millia excedentibus. Aderant autem comprimis Ioannes Archiepiscopus Nazareth, & Petrus Episcopus Bethlehem cum alijs Græcorum Præsulibus.

Circa Caput Nonum.

DVBIVM PRIMVM.

An quæ de resuscitato Puero in Vaticano textu dicuntur, à Papebrochio reijciantur solidè?

VAticani textus Auctor inquit: quod D. Angelus venit Bethlehem, & ascendit in Montem; & quod Mulier de Ciuitate Bethlehem ascendit ad eum, portans in brachijs filium suum mortuum, qui à S. Angelo resuscitatus dixit: *damnatus eram propter peccatum blasphemiæ.*

Circa hunc textum quatuor ponit Papebrochius; primum est, quod iste puer non erat adhuc quinquennis; ratio eius est, quia potuit Mater corpus defuncti brachijs suis ex Vrbe in Montem, nescit quam altum, & quam procul dissitum, portare. Secundum est, quod ille puer non poterat esse capax peccati mortalis; ratio eius, quia nec quinquennis est capax peccati mortalis. Tertium est, quod quando D. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 18. affirmat, Puerum quinquennem, ob blasphemiæ peccatum æternis damnatum ignibus: *tam seueram Sancti Pontificis sententiam, non tam ad efferendam pueri tantilli æternam damnationem spectare, quam ad terrorem parentibus in hac parte negligentibus, incutiendum.* Quartum est ex *Actis Sanctorum Perpetuæ, & Felicitatis, ab ipsamet Perpetua*

petua indubitali fide scriptis, & ad 7. Martij illustratis, Dinocratem eius fratrem, qui teste Augustino lib. 3. de Anima, cap. 9. septennis adhuc puer, fuerat ab impio Patre ad Gentilium sacrilegia reuocatus, ob hoc fuisse in pœnis, sed purgatorijs dumtaxat; vt potè de quibus Sorore orante liberatus est. Vnde videtur velle, quod Dinocrates non peccauerit mortaliter, etiam si ad Gentilium Sacrilegia fuerit reuocatus. Licèt autem Vaticani textus defensionem non susceperim; tamen hæc quatuor Censoris nostri puncta, non dimittam sine censura.

Ad primum igitur: Antequam Papebrochius concluderet puerum illum non esse quinquennem: quia quinquennis non potuisset à Matre portari ex Vrbe in Montem; quatuor perspecta debuisset habere: scilicet pueri pondus, Matris vires, Montis ab Vrbe distantiam, & Altitudinem situs; nec enim omnes eiusdem ætatis pueri sunt eiusdem ponderis; nec feminæ omnes imbecilles; nec Montes ab Vrbibus semper valdè distantes; aut maximè alti. Et certè Petrus de Valle Epist. 13. num. 13. tom. 1. sic ad rem: *arriuamo finalmente in Betlehem... il paese à mio gusto è il più vago, e più delitioso, che possa imaginarsi: Aria purissima, e bonissima: Acque eccellenti: Colline, e Valli, e tutte fertilissime: piene di frutti; vi nascono agrumi; piene di fiori, e d' herbe odorifere: ogni cosa ride, ogni cosa è allegrezza. La Chiesa, con la grotta, doue Christo nacque, stà fuori della Villa vn tiro d'Archibugio... il Presepio stà sotto la Chiesa, & è vna grotta scura cauata nel Monte.* Ex quibus patet parua Montis, & distantia, & Altitudo. Quod postea puer quinquennis non sit onus excedens fœminæ vires, constat ex Actis Sanctorum ad diem 10. Martij, vbi de quadraginta Sanctis Martyribus Sebastenis ex Euodio agens, cap. 4. num. 16. ita Papebrochius: *mira fides Mulieris... prolem enim suam, quam semiuiuam Tyranni relinquerant... virili animata robore, sumpsit in Collo, & properans*

rans, in vehicula, quibus membra Sanctorum, iussu Princi-pum, in flumen præcipitanda ferebantur, proiecit iam defunctum; expirauerat enim in baiulantis vlnis. In Breuiario sic explicatur, vt per notabile spatium Mulier filium gestauerit: dicitur enim: *ipso in humeros sublato, Sancta Mater vehicula Martyrum corporibus onusta, strenuè prosequebatur.* Et tamen hic non puer quinquennis, sed homo, quippe qui miles, erat.

Ad secunda sequentia exempla oppositum suadent. Primo enim Posseuinus Iesuita lib. 4. suæ Bibliochecæ cap. 6. inquit: *quid ... si puellas tres, quatuorque annos natas (quod non sine lacrymis experti sumus)* quoniam falsissimum Caluini Cathechismum addidicissent) fidem Catholicam publicè oppugnantes, veritatique vix *delibatas hæreses ipsis Theologis opponentes?* Bartolus Iesuita in historia Societatis, cui titulus: *Il Giappone* lib. 3. pag. 619. de quodam puero sic habet: *e notano singolarmente di lui, ciò che altresì affermano esser commune de Giapponesi, che di cinque anni haueua perfettamente in essere l'vso della ragione.* Idem Bartolus lib. cit. pag. 593. *Vn fanciuletto di pochi mesi, oltre à tre anni, che infermo à morte, là Madre sua sel teneua frà le braccia al seno, piangendoli sopra, perche horamai era in punto di terminare, pure egli hebbe tanto di spirito, che come il meglio potè esprimere, tra con la voce, e cò cenni, le dimandò, che il portasse quinci fuori, all'aria aperta, e ne fù consolato. In quiui giungere, si fè tutto in volto ridente, e leuata alto vna mano e col dito accennando il Cielo: Madre, disse io me ne vado in Paradiso, e in finire quell'vltima voce spirò.* Idem Bartolus in historia Societatis, cui titulus: *la Cina* pag. 398. *ma sopra tutti Agnesa .... fanciulla di non ancor di cinque anni, e già sì valente, ch'era di continuo chiamata per le Case ad esserui alle Donne Maestra, ne' Misteri della fede .. fattasi incontro à Bonzi in atto, che parue vna Maestra, disse loro: vditemi, e v'acquetate al vero. Chi adora, come noi fac-*

ciamo

ciamo, il Dio Signor del Cielo, non può senza grand' offesa di lui, honorare niun Idolo della terra ne riconoscer da essi i beni, che da lui solo prouengono; per tanto itene in pace, che il noi negarui l'offerta, che addimandate, non è spilorceria d'auarizia, come voi dite, mà puro debbito di coscienza.

Quo ad Tertium: arbitror Papebrochium Sancto Doctori iniuriam, eius autem verbis vim facere: dixi *vim*, nam lib. 4. Dialogorum cap. 18. D. Gregorius hanc ponit, veluti thesim: *omnes paruulos, qui scilicèt iam loqui possunt, regna cælestia ingredi, credendum non est.* Nota *iam loqui possunt*, nam etiam ante quinquennium loqui posse, quis dubitat? probat, quod dixit: *quia nonnullis paruulis eiusdem regni Cælestis aditus à parentibus clauditur, si malè nutriantur.* Probat deindè hanc probationem pueri quinquennis exemplo. Quis quæso tam bardus est, qui non videat, quod si propositæ sententiæ exemplum hoc probatio sit, Puerum mortalis peccati reum obijsse intelligere debemus; vt ita per illud verificetur Paruulis à parentibus, nimis carnaliter amantibus, regnum, cœleste nonnunquam claudi? Verum de hoc non finit dubitare Sanctus Doctor, cum statim subdat; quod hoc ideo Deus permisit: *quatenus reatum suum pater eius agnosceret, qui paruuli filij animam negligens, non paruulum peccatorem gehennæ ignibus nutriuisset:* quæ quidem verba propositæ sententiæ mirificè congruunt, nobisque affirmant fieri posse; vt aliquis simul, & semel sit paruulus filius, & non sit paruulus peccator. Hinc Posseuinus veræ S. Gregorij Sententiæ inhærens lib. 4. suæ Bibliothecæ, cap. 6. scripsit: *Gregorius illud Parentibus horribile affert exemplum pueri annum circiter quintum nati, qui in sui Patris gremio, cuius blasphemijs, cum tenella aures assueuissent, eas item ore suo pronunciabat, à Satana palam interemptus, & ad infera deportatus est.*

Dixi, quod Sancto Doctori infert iniuriam; quia absque vlla cogenti ratione Sancti Doctoris verba ad extraneum

sen-

ſenſum detorquens, eum mendacem facit; tantoque magis ineptum, ac inexcuſabilem: quanto, quod veriſſima, & horribiliſſima non deſunt exempla, quæ Patribus filios ſuos nimis carnaliter amantibus timorem incutere valent, ac terrorem, abſque eo, quod ad mendacia, & ad fabulas fiat recurſus: tum quia, ſi de adducto exemplo tanquam de fabula ad documentum inuenta licet opinari; eodem iure, & alia exempla in quatuor Dialogorum libris inuenta licebit ad fabulas relegare.

Ad quartum, audiendus eſt D. Auguſtinus tum lib. 3. de Anima, cap. 9. vbi ſic: *Dinocrates autem ſeptennis Puer, in quibus annis Pueri, cum baptizantur, iam Symbolum reddunt, & pro ſe ipſi ad interrogata reſpondent, cur non tibi viſus fuerit baptizatus potuiſse ab impio Patre ad Gentilium ſacrilegia reuocari, ob hoc fuiſse in pœnis, de quibus Sorore orante, liberatus eſt, neſcio.* Tum lib. 1. de Anima, cap. 10. vbi ita: *De fratre autem S. Perpetuæ Dinocrate, nec ſcriptura ipſa canonica eſt, nec illa ſic ſcripſit, vel quicumque illud ſcripſit, vt illum puerum, qui ſeptennis mortuus fuerit, ſine baptiſmo diceret fuiſſe defunctum: pro quo illa imminente Martyrio, traditur exaudita, vt à pœnis transferretur ad requiem: nam illius ætatis pueri, & mentiri, & verum loqui, & confiteri, & negare iam poſſunt... quis igitur ſcit, vtrum puer ille poſt baptiſmum, perſecutionis tempore, à patre impio per Idolatriam fuerit alienatus à Christo, propter quod in damnationis mortem ierit, niſi pro Christo moritura Sororis precibus donatus fuerit.*

Ex quibus conſtat primo; quod D. Auguſtinus non habet pro certo, quod acta illa à S. Perpetua fuerint ſcripta; ait enim: *nec illa ſcripſit, vel quicumque illud ſcripſit.* Conſtat ſecundo, quod D. Auguſtinus non affirmat, quod Dinocrates fuerit ab impio Patre ad Gentilia Sacra reuocatus; nam lib. 3. cap. 9. ſolum ait: *potuiſſe ab impio Patre ad Genti-*

lia

lia sacra reuocari, & lib. 1. cap. 10. inquit: *quis scit, vtrum puer ille .. à Patre impio per Idolatriam fuerit alienatus à Christo?* Constat tertio D. Augustinum supponere, quod Dinocrates potuerit in illa ætate alienari à Christo, atque adeo mortaliter peccare, sicut & mentiri, & verum loqui, confiteri, scilicèt fidem, & negare; nec enim per veniale peccatum alienamur à Christo; cum septies in die cadat Iustus. Constat quartò, D. Augustinum supponere, quod Dinocrates fuerit in pœnis inferni, cum supponat, quod propter Idolatriæ peccatum, vel propter aliud scelus alienatus à Christo in mortis damnationem ierit; qui verò ad Purgatorij pœnas relegatur, nec moritur alienatus à Christo, nec damnationem mortis incurrit.

Nec obstat, quod ab huiusmodi pœnis liberatus fuerit; nam similes historiæ passim habentur; quas diffusè refert Ioannes Thomas Castaldus tom. 1. de Potestate Angelica in Controuersia illa, *An verè Anima M. Vlpij Traiani Augusti precibus D. Gregorij Pontificis Maximi, post trecentos, vel circiter quingentos annos emigrationis à corpore, fuerit à faucibus Orci auocata, & inter Cœlestes Ciues annumerata.* Neque obstat, quod non possimus ritè orare pro Animabus damnatis; hoc enim locum non habet, vbi inducimur Diuino Instinctu ad orandum, vt respondet Castaldus loc. cit. punct. 12. quem specialem Instinctum fuisse in S. Perpetua, constat ex eius vita cap. 2. num. 8. vbi sic: *post paucos dies, dum vniuersi oramus, subito media oratione profecta est mihi vox, & nominaui Dinocratem, & obstupui, quod mihi nunquam in mentem venisset, nisi tunc; & dolui commemorata casus eius, & cognoui me statim dignam esse, & pro eo petere debere: & capi de ipso orationem facere multum, & ingemiscere ad Dominum.* Sed dato, quod Dinocrates fuerit in pœnis Purgatorij, sequitur ne ex hoc, quod solum peccauerit venialiter? nunquid in Purgatorio solum reperiuntur, qui venialiter peccauerunt? Cœterum

rum Panormitanus textus non puerum, sed Adolescentem scribit, quod non fuerit quinquennis puer affirmamus & nos, non tamen Papebrochij rationibus, sed Panormitani textus auctoritate moti.

DVBIVM II.

An non probabile sit, quod Græci, & Armeni conuenerint simul ad festiuitatem.

IN cap. 9. Vitæ S. Angeli textus Panormitanus sic loquitur: *fuit autem miraculum huiusmodi omnibus notissimum ... aderant autem.. Ioannes Archiepiscopus Nazareth, & Petrus Episcopus Bethelem cum alijs Græcorum Præsulibus.* Textus Vaticanus: *præsentibus, & alijs Prælatis, Græcis, & Armenis.*

Negat Papebrochius, quod Armeni Præsules simul cum græcis Episcopis ad illam festiuitatem conuenerint, & hoc triplici, vt videtur, ratione: primo, quia tunc temporis Armenia erat satis integra in fide; quasi dicat, quod cum Græcis schimaticis nullam celebraturi festiuitatem Armeni, quia Catholici. Secunda, quia tunc temporis Armeni non erant per varias Prouincias, atque adeo neque per Palestinam dispersi, & ideò nec suos hic debebant habere Episcopos. Tertia, quia Iacobus de Vitriaco scribit cap. 78. quod inter Armenos, & Græcos inextricabiles sunt discordiæ, & dissentiones implacabiles, & inuicem alij aliorum ritus, & instituta detestantur.


Ad primam, respondeo id, quod Pater Daniel Bartolus scribit in historia Societatis, cui titulus: *Il Giappone lib. 1. pag. 152.* vbi sic de Patre Alexandro Valegnani: *mà più, che altroue, si fermò in Tocatzuchi... quiui celebrò i Solenni Offitij della Passione, e Pasqua... eranuene ben diciotto mila fedeli, e*

due altre d'ogni generatione d'infedeli. Et fideles, & infideles conueniunt simul ad festiuitatem? Bremond lib 2. cap. 33. *Il Padre Guardiano officiò da Prelato.. e vestito Pontificalmente, entrò nel Santo Sepolcro, doue fece la beneditione delle Palme.. doppo si fece la processione trè volte attorno al Sepolcro, con gl' hinni soliti.. e di là venne à dir la Messa, e communicò di sua mano i Pellegrini.. A questa cerimonia non mancarono spettatori d' ogni religione, e soura tutti de Turchi, che ammirauano l'ordine, e la pietà de gl' Occidentali.*

Febure in suo Theatro cap. 30. art. 10. de Funere Patris Syluestri inquit; *Veramente era cosa degna di gran stupore à vedere tutte quelle nationi (antipatiche frà di loro) unite all' hora insieme nella Chiesa de' Maroniti*: isti erant Latini, Græci, Armeni, Suriani, & Arabes.

Respondeo ad secundum, quod absque dubio in Terra Sancta, & per Palestinam erat Armenorum Natio, cum Iacobo de Vitriaco cap. 71. clarè scribat: *sunt præterea in dicta Terra Sancta plures aliæ Nationes.. Suriani videlicèt, & Græci, Iacobitæ, Maronitæ, & Nestoriani, Armeni, & Georgiani*: Vnde sicut aliæ Nationes suos ibi habebant Episcopos, ita poterant habere, & alij. Adde tamen ad verificandum textum non fuisse necesse, vt Armeni suos in Palestina Episcopos haberent; poterant enim illi deuotionis gratia Hierosolymam, deinde Bethelem accessisse.

Ad tertium sufficiunt, quæ ad primum, interim vide Pallauicinum in histor. Concilij lib. 15. num. 134.



CA-

CAPVT DECIMVM.

De recessu S. Angeli clam in desertum, & de Operimento eius Cappa Alba quam reliquit, quo septem mortui resuscitati, & mundati quatuor leprosi sunt.

NOcte vero sequenti, longa, & feruentissima oratione peracta, iam spectatæ Sanctitatis, & gratiæ æstimationem de se concitatam, & honoris reuerentiam omnium consensu passim exhibitam, fugere statuit, & humilitati, ac contemplationi in solitudine vacare decreuit; obidque locum pœnitentiæ idoneum, mente reuoluens, tandem visione manifesta apud se Angelum vidit, qui eius propositum confirmauit, locum docuit, & se se Ducem exhibuit; surgens itaque Angelus, Angelo Dei dumtaxat comitatus, in Desertum abijt, vbi Christus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus pro humano genere, cum ieiunio pœnitentiam continuauit, & quamquam loci facies vndecumque squalida, situ nihil non asperum præferens, horrida solitudo, obuia pericula omnia intentabant; ipsemet tamen ad deliciarum omnium locum veluti amenissimum peruenisse iudicat, ibique firmato permanendi consilio, quoscumque humanarum virium conatus, pœnitentia, & deuotione, ac continua cœlestium meditatione, assiduus experitur Quotidie Christi ieiunium ad memoriam reuocatur, quotidie locus Christi contactu venerabilis cor eius inflamabat; quotidie demum Christi passio soluit in lacrymas, & prouocat ad singultus; atque his studijs in loco quinquennium complet; quo tempore, vbi Angelus esset, ad nullius quidem notitiam peruenit; tametsi per nemora, & Montes, & Vniuersam Regionum Prouinciam diù quidem quæsitus foret.

Interea verò chlamys ipsius, quæ penes Socios relicta erat, apud Bethlehem ingenti, & incredibili deuotione quæ-

ſita, eius apud Deum merita, & gratiam multipliciter patefecit. Hoc autem relatione, & ſtupore dignum videri poterit, quod cum plurimi varijs vexati languoribus, & (quod humani Ingenij vires excedit) nonnulli vita functi, deuotione inenarrabili, eadem chlamyde contecti, certiſſimo fidei argumento referantur; non tamen omnes, eiuſce chlamydis contactu, ſanitatis, & vitæ beneficium accepiſſe dicuntur. Ex his autem, qui non ſine Dei gloria, reuixerunt, Andreas Ioannis filius Hieroſolymitanus, Blaſius Antonij ex Bethania, Thadæa Pauli Samaritana, Stephanus piæ memoriæ Philippi Hieroſolymitanus, Lazarus bonæ recordationis Blaſij ex Ierico, Matthæa recolendæ memoriæ Ioſephi Nazareni, fideli multorum teſtimonio memorantur. Ex his verò, qui fuerunt ad vitam reuocati viri Cœnobitarum, Mulieres verò Sanctimonialium in Monte Syon Monaſteria ingreſſæ ſunt, Deoque, & magnæ eius Genitrici ſemper Virgini, Vitæ auſteritate, & pœnitentia incomparabili ſeruierunt, & miris modis alios ad Dei obſequium induxerunt. Hæc autem omnia, & ſigula palam proferri per totam Orientalem Eccleſiam omnibus ſatis conſtat. In primis autem in ipſa Hieroſolymitana Eccleſia ab Honuphrio Patriarcha, viro certiſſimæ fidei, ea omnia publicari audiuimus, præſentibus ſex, & triginta Epiſcopis, ſuperius expreſſis in Synodali Concilio eiuſdem Honuphrij Patriarchæ, propè Hieroſolymam, ſolemniter congregatis. Eorum vnanimi aſſenſu ipſe D. Angelus in Diuorum numerum relatus, debita Martyribus veneratione excolitur. Sed quod reliquum eſt Vitæ, & geſtorum eius memorabilium, narrare procedamus.

Cir-

Circa Caput Decimum.

DVBIVM PRIMVM.

An S. Angelus discesserit absque Superioris licentia?

EX Auctoris silentio, qui de petita licentia non meminit, censurandi occasionem capiens Papebrochius: *quid ergo?* inquit, *an absque Superioris licentia distulit redire in Carmelum?* Respondeo primò, quod in vetusto Codice M.S. Carmeli Mechliniēsis sic loquitur textus: *nocte postera vir Dei Angelus, vt popularem auram declinaret, licentia à Priore Montis Carmeli quæsita, ad squalentem accessit Eremum, vbi delituit quinquennio.* Respondeo secundo, quod in Vita B. Stanislai Kostka Iesuitæ edita Romæ anno 1620. Franciscus Sacchinus Iesuita illius Auctor, pag. 160. sic habet, de Beati morte loquens: *in quella notte medesima* (in qua scilicèt Stanislaus expirauit) *ad vno della Compagnia molto Religioso, e di Stanislao intrinseco, alla Casa Professa occorse vn Caso memorabile; à costui trà sonno, e vigilia apparue vn' altro pur della Compagnia, che habitaua in S. Andrea, e dimandolli, doue voleua andare la seguente mattina; e rispondendo egli, che voleua visitare Stanislao: quell' altro l'auuisò, che per tal' effetto non prendesse noia, perche già Stanislao era in Cielo: e replicandogli egli marauigliato, come poteua ciò essere? di nuouo l'altro disse: è così; già Stanislao è in Cielo, & aggiunseui l' hora, nella quale haueua spirata. A tal nuoua tutto risentito l'amico, restandogli viuamente nella mente impresse quelle parole, subbito, si leuò in fretta, si pose in via per Monte Cauallo, oue trouato Stanislao defonto, & informatosi dell hora, tutto pieno di stupore, palesò iui ancora quello, ch' era successo à lui.* Siste hic Papebrochi; nonne iste vocatur: *gran Religioso?* quid ergo?

an absque sui Superioris licentia exiuit? nonne Iesuitarum Regula 43. iubet vt: *nullus Domo egrediatur, nisi quando, & cum Socio, Superiori visum fuerit*; & hic vbi est Socius? quid dico de Socio, vel de licentia? *subbito, che s'alzò, in fretta si pose in via per Monte Cauallo*: nulla scilicèt præmissa Oratione; nullo facto Signo Crucis. Quid ad hæc Papebrochi? rides, & merito, ad insulsas interrogationes istas; quia nimirum hæc omnia in Religioso viro supponi debent, fastidiosæque superfluitatis esset in historico has circumstantias commemorare velle.

DVBIVM II.

An Hierosolymitana Synodus pro D. Angeli Miraculis inquirendis, & examinandis fuerit vna, an duplex?

AFfirmat Papebrochius fuisse duplicem; sed quantum decipiatur, ostensum est Dubio XIII. circa Caput primum.

CAPVT DECIMVM PRIMVM.

Quod S. Ioannes Frater S. Angeli fuit electus in Patriarcham Hierosolymitanum, iuxta reuelationem B. Virginis, & S. Angelus remansit quinque annis in deserto, nutritus, & visitatus quotidie ab Angelis.

HIs vero diebus Patriarcha Vitæ diem clausit; cuius loco Ioannes Angeli Frater subrogatur, & vnanimi totius Ciuitatis assensu, Spiritus Sancti gratia disponente, in Patriarcham electus, oues contagij purgare, & ad Pascua salutis

ſalutis reducere ſatagebat; & non multo poſt conſtans fama per ora omnium volare, & vbique increbeſcere cæpit, Angelum in Deſerto, vbi Chriſtus ieiunauit, quinquennio perſtitiſſe, ibique ſpirituali alimonia, & pane Angelico nutritum, ac Beatorum alloquio roboratum, ab officijs corporeis quaſi alienum, ſoli ſpiritui, & Diuinorum contemplationi vacare, & ipſa Chriſti ſolitudine toto ſpiritu, & affectu Chriſti imitari Chriſto adhærere, Chriſtum denique toto mentis ardore momentis omnibus reſonare. Huius rei verò conſtantiſſimæ famæ certiſſimi fuere Auctores, & plurimi haud dubia ſanctitate homines, quibus idipſum ante lucana, & certa viſione, & oraculo non obſcuro renunciatum fuerat.

CAPVT DECIMVM SECVNDVM.

Quod Christus cum multitudine Angelorum apparuit S. Angelo, cui præcipit, vt iret in Siciliam ad prædicandum, & ad ſubeundum Martyrium.

INterea verò quinquennio tranſacto, Chriſtus ſole ſplendidior, magna Angelorum, & Sanctorum multitudine comitatus, Angelo apparuit dicens: ſatis tibi hic Angele, iam ſatis hic immoratum eſt; ſatis priuato profectui, & contemplationi datum; ea te nunc celerius præſtare oportet, per quæ à Patre æterno ad gloriam prædeſtinatus non dubia adoptione vocaris. Martyrio igitur in Inſula Siciliæ, & Oppido Agrigentinæ Diœceſis, quod Licata dicitur, Dei amore ſuſcipiendo, & plurimis pro reuelanda Dei voluntate, & veritate tuenda, laboribus perferendis te accingas. Verum tamen primum Hieroſolymam, & ad Eccleſias Orientis te transferas, & fideles confirmes in his omnibus, quæ ſunt ſecundum voluntatem Patris mei. Poſtea, cum tempus fuerit, Alexandrinus Patriarcha Athanaſius iuſſu meo credet tibi reli-

reliquias Ioannis Baptistæ, Ieremiæ, Georgij, & Catharinæ, cum Imagine Matris meæ, quam Thecla Virgine Pauli discipula instante, miro deuotionis affectu, Lucas dipinxit. Ea enim, vbi sacrilega Barbarorum impietas omnia contaminare, & furens in sacra dehonestare contendit, seruare non decet. Quæ Romano Pontifici Honorio III. & Frederico de Claramonte resignabis in Italia, apud Vrbem veterem. Quibus peractis, Siciliam versus iter facies; ibi enim euangelizare opus est, ibi pugnare oportet, nefandi ibi Christianorum scelera, impia sacrilegia, crudeles incestus, exectanda cordis duritia, nulla Dei reuerentia, nullus timor, infidelitas plurima, nulla legum obseruantia & ferè nulla fides. Ea nullo censore committuntur, & crescunt, quibus offenditur Pater meus Cœlestis. Quamobrem euangelizabis legem meam, increpabis, argues, & clamabis in abominationem, & detestationem impiorum; & nisi conuersi fuerint, pronunciabis euaginatum gladium, & manum eius percutientem; & ita hæc vltio veniet super eos. Cum verò in Oppido Licatæ fueris, scito ibi hominem scelestissimum, qui propriam Sororem, elapsis iam annis duodecim, cognouit carnaliter, & tres ex ea filios habuit, quamquam illa Maritum habet (quod nefandissimum scelus inquinat Siciliam totam, & cedit in scandalum populorum, & fidei) ibi labores, ibi sudores plurimi supersunt. Sed Margareta tuis tandem prædicationibus ad pœnitentiam adducta, crimen, quod iam manifestum est, & palam pronunciabit, & culpam fatebitur, tres filios in medium producens, & supplex, ac humilis veniam petens; Berengarius verò huius rei causa, ira replebitur, & insolescet; ac primum coacta sceleratorum, & consciorum manu, te Innocentem gladio perimet: Sororem postmodum, quia pœnitens illa crimen proprio ore detexerit, amens, & furijs agitatus, petet, quam tu seruari præcipies. Hoc prædicationis labore in abominationem

exe-

execrabilium scelerum, & impietatum, ac nefandi incestus, hoc Martyrij medio, more Ioannis Baptistæ, ad Celestem patriam ascendes, ad quam mors pro veritate accepta, spontaneo Martyrij patibulo, viam aperiet, vbi tribus Laureis coronato, paratum tibi regnum inuenies ab initio sæculi, & gaudebis, cum Sanctis Angelis in æternum.

Circa Caput Decimum secundum.

DVBIVM PRIMVM.

Quænam sint Orientis Ecclesiæ, de quibus in Cap. 12.

CApitis 12. sequentia verba à Papebrochio censurantur: *Verumtamen primum Hierosolymam, & ad Ecclesias Orientis te transferas, & fideles confirmes in his omnibus, quæ sunt secundum voluntatem Patris mei:* inquit enim Papebrochius in annotatis ad cap. 4. *nescio quæ sint hæ Ecclesiæ Orientis; aut quid sibi hac adiunctione voluerit interpolator, nihil hic amplius narratur, post additam Hierosolymam, quam quomodo S. Angelus visitata in transitu Alexandria, appulerit Messanam.*

Sed respondeo primò, falsum esse, quod ait: *nihil hic amplius narratur, post additam Hierosolymam, quam, &c.* nam cap. 16. in fine, post narrationem de addita Hierosolyma, hæc habentur: *quibus peractis, multis alijs in Oppidis, & Vrbibus, Christi iussa exequutus, incredibilem laborem subijt, & vita non pepercit.*

Respódeo secundo ad illud: *nescio, quæ sint hæ Ecclesiæ Orientis*: quod Io: Cabassutius in Notitia Conciliorũ ad Nicænos Canones V. VI. VII. hoc explicat, dicens: *Idemque probat Patriarchæ Antiocheno subiectas fuisse omnes Orientis Ecclesias ab Hellesponto, vsque ad Euphratem, & vltra... quia verò mul-*

multiplex erat Orientis acceptio. Prima quidem, qua Thraciam, & Mysiam (qua postmodum Bulgaria sortita est nomen) omnemque Asiam ab Hellesponto ad Tygrim Amnem, quin etiam Ægyptum ipsam, & Libiam, atque Pentapolim complectebatur. Altera est Orientis significatio multo contractior, pro Syria, Pheniciaque, & Mesopotamia. Prafecto Pratorio Orientis subiecta erant quinque ista Diæceses, Ægypti, Asiana, Pontica, Thracia, & specialis Orientis... singuli harum Diæcesarum Prafecti dicebantur Vicarij. Cęterũ specialis Diæcesis Orientis Vicarius, dicebatur speciali nuncupatione, Vicarius Orientis. Ad hanc specialem Orientis Vicariam pertinebant omnes illi Orientales Episcopi, qui Ioannem Patriarcham Antiochenum ad Ephesinum Concilium comitati sunt, multasque turbas aduersus Cyrillum, & Oecumenicam Ephesi Synodum, concitauerunt. Tertia denique Orientis acceptio protenditur ab Ora Asiatica Littoris Ægai versus Solis Ortum; deducta Ægypto, Libiaque, &c. hæc Cabassutius.

DVBIVM II.

De reliquijs à S. Angelo asportatis.

SEd Papebrochio nec arrident sequentia Christi Domini ad Angelum verba: *postea cum tempus fuerit Alexandrinus Patriarcha Athanasius, iussu meo credet tibi reliquias Ioannis Baptista, Ieremia, Georgij, & Catharina, cum Imagina, Matris mea*, quæ quidem reliquiæ, vt habetur cap. 20. fuerunt, *Caput Ieremia Propheta, brachium, & Tibia S. Ioannis Baptista, brachium* S. *Catharina, & Tibia* S. *Georgij*. Inquit autem Papebrochius de reliquijs S. Ioannis Baptistæ. *Vt has Angelus credatur inde transtulisse secum, certius nobis constare deberet de modo, quo eas Alexandria acceperit, vel saltem accipere potuerit, quod & de ceteris dictum intellige.*

Hæc

Hæc Papebrochij obiectio triplicem parit difficultatem. Prima est, quomodo; & vnde illæ reliquiæ fuerint Alexandriam translatæ, vt inde eas secum potuerit asportare D. Angelus. Ad quam quidem respondeo, hoc scire non esse necesse, vt has credatur Angelus secum transtulisse: etenim & Papebrochius tom. 1. Aprilis, die 2. in Comment. præuio ad Vitam S. Mariæ Ægyptiacæ q. 3. num. 19. de Translatione reliquiarum eius ad Romanam Ciuitatem agens, sic ait: *Vnde igitur, aut quomodo Romam translata reliquia?* & postquam fassus est se de hac re nihil certi habere, sed solum coniecturas subdit: *hoc certum, & vitam toti Occidenti fuisse notissimam sæculo VI. & reliquias à iam dicto Hormisda Papa communicatas cum S. Eleutherio Tornacensi Episcopo, in cuius Vita ex Antiquo Tornacensi M. S. edita, num.* 18. hæc leguntur. Ita respondemus & nos, vnde, & quomodo istæ reliquiæ scilicèt Sancti Georgij, & S. Catharinæ fuerint Alexandriam translatæ, nescimus: hoc certum, illas reliquias ab Athanasio Patriarcha traditas S. Angelo, in cuius Vita cap. 12. & cap. 20. hoc habetur, &c. neque enim rationem dabit, cur Antiquo Tornacensi M. S. sit credendum; & non Vitæ ab Enoch æditæ. Similiter die 23. Aprilis in Annalectis ad Acta S. Georgij Martyris sequentibus cap. 1. agit qualiter ab Ægyna Insula S. Martyris Caput Venetias allatum sit, & in Monasterio Sancti Georgij Maioris collocatum; at vnde, & quomodo Sacrum illud Caput Ægynam translatum sit, nec verbum quidem.

Cœterum, vnde, & quomodo reliquiæ S. Ioannis Baptistæ Alexandriam translatæ fuerint, Ruffinus *lib. 2. cap.* 28. ex Ruffino Baronius ad *annum* 389. & ad *diem* 29. *Augusti Martyrologij Romani.* Quo autem ad reliquias Ieremiæ Chronicum Alexandrinum sic habet: *Accepimus nos ab Antigoni, & Ptolomei posteris, viris Magno natu, Alexandrum Macedonum Regem, cum Vatis Sepulchrum viseret, & ea, quæ de se*

 præ-

prædixerat cognouisset, eius cineres Alexandriam deportasse, illisque illustre monumentum, vndequaque ornatum excitasse. Sed & Ioannes Moschus in Prato Spirituali lib. 10. Vitæ Patrum, cap. 77. ita ad rem: *Tunc aio Domino meo Sophronio: eamus ad Tetrapylum; est autem locus ille Alexandrinis Venerabilis, dicunt enim Ieremiæ Prophetæ ex Ægypto sumpta, ab Alexandro conditore Vrbis illic fuisse reposita.* Quo ad reliquias S. Catharinæ, Petrus de Valle tom. 1. suorum Itinerum num. 11. Epistolæ 11. *giungemo à riposare al Monastero* (hoc Monasterium est Basiliannorum in Monte Synai) *quasi ad hora di desinare; la sera poi finiti in Chiesa gli Offitij ... ci mostrarono i Monaci il Corpo di S. Catherina, aprendoci la Cassa di Marmo, doue in pezzi si conserua... baciamo più volte la santa Testa, e la Mano sinistra, che bellissima si vede, con tutte le sue dita, carne, & vngia.* Hic multa consideranda; primo quidem, quod Alexandriæ D. Catharinæ esset natale solum. Secundò, quod Athanasius Patriarcha Alexandrinus esset Monachus Basilianus. Tertiò, quod Custodes corporis illius Sanctæ essent Basiliani, illius Monasterij per annos plusquam mille possessores. Quartò, quod corpus illud esset in partes diuisum. Quintò, quod Petrus à Valle vnam tantum viderit manum: Omnes enim istæ circumstantiæ probabile faciunt reliquiam, & quidem brachium S. Catharinæ fuisse Alexandriæ vbi, vt inquit Bremond lib. 1. cap. 3. *è la Chiesa di S. Catherina nel luogo, oue riceuette la corona del Martirio, che è ben ornata, e meglio offitiata da' Religiosi Greci dell' Ordine di S. Basilio.*

Quo autem ad D. Georgij reliquias Papebrochius ad diem 23. Aprilis in Analectis ad Vitam sequentibus cap. 1. §. 5. num. 47. *Tulit*, inquit, *impius iste Georgius, quo dignus erat, supplicium, anno 362. sub Iuliano Apostata, quando iam pridem Ecclesias suo nomine dicatas habebat S. Georgius Christi Martyr, fortassis etiam Alexandriæ, vbi inter tres, quas Chri-*

stianis

stianis reliquas fecit Saracenorum, & Turcharum tyrannis, tertia nomine Martyris Magni S. *Georgij, extra Vrbem, ad litum Maris falsi, numeratur ab Ioanne* Sedis *Alexandrinæ discipulo ad Clementem VIII. scribente apud Baronium ad calcem tomi 6.* Licèt autem non sit necessaria consequentia, quod si habuit Alexandriæ Ecclesiam, etiam Alexandriæ fuerint ex eius reliquijs; tamen aliquid ponderis addit auctoritati scribentis eius reliquias Alexandriæ repertas; tamen aduertendum, quod Athanasij Patriarchæ tempore reliquiæ D. Angelo traditæ non erant in diuersis Ecclesijs, sed in vna, eademque Basilica. Sic mihi videtur colligi ex eiusdem Athanasij Epistola ad Fredericum Fratrem.

Secunda difficultas est, vnde, & quomodo Athanasius reliquias illas Alexandriæ iam existens reperire, & repertas accipere potuerit? Respondeo, neque hoc necesse est scire, vt has credatur Angelus secum transtulisse; etenim Papebrochius tom. 1. die 1. Aprilis in historia translationis S. Venantij Martyris ex Italia in Germaniam, num. 2. sic habet: *Hic (scilicet B. Rabanus) quendam suorum Monachorum, nomine Attonem in Italiam pro huiusmodi re exequenda misit. Qui Ariminum veniens, data sibi diuinitus oportunitate, corpus prædicti Martyris secum abstulit, & in Franciam ire festinauit.* Cum igitur Diuino iussu Athanasius huiusmodi reliquias Angelo tradiderit; si non humanitus, certè diuinitus, eas accipiendi oportunitas oblata fuit, ne dicamus Deum aliquod impossibile Athanasio iussisse.

Tertia difficultas, vnde, & quomodo huiusmodi reliquias Alexandriæ existentes reperire, & repertas accipere potuerit Angelus? & huic difficultati respondet textus ipse, asserens, quod ab Athanasio Dei Maximi iussu eas accepit.

DV

De Imagine B. Virginis.

VTinam, inquit Papebrochius, *hac quam fidenter aßeruntur, tam certò essent sic à Christo reuelata, magnum vtique præsidium adferrent confirmandæ fidelium credulitati de istiusmodi Imaginibus.* Cæterum Petrus Rabadaneira Iesuita in Vita Francisci Borgiæ lib. 3. cap. 11. *Il Padre Ignatio, come vidde il pericolo... trasse fuori vn Ritratto, ch' haueua portato da Roma, & era l' Imagine di nostra Signora, ch' haueua dipinta S. Luca.* Libro 4. de B. Francisco Borgia: *hebbe grandissimo desiderio, e deuotione d' hauer vn vero Ritratto dell' Imagine della Madre di Dio, che l' Euangelista S. Luca dipinse di sua mano, & è nella Chiesa di S. Maria Maggiore di Roma.* An & hic dicendum: vtinam hæc, quam fidenter asseruntur, ita essent vera? Sed Hippolytus Marraccius, in opere, cui titulus: *Apostoli Mariani*, his fidem apud pios Lectores conciliat, dicens de D. Luca: *non vnam autem, sed plures vnius generis Icones, qua Mariam exprimerent, siuè vltrò, siuè rogatum, in aliorum gratiam, diuinum pictorem cupidè depinxisse, tradunt &c.* Videatur Vincentius Fontana in Monumentis Dominicanis part. 1. cap. 1. ad an. 1218. vbi de S. Dominico Virginis Imaginem à D. Luca pictam transportante loquitur. Videatur etiam Oldoinus Iesuita in additione ad Vitam Innocentij III. vbi agit de Stephano Cardinali de Ceccano.



CA-

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De responsione S. Angeli ad Christum, deque commendatione Ciuitatis Hierusalem.

ANgelus, vbi se Christum clara visione vidisse cognouit, reuerenter prostratus, qua potuit, mente purissima adorauit, atque post piam Maximi, & deuotissimi affectus orationem, se se obtulit pro eius nomine, & amore moriturum, & pro viribus vtique commissurum, vt eius voluntas omnibus innotesceret. Tu, inquit, fili Dei viui, verè Deus æterne, pro me hanc vilissimam carnem induere, tot labores, tot dolores, tot ærumnas pati, mortem etiam subire dignatus es, & ego pro nomine Sancto tuo non moriar? moriar certè lætus, & erit dulce mihi pro tua veritate mori; demum autem, vnum, inquit, te oro, ac præcor, Clementissime Iesu, vt Ciuitatem istam Hierusalem, immenso bonitatis tuæ oculo respicias, vbi manus ad Patrem tetendisti in sacrificium vespertinum, vbi contumelias omnes, & quæ hominis lingua vix exprimi possunt, spotè passus, & tandem in Cruce affixus, & spinea corona coronatus, sacratissimum Sanguinem tuum pro instauratione, & salute humani generis effundere voluisti: miserere, miserere, & propitius esto propter nomen tuum, & libera eam, ne semper in ea glorientur inimici tui.



CA-

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Reuelatio Christi de Regnis, & Prouincijs Christianorum occupandis ab Ismaelitis, siuè Agarenis; deque Imperio Turcarum extendendo vsque ad Regnum Vngariæ: quorum armis castiganda foret ipsa etiam tota Europa, & Italia, ac ferè omnes Christiani.

TVm Christus; scito Angele, & hanc reuelationem vbique prædicabis, quod Ciuitas Ierusalem diu erit sub ditione Agarenorum, quæ, & ab eis non multo post ferè tota funditus destruetur: ipsa insuper Iudæa, Samaria, Galilea, & tota Terra promissionis, & Cappadocia, & Ægyptus, cum multis Regionibus, & Prouincijs Asiæ, & Africæ, paucis interiectis annis, omni ex parte cedent in potestatem Ismaelitarum, & quas nunc vides, vbi Diuinæ celebrantur laudes, Sacræ ædes, delubra, & Ecclesiæ destruentur, & Christiani ferè vbique ad nihilum reducentur; nec multo post vniuersa illa Mundi pars, quæ minor Asia dicitur, in ditionem Maumetis, Othomano Duce, deueniet; cuius successores Græciam inuadentes ferè totam occupabunt. Indeque terra, & mari in dies magis potentia eorum augebitur, & terrebit ferè omnes gentes, & perueniet vsque ad Regnum Epyri, Dalmatiæ, & Russiæ: Succedente verò tempore Ciuitatem etiam ipsam Hierosolymitanam, cum vniuerso Ismaelitarum Dominio Othomani obtinebunt, & ipsa Christianorum propugnacula expugnabunt, ipsam etiam Vngariam pluries inuadent, & ferè desolabunt eam, & terrebitur, & infestabitur Europa. Italia verò ipsa, vbi Sedes Petri est, diù, & sæpè vexabitur, & diuturna, & perniciosa reprehensionis bella sentiet, & videbit ignem, & sanguinem, & ruinam, & quasi desolationem; & erit afflictio, & seuiet furor,

& ira super filios ingratitudinis, & præcedent fames, pestis, & diuisio, & comitabuntur, & non deficient. Venient autem hęc propter abbominationem eorum, qui construunt Babylonem, dissipant Sanctuarium, & sustinent populum iniquitatis, & odij, & rancoris, & conuertunt eum ad impietatem, & turpitudinem omnis immunditiæ, & omnis peccati.

Tunc Angelus: quando hæc futura pronunciabo? & Christus: quando Ecclesia nitore deterso, iacebit quasi vidua: quando Romani Pastoris Solium, & Regnum auctum, plurimi affectabunt, & vnus aduersabitur alteri: quando surgent hypocritæ populos fraudantes prætextu Sanctitatis, & Religionis, & erit plena Ecclesia Sectarum, in quibus regnabunt superbia, ambitio, & luxuria, cum cohorte filiarũ eius. Quando Principes diuisi disceptabunt, & Rex Regi, & Pontifex Pontifici aduersabitur, & quasi tolletur pax de medio gentium, & discordia ferè pariet incendium. Quando hæreses præualebunt, & erit ferè extincta fides, & populi, & qui dominantur eis, ad vanitates, & insanias conuertentur: tunc Pater meus æternus mittet furorem, & iram, ac permittet ingratitudinis filios vbique torqueri ab hostibus, & inimicis Nominis mei. Hæc omnia constanter, & intrepidè prædicabis, & annunciabis Populo Christiano, quæ ventura sunt, propter scelera eius.



Circa Caput Decimum Quartum.

DVBIVM PRIMVM.

An Prophetia illa de Agarenorum, Turcharumque Imperio sit ficta?

QVæ in supra scripta reuelatione displicent Papebrochio, hæc sunt: *ipsa insuper Iudaa, Samaria, Galilea, & tota Terra promissionis, & Cappadocia, & Ægyptus, cum multis Regionibus, & Prouincijs, Asia, & Africa, paucis intertectis annis omni ex parte cedent in potestatem Ismaelitarum.* Papebrochius hæc censurans, inquit: *Satis ne videtur hic Auctor præterita distinguere à futuris? Numquid Hierusalem, Samaria, & totum Regnum Hierosolymitanum, cum tota Ægypto, præter nuperrimè captam à Crucigeris Damiatam, pridem reciderant in potestatem Saracenorum?*

Verum nota primo, falsum esse quod ait Papebrochius, scilicèt, quod ante reuelationem D. Angelo factam, Damiata à Crucigeris fuerit capta; Reuelatio enim fuit circa finem anni 1218. quia tunc, vt ipse Papebrochius obseruat in annotatis ad cap. 4. litt. a. Angelus è Deserto exijt: Damiata verò ait Godefridus illius temporis Auctor apud Odoricum in Compendio Annalium sub anno 1219 num. 16. *Igitur nonis Nouembris Capta est Damiata*; & Iacobus de Vitriaco, qui rei gestæ interfuit, lib. 3. suæ historiæ inquit: *Igitur nonis Nouembris ... anno gratiæ 1219. capta est Damiata.*

Notandum secundò, quod de Terra promissionis sic inquit Abraham Ortelius in Theatro suo: *sequentibus ergo temporibus vsque in ætatem Christi, & Apostolorum, & deinceps terra Canaam, vel Israelitica, in tres partes distincta, triplici quoque appellatione, est vsa. Superior versus Sydonem, & Tyrum Galilea; media Samaria; inferior ad Austrum, & Arabiam Pe-*

Petream, propriè dicta est Iudaa Matth. 19. *Marc.* 10. Addunt alij Pheniciam, vt Bremond lib. 2. cap. 1. & noster Sanutus in sua Chronica cap. 8. vbi post quam scripserat, quod Paganni anno 1249 cœperunt Tripolim, & Tyrum; & anno 1291. cœperunt Acconem; & quod hac occasione Monasteria nostra fuere destructa, concludit: *& sic Religio ista fuit de Prouincia Phœnicea, & per consequens de tota Terra Sancta prorsus eradicata.*

Notandum tertiò id, quod scribit Odoricus in Compendio Annal. ad annum 1218. num. 12. vbi sic: *contraxit autem admodum, depressitque Infidelium animos Pelusij obsidio, adeò, vt, ad constandas copias, educendaque ex Arcibus præsidia, illarum plures funditus euerterint, quas aduersus Christianos tueri non posse metuebant. Tantum verò ex Pelusiani belli euentu læto, aut tristi omnium fluctuabant animi, vt Honnorius Senonensi Archiepiscopo scripserit lib. 3. cap. 36. rem aggressus est Christianus exercitus, in qua consistit, aut plena victoria, aut vincendi desperatio manifesta; obsedit enim Ciuitatem Damiatæ, opulentam, & magnam.* Isti igitur erant hominum sensus, quibus Angeli Prophetia contrarium denunciat; aitque tantum abesse, vt occupata Damiata, reliqua sit occupanda Ægyptus; quod potius è contra Damiata in Saracenorum potestate iterum deueniet; & non solum Ægyptus, sed & tota Terra Promissionis, &c. His positis, peto modo à Papebrochio, an tunc temporis, quando scilicèt facta fuit reuelatio, essent veræ istæ propositiones?

1. Ægyptus tota, & ex omni parte est in potestate Ismaelitarum.

2. Terra Promissionis tota, & ex omni parte est in potestate Ismaelitarum.

3. Iudæa tota, & ex omni parte est in potestate Ismaelitarum.

4. Galilea tota, & ex omni parte est in potestate Ismaelitarum.

5. Samaria tota, & ex omni parte est in potestate Ismaelitarum.

Profectò propositiones istæ tunc temporis non erant veræ. Non prima quia licèt Damiata à fidelibus capta non esset, adeò tamen obsessa erat, vt in Ismaelitarum potestate non esset eam à Christianorum viribus, & obsidioni eripere, duranteque obsidione circumiacentia loca à Christianis occupabantur; cum Iacobus de Vitriaco in Epistola circa annum 1219. ad Honorium III. scripta, & in exercitu prope Damiatam data, & ab Acherio tom. 8. sui Spicilegij relata, dicat: *Cum igitur quatuor munitiones haberemus in Ægypto, Damiatam scilicèt; Theranis, & Turonum in Sabulo, & Castrum Buttinant; nostrorum statu semper in melius crescente, Inimicorum conditio vergens ad occasum, in deterius profluebat.* Quantum autem hoc referret, dicet nobis Petrus Matthei in historia S. Ludouici Francorum Regis lib. 2. vbi sic: *gli dimandarono, che cosa dunque volena dar loro per sua libertà? Il Magnanimo Rè loro rispose ... che per liberarsi dalle lor mani, hauerebbe reso loro liberamente Diamata.. gli Armiragli riportarono al Soldano l'offerta del Rè, che li piacque assai, attesa che lo rimetteua nel possesso, e nel Dominio dell'Egitto, mediante la restitutione di questa bella, potente, e forte Città, quale è quasi vna Chiaue, e Magazzino della ricchezza del Leuante.*

Similiter, nec secunda propositio est vera; nam in Terra Sancta in Prouincia Phœnicæa, erant Trypolis, & Tyrus, quæ anno 1289. & Accon, quæ anno 1291. in Saracenorum potestatem deuenerunt, vt Sanuicus testis oculatus in sua Chronica cap. 8. tradidit. Similiter in alijs Prouincijs Terræ Sanctæ, vt dicemus infra, Christiani alias possidebant Ciuitates.

Nec etiam tertia propositio erat vera. Siquidem in Iudæa possidebant Christiani Ascalonam minutissimam Arcem, quæ anno 1154. vbi scribit Sanutus lib. 3. part. 6. cap. 20. ab

20. ab Infidelium potestate erepta; à Saladino anno 1185. iterum, vt Paulus Æmilius refert lib. 5. capta: à Ricchardo Angelo Rege, vt idem Æmilius lib. 6. tradit, denuo cum Ptolomaide, Porphiria, Gaza, ac Ioppe, recepta, ac munita, & si non multo post, pacis desiderio, muris exuta, sub Saracenorum Dominio recidit anno 1245. Siquidem, inquit Genebrardus in sua Chronographia lib. 4. *sub anno* 1243. *Maledinus per Grossoines ex Babylonia accitos Gazzam Templarijs eripit, Ascalonam, & alia loca Hospitalarijs*. Circa autem Ioppem, benè notandus Raynaldus tum ad annum 1227. num. 46. tum ad annum 1229. num. 3 ob id, quod quidem scripsit ad annum 1229. num. 1.

Sed neque quarta propositio erat vera, Siquidem ex Galileæ Ciuitatibus, vna erat Tiberias, de qua Sanutus *lib.* 3. *part.* 4. à Gotifredo ceptam fuisse tradit, iterum verò deperditam anno 1185. refert *lib.* 5. *Paulus Æmilius*; sed denuo receptam; demum in Soldani Ægyptij potestatem deuenisse tradit Odoricus *ad ann.* 1246. *num.* 51. Adde, quod Bzouius *ad ann.* 1218 *num.* 2. scripsit: *Magistri tamen trium Sacrorum Ordinum Militarium Diuina ope freti, iter Cesaream, & Caipham promontorium occupauere, muniuereque, qua veluti ex arce omnia barbaris circa incolentibus facerent. Id Castrum peregrinorum vocitatum, Terra, Marique Crucesignatis perdiù vsui fuit*. De quo quidem Castro Bremond lib. 2. cap. 6. *A ponente del Carmelo, soura vn picciol promontorio, dadici miglia discosto da quello, che prende il suo nome dal Monte, si troua Aclit, così detto in Arabo, che i nostri Latini nomauano già Castrum Peregrinorum*.

Nec denique quinta propositio erat vera; non enim in Saracenorum potestate erat Neapolis vna ex Samariæ Vrbibus, de qua Odoricus *ad ann.* 1265. *num.* 41. vbi captam ab Ægypti Soldano memorat.

Constat igitur ex dictis, quod anno 1218. quando hæc

S. An-

S. Angelo reuelata fuerunt, nec tota, nec ex omni parte Ægyptus erat in Agarenorum poteſtate, ſub qua deuenit poſtea temporis decurſu. Idem de Terra promiſſionis, illiuſque partibus, ſcilicet Iudæa, Samaria, Galilea, Phœnicia. Recepta autem vltimo Damiata, pluries à noſtris expugnata quidem, ſed retenta nunquam, & reliquis Chriſtianorum arcibus expugnatis, tunc tota, & ex omni parte Ægyptus, ſicut reliquæ Prouinciæ, in Iſmaelitarum ceſsit poteſtatem. Et hæc quidem dicta ſint, facta ſuppoſitione, quod tunc temporis Ægypti Sultanus eſſet de Iſmaelitarum, ſiuè Agarenorum gente.

Quod ſi dicamus cum Genebrardo in ſua Chronog. lib. 4. ad an. 1166. nimirum, quod *Siracus Turca, Occiſo Soare Sultano Ægypti, ſe Turcarum primum à Calipha Ægyptio conſtitui obtinuit; nam precedentes Sultani erant Iſmaelitæ, ſiuè Saraceni. Et deindè mortuo Saladinus Nepos Sultanus deſignatus eſt, qui ingreſſus ad Califham Dominum ſuum, vt de more adorans, Sultaniſſimi Inſignia de manu eius acciperet, Calipham occidit, cum tota ipſius familia, eiuſque theſauros direptos militibus ſuis diſtribuit, ſeque Sultani, & Calipha titulis ſimul eodem exornauit.* Et cum Sanuico noſtro in ſua Chronica cap. 2. quod *Saladinus genere Turchus Rex Syriæ, & Ægypti erat.* Hinc Saraceni ſub illius Dominio malè habiti, vt Nicolai Patriarchæ Alexandrini litteræ ad Honorium III. apud Odoricum ad an. 1223. relatæ indicant, ait enim: *Saraceni, qui dicuntur Molcha, idest Domini, qui ante Saladinum Regnum Ægypti tenuerunt, viſitei Sanctitati ſupplicant, & rogant per Deum, vt feſtinetis mittere, quem miſſuris eſtis, quia tota terra Ægypti veſtra;* iam conſtabit, quod circa finem anni 1218. quando reuelatio facta eſt, nec Ægyptus, nec terra Promiſſionis erat Iſmaelitarum, Saracenorumuè poteſtate. Sicut poſteà fuit paucis interiectis annis; Siquidem Saladini Turcæ poſteritate extincta, Mamaluchorum Regnum ſucceſsit:

vnde

vnde Chronicon Orientale: *eo tempore initum est fœdus pacis inter Principes Salchitas, Mamaluchos, & Regem Francorum, qui Damiata redens die Veneris, libertate donatus est.* Neque refert, quod Saladinus à quibusdam inter Saracenos Principes numeretur; vt enim inquit Henricus Spondanus ad annum Christi 1300. *Turcæ, tam Græcis, quam Latinis Auctoribus sæpè Persarum, & superstitionis occasione, etiam nonunquam Saracenorum appellatione veniunt: quod nisi diligenter aduertatur, in magnas obscuritates incidere necesse erit.*

Sciendum est autem, quod Ismaelitarum nomen populis diuersis, & quidem varijs de causis attributum fuit; & primo Madianitis ex Madian filio Ceturæ Ortis, vt ex Sacra Scriptura probat Torniel. ad *Annum Mundi* 2179. *num.* 4 cuius rei rationem reddit ad *annum* 1305. *num.* 3 dicens: *Si diligentius Sacrum textum expendamus, deprehendemus pro Ismaelitis, ac Medianitis, vnam, eandemque gentem accipi; non quia reuera non essent inter se diuersi; siquidem illi ab Ismaele filio Agar; isti verò à Madian filio Ceturæ prodierant; sed quia genere, habitatione, negotiatione admodum inter se erant coniuncti; genere, quandoquidem omnes ab vno Abraha fuerunt progeniti; habitatione, quoniam easdem penè Arabia Regiones mixtim incolebant; negotiatione, quam pariter communi Societate exercuisse creduntur: propterea hoc loco, eos Scriptura Sacra, modo Ismaelitarum, modò Madianitarum vocabulo nominat.* Secundò Agarenis, alijsque Populis, vt patet in Historia Arabum, cap. 1. vbi sic: *Indigenas primum, aduenasque suam partiuntur gentem Arabum Scriptores. Indigenæ illis vocantur, qui omnium primo regionem illam, quæ nunc Arabia dicitur, occuparunt, suasque ibi fixerunt Sedes. Aduenæ verò, qui multo post eo aduenientes, connubia, & fœdera contraxerunt, atque inierunt cum primis Incolis, ac tum ipsi Arabes quoque appellati, & habiti sunt; cuiusmodi sunt illi, qui ab Ismaele Abrahæ filio ducunt originem, à quo omnes Arabes,*

postea-

posteaquam eius posteri regionis precipua parte potiti sunt, Ismaelitæ aliquando vocati fuerunt, nec non Agareni, à Matris Agar nomine. Quos tamen distinguere videtur psalmus octuagesimus secundus verbis illis: *Tabernacula Idumæorum, & Ismahelitæ, Moab, & Agareni*: super quæ verba prædictum psalmum exponens Genebrardus, inquit de Agarenis: *separantur ab Ismaelitis hic: fortasse, quia Agar alios habuit filios præter Ismaelem, & aliam Arabiæ partem occuparunt.*

Tertiò, sicut Papebrochius in annotatis ad part. 2. Vitæ D. Angeli ex M. S. Vltraiectino S. Saluatoris desumptæ sub litt. E. inquit: *apparet ex historia* S. *Petri Martyris anno* 1252. *propè Mediolanum occisi, ab ibi dictis Manichæis, hominibus vtique spurcissimis, quibus id nominis, ideò inditum fuit à sæculi* 13. *fidelibus, comparando eos, cum Manichæis primum, ac propriè olim dictis*: & sicut Isaiæ primo aliqui vocantur Principes Sodomorum, non origine, sed imitatione, & meritò, vt ibi aduertit Paulutius; sic inter Saracenos, vt testatur Ricchardus ex Ordine Prædicatorū *in confutatione legis Mahometanæ c. 8. Ismaelitæ vocantur. qui sunt præcipui fidei defensores suæ.* Mamluchi quidem non erant Ismaelitæ ratione Originis suæ, cum potius omnes essent Christianorum filij; cum enim Tartari subijcissent Armeniā, vendiderunt pueros Christianorum. Hoc Melech Sala Ægypti Sultanus emit magno numero, ipsosque in Militia exerceri curauit, Mamluchos vocauit, idest emptos. Post mortem Sultani Melech-Sale cæperunt Mamluchi ex suo Collegio, quod solis Christianis apostatis constabat, Regem constituere anno Christi 1252. ita Cornelius à Lapide in Epistol. 1. ad Corinth. cap. 6. num. 20. & si alij de Mamaluchorum Regni initio aliter sentiant. Quia verò, vt inquit Bremond lib 1 cap. 20. erant præcipui sectæ suæ defensores, merito & ipsi Ismaelitarum omine vocantur. Quod si Ismael Gen. cap. describitur ferus homo, cuius manus contra omnes; ita & Mamaluchi

Ismae-

Ismaelis feritatem imitati, suum necauerunt Regem, vt scribit Æmilius lib. 5. & contraque Turcas, Hæbræos; contra Christianos, & Gentiles nouum Regnum, siuè Rempublicam constituere suis institutis declararunt; etenim, vt inquit Ricaut Anglus in opere, cui titulus: *Historia dello stato presente dell' Imperio Ottomano lib. 1. cap. 16. li Mamaluchi non si contentarono solamente di rouinare affatto la famiglia del legittimo Principe, e priuarla d' ogni sorte di Impiego nella Republica: mà fecero di più vna legge perpetua, e irreuocabile, con la quale era ordinato, che li figlioli potessero succedere nelle facultà delli loro genitori; mà non potessero hauere la qualità di Mameluco, ne hauer parte nel gouerno; e di più, che tutti quelli, che fossero nati Mahomettani, ò Hebrei, fossero ipso fatto incapaci d'esser posti nel numero de' Mamaluchi, e che non potessero essere inalzati à tal dignità altri, che i fanciulli de' Christiani, che essendo diuenuti Schiaui, siano stati nodriti, ed educati nella religione di Mahometto, ouero le persone di età auanzata, che doppo hauer rinegata la Religione, ed abandonata la loro patria, siano venuti à chieder qualche stabilimento in quel Regno.* Interim aduerte, quod Rascia idem est, ac Seruia, vnde Thomas Spalathenus in *historia Salonitana cap. 26.* inquit: *eodem tempore ... Stephanus Dominus Seruia, seu Rascia ... missis apocritarijs ad Romanam Sedem, impetrauit ab Honorio Summo Pontifice coronam.* Sed insuper nota, quod Ciaconius in Vita Innocentij Quarti, inquit: *Interim Arabes Celpharao Ægypto impellente, Hierosolymam capiunt, mœnibus carentem. Christianos, qui tunc in ea erant, trucidant; Sepulchrum Dominicum quouis genere turpitudinis fœdant.* Isti Arabes, seu Agareni sunt illi, qui ab alijs Auctoribus vocantur Chorasmini; à quibus anno 1244. multo maiorem, quam antea, ruinam Hierosolyma passa est.

DVBIVM II.

An rectè Papebrochius ex dictis Auctoris colligat tempus, in quo Liber fuit conscriptus.

AVctor textus Panormitani, inquit Papebrochius, nominat Athomanos, & Turcas, sed Turcæ anno 1453. extulerunt ad Summum suum Imperium, ergo coniectura non inuerisimili dici potest, quod Auctor ille scripsit circa annum 1453. aut primum.


Sed contra sic: Auctor Vaticani textus inquit: *hoc erit, quando Ecclesia erit sæpissimè diuisa .. & quando duo, vel tres Summi Pontifices effici voluerint*: ad quæ verba Commentarij loco addit Papebrochius: *accidit hoc post Concilium Pisanum celebratum anno* 1409. *sub Alexandro V. & anno* 1439. *sub Eugenio IV. quod* Schisma *terminum habuit an.* 1449. huic Papebrochij commentario addo ego: ergo Auctor textus Vaticani verisimiliter scripsit circa annum 1449. ergo Auctorem textus Panormitani non antecessit Auctor textus Vaticani; sed eodem tempore, & ferè anno scripserunt, non autem sæculo diuerso.

At inquies; in Anacephalæosi num. 6. dixit solummodo textum Vaticanum anterioris seculi phrasi fuisse conscriptum, quod vtique esse potuit, & si vterque Auctor eodem vixerit seculo, & scripserit eodem tempore. Sed hanc responsionem non affert Papebrochius, cum loc. cit. & in protestatione præuia num. 8. velit primum locum textui Vaticano, vtpotè antiquiori deberi. Verum, quid quid sit de hoc, iterum vrgeo; qua ratione potuit Auctor textus Vaticani anno 1449 scribere phrasi seculi anterioris, potuit etiam anno 1453. ergo ex styli diuersitate malè collegit Papebrochius libri anterioritatem.

Ter-

Tertiò discurro sic: Auctor textus Panormitani non solum nominat Othomanos, sed etiam ait: *succedente vero tempore Ciuitatem etiam ipsam Hierosolymam cum vniuerso Ismaelitarum Dominio Othomani obtinebunt*. Sed hoc accidit anno 1516. tunc enim Selimus Turcharum Imperator IX. triumphans de Mammaluchis, seu Mamluchis, & Sultano Ægypti; Vniuersa Syria, & Ægypto potitus est, atque ita Othomani omnes Ismaelitarum ditiones obtinuerunt, ergo Auctor scripsit post annum 1516. sed per te non colligitur, quod scripserit post annum 1516. nec debet colligi, siquidem Bellorosius: de Vita Sanctissima D. Angeli.. *incidit in manus meas Libellus vetustate miratu dignus:* Si autem fuisset scriptus post annum 1516. non posset anno 1527. vocari vetustate miratu dignus, alioquin (quod tamen sæpè facit Papebrochius) non liceret ex vetustate caracterum arguere vetustatem Libri.

Vrgeo iterum: Auctor noster scripsit circa annum 1453. ita vis? ergo quod prædixit de Ismaelitarum Imperio ab Othomanis circa annum 1516. obtinendo, fuit vera Prophetia, nisi absque fundamento, & gratis casu hæc dicta, aut Ludicræ Astrologiæ studio velis: sed si Deus illustrauit Auctorem, vt hæc prædicere posset, cur non & circa reliqua? Rursus insto; quis non videat, quod hoc arguendi modo omnes Prophetiæ, etiam in Sacris litteris contentæ, possent argui fictionis? v. g. posset quis dicere: Isaias nominauit Cyrum, & eius Imperium: ergo vixit tempore Cyri.



CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Reuelatio de Rege, qui liberaturus est Orbem Christianorum à manibus Turcarum.

ET Angelus: miserere, inquit, Ecclesiæ tuæ, & auerte iram tuam à populo tuo, qui clementer passus es pro eo, & liberentur dilecti tui, quos effusi sanguinis pretio redemisti; & da tandem, liberet Ciuitatem Sanctam tuam, & eripiat eam à captiuitate, & manu hostium: Cui Christus: cum contritus fuerit populus meus, & cognoscet vias meas, & suscipiet Iustitiam, & custodiet eam, veniet tandem, qui liberabit, & ponet pacem in gentibus, & erit consolatio Iustorum. Quis, inquit Angelus, iste erit, qui liberabit Ciuitatem tuam? & Christus: surget tandem Rex antiqua de gente, & stirpe francigena, insigni in Deum pietate, & suscipietur à Regibus Christianis, & fidei Orthodoxæ professis, & erit dilectus eis, & terra, ac mari crescet potentia eius. Hic rebus Ecclesiæ quasi ad internectionem redactis, subueniet, & Pontifici Romano iunctus, purgatis Christianorum erroribus, & Ecclesia ad statum bonis optatum restituta, copias transmittet, quas sequetur multitudo vltra militantium, & magna eorum turma, qui pro meo nomine eo prælio cadent, effectu Crucis præmia suscipiet, & trophæis gloriosis cœlum ascendet. Ipse vero instructa classe fretus transfretabit, & perditas restituet Ecclesias, & liberabit Ierusalem. Et his dictis ab Oculis Angeli Christus, candidissima nube circumfusus, abijt.



Cir-

Circa Caput Decimum Quintum.

DVBIVM VNICVM.

De Rege, qui liberaturus est Orbem Christianum è manibus Turcarum.

Contra prædicta in superiori Capite, quatuor inquit Papebrochius; primum est, quod Sanctus Ludouicus Rex *expirauit anno 1270... atque ex hinc capit à fabricatoribus propheticarum prædictionum prædici Rex aliquis, Ciuitatem Sanctam liberaturus.* Sed peto, vnde probet, quod *ex hinc,* & quod non ante? profectò S. Angeli dictis concordant ea, quæ Nicers, cognomine Magnus, Sextus Armeniæ Patriarcha, vir eximiæ virtutis, paulo ante annum Christi quadringentesimum, tempore Imperatoris Theodosij Senioris, suis Armenis prophetauit dicens: *post hac fiet redemptio omnium Regionum, & Christianorum à potenti Romanorum gente, qui Franchi nominantur.* Post hæc, idest post desolationes ab infidelibus illatas Armeniæ Regno. *Videatur* Clemens Galanus *part. 1. Historia Armena cap. 6.*

Secundum est illud: *non dubito quin alia reuelationes de hac re sint confecta.* Cui æquè facilè quis respondere potest: *non dubito quin alia reuelationes de hac re sint vera.*

Tertium est illud: *vehementer metuo, quod sicut Romana Monarchia diuinitus praparata fuit suscipiendo Christi Euangelio, & Regno eius spirituali: sic Monarchia Turcica venturo Ante Christo praparetur, vsque ad eius aduentum duratura;* Æquè enim facilè quis dicere potest: *vehementer metuo, quod sicut in alijs multis, ita & in hoc Papebrochius decipiatur.*

Quartum est illud: *Auctor tot alia sua fictionis coarguenda suppeditauit testimonia, vt in hac reuelatione non sit credendus;*

Æquè

Æquè enim facilè quis repetere potest: *Papebrochius tot alia sua deceptionis coarguendæ suppeditauit testimonia, vt in hac censura non sit credendus.*

Pro cæteris Prophetijs, de quibus Papebrochius, videatur D. Carolus Kalà Dux Diani in opere, cui titulus: *Historia de' Sueui, part. 4. lib. 2. pag.* 173. 178. 185.

De hoc autem Rege, quis, & ex qua natione futurus, videatur Ad. R. P. M. Ioseph Maria Fornari in Anno Memorabili Carmelitarum *tom.* 1. *post Cap.* 30. *Vita S. Angeli* §. 5. & Epistolæ S. Francisci de Paula, inter eiusdem Opuscula edita Bononiæ Typis Iacobi Montij, Sup. permissu, anno 1669.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

De reditu S. Angeli à Deserto, & conuersione 80. *Iudæorum in Ierusalem.*

HAc Christi visione confirmatus Angelus, & cosolatione repletus, Ierusalem versus iter arripuit: vbi propter magnam diuturnæ inediæ abstinentiam vix cognitus, Priorem petijt; quem vbi vidit, religioso more in terram prouolutus, humiliter salutauit. Prior cognito Angelo, omni coacto fratrum cætu, gestiens, ingentes Deo gratias egit. Ipsumque complexus, suauissimè recepit. Audiens Angeli aduentum Ioannes Patriarcha frater eius, venit ad Monasterium S. Annæ, plurima lætitiæ signa ostendens. Angelus verò Ioanni ipsi Patriarchæ fratri, & simul Priori, ac fratribus, cum vt Hierosolymis remaneret orantibus, Christi iussa exposuit eiusque apparitionem, & reuelationem narrauit. Deindè prædicare cæpit, & sæpius vniuerso totius Ciuitatis populo congregato, sexaginta ferè hominum millium numerum excedenti, Christi reuelationes tanto feruore,

tanto-

tantoque spiritus ardore manifestauit, vt non modo Christianorum plurimi, alij quidem abstersis prioris vitæ maculis, ad vitæ integritatem se se contulerint; alij verò Religioni, & Regularibus Claustris perpetuo se se addixerint: sed & ex Agarenis multi, & ex Iudæis non pauci, Maumetica spurcitia, & Iudaica perfidia relictis, ad Christi fidem conuersi, Sacramentum regenerationis susceperint: quibus peractis, multis alijs in Oppidis, & Vrbibus, Christi iussa exquutus, incredibilem laborem subijt, & Vitæ non pepercit.

Circa Caput Decimum sextum.

DVBIVM PRIMVM.

An gentibus flexis benedictionem petere, & reuerentiam exhibere sit mos apud Orientales, & Græcos insuetus?

AFfirmat Papebrochius, quia Ioannes Meursius in Glossario Græco-Barbaro Metanoias, idest reuerentias Græcorum distinguens in magnas, & paruas, ait: quod magnæ erant, cum quis toto corpore, sine genuum tamen inflexione, ad terram ferè vsque se inclinat; paruæ, cum tantum ceruicem, & caput.

Respondeo tamen, quod Metanoea nō solum significat inclinationem, sed etiam geneflexionem: Sic Ioannes Morinus de Sacris Ordinationibus par. 2. adn. 31. ad Græcas ordinationes, inquit: *Metanoias Græcis est ab aliquot sæculis reuerentiæ quoddam genus.. vnde qualibet corporis inclinatio, & genuflexio, à Monachis præsertim, dici solet Metanoia*. Immo Heribertus Ros-Vueydi Iesuita not. 54. in Vitam D. Basilij, ad verba illa cap. 11. *stupefactus ergo super his Sanctus, glorificans Deum, & faciens Metanoeam*, inquit: *alia versio*: & genuflectens: *rectè expressit phrasim græcam istius sæculi*,

quo

quo βαλεῖν μετανοῖα *erat genuflectere, honoris causa ad alicuius pedes se abijcere, & venerabundo animo prosternere, benedictionem petere*. Et adnot.49. ad verba illa cap.14. Vitæ S. Ioannis Elemosinarij: *mittentibus igitur ambobus Metanoeam, & amplexantibus alterutrum, sederunt*: inquit, quod idem valet mittere metanoeas, ac mittere genuflexiones, vt expressè habetur cap. 35. Vitæ eiusdem S. Ioannis. Cur autem mittere metanoeam sit idem, ac ponere in terra genua, explicat Ioannes Tily Meldensis Episcopus, apud Rosa-Weydi in Onomastico verb. metanoeam mittere, dicent: *quia enim pœnitentium ex maximè flectere genua, sæpè Græci genuflexionem Matanoeam, idest pænitentiam vocant*. Citat quidem Papebrochius Ioannem Meursium in Glossario Græco-Barbaro; sed Auctor ille non semper rectè græcas explicauit, aut intellexit voces, vt est videre in Onomastico Heriberti Ros-Weydi verb. *Diptychum, Baia, Basterna*, & alias voces.

Monachi igitur Orientales benedictionem accepturi, genua flectebant: cuius rei, cum multa sint exempla in Vitis Patrum, sufficient nobis, quæ habentur in Vita S. Mariæ Ægyptiacæ cap. enim 3. Zosimas Monachus perueniens ad Monasterium, & Abbatem videns, *flexit genu, sicut mos est Monachis accepta oratione*: & in eodem capite refertur, quod: *hac dicente Abbate, flectens iterum Zosimas genua, accepta oratione, respondit, Amen, & mansit in eodem Monasterio*. Papebrochius, *& benedici petijt*. Cap. 6. dicitur, quod Monachi: *congregabantur omnes in Oratorium, & curuatis genibus, factaque suppliciter oratione, salutabant se inuicem Monachi, & vnusquisque genu flexo publicè amplectebatur Abbatem, postulantes orationem, vt haberent ad inchoatum certamen cum cooperatorem, & comitatorem*. Et cap. 9. dicitur, quod Zosimas *in terra prostratus poscebat benedictionem secundum morem*. Et cap. 10. perseuerans in petitione sua aiebat: *benedic*

dic propter Deum, & orationem tribue. Vnde illa scilicet Maria *stabilitati Sancti compassa, dixit: benedictus Dominus, qui salutem procurat animarum: & Zosima respondente, Amen.*

Denique Bremond lib. 1. cap. 26. de Monachis græcis, qui in Monasterio Montis Synai habitant, deque illorum Episcopo Missarum inter Solemnia Presbyterum ordinante sic loquitur: *doppo finì di consecrare il Prete, che habbiamo detto, condot'egli da due altri per la Naue della Chiesa, facendolo passare trè volte auanti l'Altare, che baciaua ogni volta nelli quattro cantoni, e pigliando in ginocchioni la beneditione dell' Arciuescouo.*

Vbi nota, quod etiam Latini Auctores vsi sunt hac græca voce *Metanoea*, vt Anastasius Bibliothecarius, & Beatus Petrus Damianus apud Dominicum Magri in libro, cui titulus: *Notitia de' Vocaboli Ecclesiastici*, & Petrus Venerabilis *in Statutis Cluniac. cap.* 4 vnde etiam si noster Enoch esset græcus Auctor, mirum non esset ab eo scriptum: quod: *B. Angelus prædicauit die Dominica proxima Septuagesimæ, quam*, inquit Papebrochius *græci ασωτου, hoc est filij prodigi, ab eo, quod tunc recitatur Euangelio, vel Dominicam ante hebdomadam Carnis priuij*. Adde, quod verba illa sunt in textu Vaticano, cuius defensionem non suscepimus.

Sed neque omittendum, quod, quæ ex Vita S. Mariæ Ægyptiacæ adduximus, expressa magis ad rem nostram apud Papebrochium in Vita eiusdem Sanctæ, quam refert die secunda Aprilis, nam capite 1. num. 6. inquit: *post hæc collecti in Oratorium, facta prolixa oratione, & genuflexione multa, osculabantur se se inuicem senes, & sigillatim prouoluti ad Hegumeni pedes, veniam poscebant, & benedictionem*. Hoc eodem loquendi modo vtitur noster Auctor, ait enim, quod Angelus, Religioso more in terram *prouolutus*, humiliter salutauit Priorem. Rursus cap. 2. num. 13. de Zosima:

At

At ille genuflectens, rogabat, vt sibi ex more benediceret; sed & ipsa idem postulabat, sese inclinans. Vbi vides, quod vterque benedictionem petit, & tamen non eodem ritu, nam vnus genuflectit, altera se inclinat. An igitur ille, an ista secundum, vel contra morem agebat? Videantur notæ ad primam Collationem Concilij Florentini ab Horatio Iustiniano illustrati. Cæterum, quia ad diem 8. Aprilis in Vita Sancti Alberti num. 125. inquit de habitu Carmelitano loquens: *& si putem Albertum non aliud illa forma voluisse significatum, quam, quod hic nouus Ordo Eremitarum, licèt totus esset Latinorum, suam tamen Originem, & institutionem accepisset in Syria.* Libenter scirem quomodo hæc cohæreant cum obiectione, quæ supponit Carmelitas fuisse Græcos.

DVBIVM III.

An sit euidenter falsum, quod D. Angelus publicas Conciones in Hierosolymitana Ciuitate habuerit?

AFfirmat Papebrochius; ait enim: *numquid hæc scribens, sciuisse videtur, quod eo tempore, quo id facere præsumpsisset Sanctus Angelus, Saraceni tenebant Ierusalem, & ab obsidentibus Damiatam Crucigeris metuentes sibi vsque ad eò susceptos habebant Christianos, vt totam Ciuitatem manibus, turribusque nudarent?*

Verum huius rei difficultas, aut vult Papebrochius, quod fuerit ex parte D. Angeli, qui scilicet non fuisset ausus Christi prædicare fidem, Saracenis Sanctam Ciuitatem tenentibus; aut ex parte Saracenorum, qui scilicet non permisissent, vt Sanctus Angelus concionaretur, eo, quia susceptos habebant Christianos? Sed vtramque difficultatem nihil prorsus obstare conuincitur præclarissimo exemplo S. Francisci, qui eodem tempore ferè, scilicèt anno 1219. vt ad eundem

annum num. 14. refert Odoricus, iisdem Saracenis, & quidem coram illorum Soldano, Christi prædicauit fidem, illis non solum permittentibus, sed & humaniter audientibus. Rem narrat Iacobus de Vitriaco in historia Occidentali cap. 32. ait enim de Minorum Ordine: *Vidimus primum huius Ordinis Fundatorem Magistrum, cui tanquam Summo Priori suo omnes obediunt, virum simplicem, & illiteratum, dilectum Deo, & hominibus Fratrem Franciscum nominatum, ad tantum Charitatis excessum, & feruorem spiritus raptum fuisse, quod cum ad exercitum Christianorum ante Damiatam Ægypti deuenisset, ad Soldani Ægypti Castra intrepidus, in fidei clypeo communitus accessit: quem cum in via Saraceni tenuissent: ego sum Christianus, inquit, ducite me ad Dominum vestrum: quem cum ante pertraxissent, videns eum bestia crudelis, in aspectu viri Dei in mansuetudinem conuersa, per dies aliquot ipsum sibi, & suis fidem Christi prædicantem attentissimè audiuit. Tandem vero metuens, ne aliqui de exercitu suo ad Dominum conuersi, ad Christianorum exercitum pertransirent, cum omni reuerentia, & securitate ad nostrorum castra reduci præcepit*. Et quantum est ex parte Diui Angeli, credere nequeo, quod cogitatio ista Catholico, maximè Religioso, & insuper Sanctorum Acta colligente, prorsus indigna, in Papebrochij animum inciderit, & si illius verba aliquid tale innuere videantur; si enim homines Diuina, & præexcellinti adiuti gratia, & feruido Dei sui amore, foras non emittunt timorem mortis, vbi agitur de Diuina gloria sustinenda, & augenda; si à Sacra Historia narrationes illæ eradendæ sunt tanquam fictæ, in quibus homines Dei Zelo repleti pro Iustitià, prò pietate decertantes, mortis certissimum periculum dicuntur spreuisse, eo quia hoc Papebrochio credibile non est; Ecclesiam fabulis plenam fateri deberemus interim videat, si placet Lector, quæ de Fratre Benedicto Goes Iesuita scribuntur à Daniele Bartolo in historia Societatis, cui titulus *la Cina* lib. 2. pag.

 467.

467. quoties, & quanta constantia animi Saracenis fidem suam testatus, præsens periculum mortis spreuit? deinde Interrogetur Papebrochius, cur hæc credenda de Fratre Benedicto, & non de D. Angelo! Legantur quoquæ, quæ in libro, cui titulus: *Breue Relatione d' alcune Missioni de' PP. della Compagnia di Giesù nella Noua Francia del P. Francesco Gioseppe Bressani della medesima Compagnia*, scribuntur part. 3. cap. 2. & 3. de Patre Isaac Iesuita; eademque, vel simili fiat Interrogatio.

DVBIVM III.

An sit probabile, quod Diuus Angelus Conuerterit Iudaeos, & Agarenos.

IN Panormitano textu sic habet Auctor: *deinde prædicare cepit .. tanto feruore .. vt .. etiam ex Agarenis multi, & ex Iudæis non pauci Mahometica spurcitia, & Iudaica perfidia relictis, ad Christi fidem conuersi, Sacramentum regenerationis susceperint*. In textu Vaticano solum dicitur, quod: *octoginta Iudei Baptismum susceperunt*. Papebrochio hęc credibilia non videntur; ait enim: *quis quis Mahumetanorum Instituta nouit, etiam hoc scit, Capitale apud eos haberi, si Iudæos ad Christianismum, vel Christianus transeat ad Iudaismum; eoque Casu, aut moriendum ei, qui fidem mutauit; aut ad Mahumetem transeundum; quomodo autem nunc credere poterimus sub eorum oculis baptizatos 80. Iudæos? Interpolator Siculus, ausus etiam Agarenos multos addere, qui Mahometica spurcitia relicta, Sacramentum regenerationis susceperint, longius extra lineam verisimilitudinis abijt non animaduertens, etimen certa morte luendum semper in ea gente fuisse, non solum siquis à Mahumete deficeret, sed etiam siquis contra eius legem verbum auderet proferre*. Hæc Papeprochius, qui Societatis historias numquam vidisse videtur.

Igi-

Igitur Bartolus Iesuita in Historia Societatis cui titulus *la Cina* lib. 2. pag 467. de Fratre Benedicto Goes Iesuita inter Saracenos vitam tunc temporis agente scribit; quod: *più volte fù inuitato da Rè, da Principe, e Gouernatori, à disputar co' Cascizi, che frà Saraceni hanno l' Vfficio di Sacerdoti, e Maestri, & auuenga, che per la generatione, che sono altretanto ostinata, che empia, non li conducesse à riprouar, come rea, la loro setta; traseli nondimeno ad approuar la legge nostra, è confessare, che anch'ella era buona.* Addit quod Concionem habens: *non solamente mosse à merauiglia, & à gran lodi di lui il Rè, & i Circonstanti Principi, e Dottori di quella legge; mà trasse anco da gli occhi à non pochi le lagrime per deuotione... in Cialis il Gouernatore volle anch'egli mettere il Fratello à proua co' suoi Dottori, e sigli ne piacquero le ragioni, ch' egli staua per lui contro a' suoi, e ne faceua sembiante.* Omitto modo, quod Frater ille cum esset sine Socio, ipse de se ipso apud suos testimonium perhibere debuit; nec peto, vt ista mihi demonstrarentur; sicut peterat Papebrochius. Hoc tantum dico: si verbum aliquod contra Mahometis legem proferre, est crimen apud Mahometanos certa morte luendum, quomodo nunc credere poterimus, quod frater Benedictus niteretur demonstrare Saracenis, ipsorum legem esse falsam? & quod hoc faciens, non mortem, sed plausum inuenerit? & non Iram, sed deuotionem excitauerit?

Pergo vlterius. Ioseph Maffeus Iesuita in Vita S. Francisci Xauerij lib. 3. cap. 11. *molti di quegl' Infedeli si accostauano per curiosità à contemplare quell' huomo de' Miracoli, & vna volta in particolare vi accorse vna turba di ssfanta Mahomettani; il nostro Apostolo presa l'occasione, voltossi à predicar loro i Misteri della fede, con tanto ardore, che li riuscì di tirarli tutti in vn medesimo tempo nelle reti di Christo, e battezzarli dentro alla Naue.* An nesciebant Mahumetani isti, quod deficere à Mahomete, erat crimen certè morte luendum? lib. 3. cap. 1. idem

idem Maffeus, inquit, *il Rè di Sazzumma fece intimare in Cangoscima vn Editto seuerissimo, che niun in auuenire ardisse mai più di lasciare l'Antica legge del Giappone; altrimenti ne haverebbe in pena la confiscatione de beni, è la perdita della vita*; deinde Cap. 2. *sul cominciar di Settembre del 1550. il Santo partì da Cangoscima.. lontano da Cangoscima non più di sei leghe s'incontra in vna Fortezza... entrò il Santo in questa insigne Fortezza... il Signore della quale chiamato Esciandino Vassallo del Rè di Sazzuma.. il Santo cominciò à ragionare della legge Christiana.. di bel primo colpo si mostrò ad abbracciare la fede dicessete persone.. è l'istesso Esciandino dimostrossi molto ben persuaso della verità; se non che atterrito dagli Editti Regij, poc o fà publicati in Cangoscima, non hebbe ardire di professarsi apertamente Christiano*; an nesciebant illi ad fidem conuersi, quod hoc erat crimen certa morte luendum? quomodo igitur credere poterimus, quod ad fidem nostram conuersi fuerint.

Petrus Maffeus Iesuita lib. 1. Vitæ S. Ignatij Cap. 14. inquit: *erat Ignatio iam diù feliberatum, vt diximus, in Augustis illis Iudea Sedibus pedem figere, atque ad Conuertendos ad Euangelij lucem Infideles toto pectore incumbere*. At sciebat Ignatius crimen certa morte luendum semper in ea gente fuisse, non solum si quis à Mahomete deficeret, sed etiam si quis contra eius legem verbum auderet proferre; quomodo ergo credere poterimus Ignatium vel hoc cogitasse? sed valeat etiam hìc quod Cap. 15. de alio quodam insolito Ignatij facinore ipse Maffeus scribit: *quæ res cuipiam fortasse temeritatis potius, quam Consilij videatur esse: sed vtique seruorum Dei, præsertim in ipso feruore pænitentiæ, facta vel dicta, ad Communem sensum, ac normam exigenda non sunt*. Sicut scilicèt exigit Papebrochius, vt Carmelitanam historiam impugnet.

Quid plura? Odoricus ad *annum* 1201, *num*. 43. refert litte-

litteras Magistri Hospitalis Hierosolymitani, in quibus sic habet: *Datur etiam Gentibus materias admirandi quod quidam Saracenus, ætate Iuuenis, Origine vilis, inter Pastores à Pueritia simpliciter enutritus, de nouo sic omnibus peritis apparet, vt omnes sapientiam eius admirentur, & nomen Iesu Christi publicè predicat, ità quod ipsi iam duo millia paganorum, & eo amplius concredentes, eius exortationibus fidem nostram susceperunt, & Fonte Sacri Baptismatis sunt renati, & Circumcisionis subcondolent se sustinuiße dolorem.*

Ipsemet Papebrochius in *Patriarcharum Hierosolymitanorum Historia Chronologica num.* 185. 187. de Oreste, qui circa annum 1006. fuit Patriarcha Hierosolymitanum, & Martyr, inquit: *Cuius apud Theodoricum Pauli, ex nescio quo Auctore, hoc extat Elogium verosimilium*; deinde ponit Elogium qui est tale. *Orestes Sanctus, & Martyr pretiosus, illustris genere, qui conuersus ad fidem Christi ex Saracenismo, profecit ita, vt ad Summum gradum Sacerdotij proueheretur.. defuncto Sancto Ioseph prædecessore suo electus in Patriarcham Hierosolymitanæ Vrbis, strennè vixit; exemplum dans cunctis subditis suis bene viuendi. Cum igitur gradatim de virtute in virtutem in dies cret Iratus Soldanus Achim Nepos eius, Ierusalem potenter intrauit, ac ipsum Sanctum Orestem Patriarcham, nolentem fidei Christianæ renonciare, flagellatum, lampadibus vstum, & ad trochleas tormentatum, tandem post diuersa tormenta constanter tolerata martirizzatum, decollauit.*

Per Papebrochium igitur Conuersio à Mahometica spurcitia ad Christi fidem scripta ab Enoch, est, & quidem longè, extra lineam verosimilitudinis; conuersio verò ex Saracenismo ad fidem Christi scripta à nescio quo Auctore, est verosimilima. Adde quod Orestes non solum hoc crimen, vt loquuntur Mahometani, certa non luit morte; sed vt inquit Papebrochius num. 185. inter Mahometanos, sub quibus Hierosolyma erat, fuit *gratia maxima in Aula pollens*. Et si

po-

postea successu temporis, ob Christi fidem, sub Achemo Nipote suo interumptus. Adde quod num. 189. inquit ex Elmacino, quod Soldanus Achim, vt pote *inconstans in omnibus negotijs suis*, circa Christianos, ac Iudæos, quos vexauerat, vt Mahometem sequerentur, *mutata deinde Sententia, dedit eis, qui ad Islatsmum defecerant, eidem renunciare, & permisit eis restaurare templa sua*. Ex quo constat, quod non fuit semper crimen, certa morte luendum, à Mahomete ad Christum deficere.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

De recessu ab Hierusalem, & aduentu S. Angeli in Alexandriam.

POst hæc autem assumpto Fratre Iosepho ex Oppido, quod Emaus nuncupatur, Fratre Petro ex Bethlem, ex me Fratre Enoch. Alexandriam versus iter facere cæpit. Quo vbi peruenimus, illius Ciuitatis Patriarcha Athanasius, Vir Sanctitate, & fama nemini post ferendus, quod iam Sanctissimi Viri Angeli virtutem, & Sanctimoniam percipisset, incredibili Charitate nos suscepit: cui Angelus post ardentissimam habitam ad populum Concionem, Christi mandata, & visionem exposuit. At ille de reliquijs designandis, nihil penitus accepisse respondit: vltro tamen se se vir Sanctus obtulit, diuinis se monitis obsequentem prestitutum. Nocte vero sequenti, manifestissima visione, & certissimo oraculo habito, reliquias Angelo credidit; eique ad Fredericum de Claramonte litteras dedit; atque, quo Christi precepta exequeretur, omni cum humanitatis Officio affectum dimisit.

Cir-

Circa Caput Decimum Septimum.

DVBIVM PRIMVM.

De Fratre Iosepho S. Angeli in itinere Socio.

DE isto Fratre Iosepho sic Papebrochius: ***non obstante, quod hic*** (scilicet in textu Vaticano) ***dicatur:*** Frater Ioseph de Emaus: ***vtique à Patria; volunt tamen Scriptores Carmelitani ipsum esse Iuuenem istum Bethleemiticum, de quo à duplici morte resuscitato agitur num. 22. atque eundem Kalendario Mechliensi inscribi ad 13 Iunij his verbis: Ioseph Episcopus Ordinis nostri***: Impugnat deinde vtrumque dictum, negans, & quod Ioseph iste de Emaus esset Ioseph ille Bethleemiticus; & quod talis Ioseph fuerit Episcopus.

Verum quantum ad primum, neque Lezana Ordinis Historicus ad annum 1223. num. 5. vbi de Iosepho S. Angeli Socio agit; neque noster Daniel, qui Vitam S. Angeli notis, & Commentario illustrauit, aliquid tale habet; neque ad Cap. 9. vbi de Iosepho resuscitato; neque ad Cap. 17. 25. 26. 29. vbi de Iosepho Socio itineris; vnde nescio qua veritate scribat: ***volunt tamen Scriptores Carmelitici ipsum esse Iuuenem istum Bethleemiticum, de quo à duplici morte resuscitato agitur num. 22.***

Quo ad secundum de Episcopatu, Ioseph iste, inquit Papebrochius, non potuit esse Episcopus prò Latinis; non re, qùia Emaus ab anno 1227. vsque ad annum 1241. quo tempore Sedit Gregorius IX. fuit sub Saracenorum dominio; qui Latinos non admittebant. Secundo, quia hominem Syro-Græcum Episcupum Latinis datum non debet temere credi, absque exemplis; neque solo titulo; quia pro isto sæculo non hebemus exempla nudorum titulorum. Similiter non potuit

esse Episcopus pro Syrianis; quia neque Pontifex curabat schismaticos Syrianos; neque hic recipere voluissent Episcopum à Pontifice Romano datum.

Sed licet existimen, quod non pro Latinis, sed pro Syro-Græcis factus fuerit Episcopus; tamen leuia sunt quæ nobis opponit; & nihil valent. Non primum; quia cum non probet, quod Emaus ab anno 1227. ad an. 1241. fuerit sub Saracenorum Dominio; & dub. 1. circa cap. 14. probatum sit, quod tunc temporis non omnes Terræ Sanctæ Ciuitates sub Infidelium manebant Iugo; ideò qua facilitate affirmatur à Papebrochio, eadem negatur à nobis. Non secundum; nam ex Tyrio lib. 6. cap. 23. patet, quod Ioannes Patriarcha Antiochenus, & Syro-Græcus; tamen Latinis, & quidem ipsis volentibus, prefuit; & apud Leonem Allatium in opusculo *de Ætate, & Inter Ritus in Collatione Ordinum*, pag. 45. Martinus Bracarensis Episcopus dicitur, Græcus; & Dositheus Græcorum Patriarcha Hierosolymitanus à Niceta dicitur genere latinus; vnde qua ratione Latinus Græcis præfuit, ita potuit Græcus Latinis. Sic & in Insula Cypro, sub Latinis Principibus: *I Vescoui Graci gouernauano i Latini*, vt in Opere, cui titulus: *Historie de' Rè Lusignani* lib. 1. ad an. 1218.

Sed neque tertium; quia Papebrochius ipse in Patriarcharum Hierosolymitanorum historia num. 272. ex Guilielmo de Nangijs refert, quod Celestino V. anno 1294. Rodulphus de Grandiuilla fuit institutus Patriarcha titularis Hierosolymitanus; Non denique quartum; nam Athanasij Patriarchæ Alexandrini exemplo vidimus, quod Syro-Græci Pontificem agnoscebant, quod maximè confirmatur ex epistola Innocentij Tertij; quæ est 15. Kal. Febr. anno 146. lib. 2. Reg anno 14. scripta Patriarchæ Alexandrino; vbi inter Cætera sic: *Cæterum, sicut nobis scripsisti, præfati Captiui non habent, nisi vnum Vetulum Sacerdotem, qui eis possit ministrare*

re

re Diuina, vnde fraternitatem tuam rogauerunt, vt vnum ex ipsis in Ecclesiasticis Ministerijs eruditum in Diaconum promoueres; quod tamen sine nostra licentia facere noluisti, nos autem, vt in hoc eorum adimpleas desiderium; suademus, ordinandi eum tibi liberam concedentes Auctoritate Apostolica Auctoritatem; quod si dicas hinc non Colligi illum Patriarcham fuisse Surianum; negare tamen nemo poterit hinc Colligi fuisse Catholicum, atque adeò falsum esse, quod ætate illa in Ægypto non essent, nisi Schismatici.

DVBIVM II.

De Fratre Petro S. Angeli in itinere Socio.

CAp. 1. Vitæ D. Angeli nominatur Petrus Episcopus Hastilonensis, quæ est Bethleem; & adducitur tanquam testis Vitæ D. Angeli. Similiter cap. 9. adducitur Petrus Episcopus Bethleem tanquam testis miraculi de Iosepho resuscitato. Certum est autem, quod hic Petrus posterior non fuit testis Martyrij, & Vitæ à D. Angelo in Italia actæ; quia hic Petrus iam erat Episcopus, antequam Angelus iret in Desertum; at Petrus, cum quo Angelus in Italiam venit Episcopus non erat, vt constat ex cap. 17. sed factus fuit Episcopus post mortem Diui Angeli, & illius Martyrij testis vocatur, ideò distinctionem inter vtrumque Petrum innuit Lezana ad annum Christi 1223. num. 4.

Hoc posito, veniamus ad Papebrochij argumentum; quod est huiusmodi, vt ex illius colligitur verbis: tanquam præsentes in Hierosolymitana Synodo referuntur Andreas Episcopus Ascalonensis; & Petrus Episcopus Hastilonensis, quæ est Bethleem; qui etiam vt volunt Carmelitæ, erat Episcopus Ascalonensis; ergo in illa Synodo erant duo Episcopi Ascalonenses; sed Andreas erat pro Syro-Græcis; ergo

Petrus debuit esse pro Latinis; sed ob difficultatem de Episcopatu Iosephi adductam, non poterat esse Episcopus pro Latinis; ergo fictus est hic Episcopatus.

Verum quantum ad illud de Syro-Græco pro Latinis Episcopo iam, in antecedenti dubio soluta est difficultas; & Responsio illa etiam in præsenti sufficeret Casu. Respondeo tamen, quod licet in textu Vaticano, quem non defendimus, legatur Andreas Episcopus Ascalonensis, quæ est Gaza; tamen ibi est manifestus error; cum Ascalon, & Gaza; non solum fuerint duæ distinctæ Ciuitates, sed & duo distincti Episcopatus; & quidem Papebrochio teste in historica reflexione, vbi sic signat *Ascalon, vulgò Scalona*
Gaza, nunc Azza

In textu autem Panormitano legitur: *Andreas Episcopus Ascolensis, quæ est Gaza*; non ergo erant ibi duo Episcopi Ascalonenses; sed vnus Ascalonensis, & alius Ascolensis, seù Ciuitatis quæ est Gaza.

Quia verò à Philippo Metio inter Diui Angeli Socios nominatur Beatus Lanfrancus Siculus; de quo Enoch nullam facit mentionem; inquit Papebrochius, quod *vel hoc nomine suspectus est habendus Enochus, quod Lanfranco prætermisso, alios nominet*; & licet Lezana ad annum 1220. num. 19. huius rei reddat rationem dicens: *quia iste Lanfrancus Siculus erat, vt Segerus ait; & Enoch forsan suorum Orientalium, vel Surianorum Gesta texere dumtaxat intendebat, ideo illum prætermisisse credendum*. Tamen huic responsioni non acquescit Papebrochius; quasi in Sanctorum Actis similibus difficultatibus non adhiberet passim similes responsiones. Etenim ad diem 8. Aprilis de Beato Alberto cap. 3. num. 25. inquit: *Vixit Albertus Accone, seù Ptolomaide, vbi post captam à Saracenis Hierosolymam refugium suum habuere Patriarchæ Latini, quamuis ibi proprius esset Episcopus*: At licèt Iacobus de Vitriaco fuerit Episcopus Aconensis; licèt Albertus Patriarcha

è vi-

è viuis excesserit anno 1214. & Iacobus anno 1220. suam Hierosolymitanam Historiam scripserit; tamen de tanto viro nullam fecit mentionem: an ideò suspectus est habendus Iacobus de Vitriaco in sua historia? minimè; imò inquit Papebrochius, est testis omni exceptione maior, & irrefragabilis? quare? quia si tanti viri mentionem non fecit; hoc fuit, quia noluit; nam inquit Papebrochius loc. cit. num. 29. *Si Iacobus de Vitriaco Acconensis Episcopus, historiam prosequi voluisset, quam Guilielmus Tyrius Archiepiscopus in lib. 23. imperfectam dimisit, eundemque Stylum, quem ipse tenere; haud paulo plura de rebus, ab Alberto gestis in Oriente, deque eius morte haberemus.* Sed quare noluit? quia, inquit. *Iacobus sub Nomine Historia Hierosolymitana, maluit totius Terra Sancta concinare descriptionem, quo ad Incolas, loca, religionem, celebriorumque Vrbium expugnationem, & Preliorum successus; itaque nec nomen quidem tanti Viri in tota hac historia reperitur.* Sic respondemus nos: Enoch, non de Brocardo, non de Lanfranco; non de alijs mentionem fecit, quare? quia noluit? quare noluit? quia sibi propusuerat, ea, & non alia, scribere, quæ scripsit. Ideò mirum non est, quod tantorum Virorum, ne quidem nomina in tota hac nostra historia reperiantur. Sic in actis Sanctorum ad diem 23. num. 4. Ante Acta S. Georgij num. 41. scribit Papebrochius: *Addit Carolus le Cointe, in annalibus ad annum 566. in antiquis Monumentis nullum esse vestigium peregrinationis in Orientem à Germano susceptæ; fuerit tamen Hierosolyma peregrinatus (vt alij forte plurimi magni nominis Sancti, de quibus id scribere neglexerint Auctores Vita, sicut multa ad historiam pertinentia neglexit is, qui acta S. Germani Conscripsit, totus coaceruandis miraculis intentus) an inde, &c.*



DV-

DVBIVM III.

De Aduentu Sancti Angeli in Alexandriam.

TErra ne, an Mari, inquit Papebrochius, *Alexandriam Ægypti profectus cum suis Angelus est? Terrã cum Exercitu suo insidebat Coradinus, Classis etiam eius non contemnenda Obsidebat Marè .... erant igitur vtrùmque infestissima Itinera.*

Verum, cum Iaponica Regna, Sinarumque Prouinciæ, in immensum, vt ita dicam, à nobis qui Europam incolimus, distent, terra ne, an Mari pergunt illuc Societatis Alumni? Mari inquies. At Tursellinus lib. 1. cap. 13. de Vita S Francisci Xauerij, viam hanc vocat *longam, ac difficilem*: Masseus verò lib. 1. capit. 7. Vitæ eiusdem Sancti, de Itinere vsque ad Goam inquit: *i trauagli, che si prouano in questa nauigatione, sono assai maggiori di quanto possono concepirsi: imperòche, se altro di male non vi fosse, che il viuer tanti mesi prigione, in Compagnia di gente la più parte scostumata; il non cibarsi, quasi mai, che di biscotto, è di Salume; l' angustie, lo squalore, la puzza, bastarebbe senza dubio, per molto: ma pur tutto questo non si pone da viandanti in conto veruno à paragone del troppo peggio, che bisogna loro tollerare; e primieramente costeggiando giù per l'Africa, si troua quel Mare, che dal perpetuo ribollire, e quasi saltare dell'onde, e chiamano delle Caualle, doue appena vi è stomaco, così gagliardo, che non patisca fieri sconuolgimẽti, con vomiti, è tal hora di sangue. Nel passare della Guinea penosissime Calme inchiodano per più settimane le Naui; e pare che l' Acqua, e l'aria diuengono, come di fuoco; senza vn minimo respiro di vento; dal che ne siegue vn' estrema languidezza di forze; vna smania crudele; & vn' abborrimento totale del cibo: due volte conuienne attrauersare la linea Equinotiale, in mezzo alla Zona torrida; sotto la quale si marciscono i viueri, e s'in-*

s' inuermeniscono l'acque da bere; onde si pena non poco a prenderne, quanto sol basta, per non morire; e ciò fassi communemente à occhi serrati, per patire quel meno d'horrore; cadano anco quiui alcune pioggie velenose, che toccando le carni, subbito alzan vesiga, e formano piaga. Ma assai più trauaglioso riesce quel morbo, che suole attaccarsi nelle Naui, all'hor che si accostano ad vna certa Isoletta del Regno di Congo detta Loanda; l'eccessiua sete fà mostruosamente crescere le gengiue, fino à ricoprire tutto il dente. Si gonfiano insieme le gambe, crepando in puzzolenti posteme, e quell'humor pestilentioso, salendo pian piano alle parti vitali, cagiona tormentosi delirij, & vccide. Confer quæso, hunc Nauigantium statum, cum beatitudine illa, quam in Societate possident Societatis Alumni; quamque Pallauicinus in Societatis Vindicationibus cap. 14. describens, sic denique concludit: *cumulat hanc bonorum Congeriem valetudo corporis, quamquam non semper firmissima, integra tamen, vtpotè immunis ab illis morbis, quos immoderatæ, vel delitiæ, vel afflictiones, aut vehementiores animi perturbationes importani.* Pallauicino consonat etiam Baeza *tom. 2. lib. 2. cap. 7.* rursus idem Masseus *lib. 2. cap. 15.* refert, quodcum Xauerius Goiam relinquere, & Iaponiam adire constituisset, Ciues ne iret: *gli proponeuano sopra tutto i disastri del Viaggio di quattro milla miglia, per vn mare il più tempestoso di quanto ne habbi l'Oriente; perche trà Malacca, & il Giappone regnano quei tremendi venti Tifoni, che tal volta leuando di peso le Naui per aria, le portano à fracassarsi fin dentro Terra. Oltre ciò vi si nascondano, senza numero, li Scogli, e le secche: e per essere all'hora quella Nauigatione poco praticata, si rendeua tanto difficile, che i Vascelli, per la maggior parte vi patiuan ruina: ne vi mancauano ladroni i quali corseggiauano colà perpetuamente; e non contenti di spogliare i miseri Nauiganti, dauo loro, con barbari tormenti la morte. Correua anco voce, che si facessero contro i Portoghesi preparationi di guerra in ogni Porto*

della

della Cina, e pure pareua quasi impossibile il non toccarne qualcheduno per il Camino. Altri poi anteponendo à tanti pericoli del Mare quei della Terra; gli rammentauano la natura de Giapponesi, crudeli, fastosi, e nemicissimi de Forastieri. Se i Portoghesi hauessero nel Giappone alcuna Fortezza, potrebbero in qualche maniera aiutarlo; mà essi viueuano in quel paese affatto Stranieri, senza possederui vn sol palmo di terreno; perciò incapaci di punto diffenderlo da quei Barbari; massimamente da Bonzi, i quali come più interessati nel mantenere l' Idolatria, era certo, che gli haurebber vsato ogni stratio. Videatur eiusdem Auctoris lib 4. cap. 12. Videatur etiam Compendium Vitæ D. Xauerij Iussu Reuerendissimi Mutij Societatis Præpositi compositum, & Venetijs 1622. editum, nam cap. 12. mirabilia in hoc genere scribuntur: hæc qui legit, & simul cogitat, quod Patres Iesuitæ, vt à Clemente Nono obtinerent suspensionem Breuis Innocentij X. Generalem Congregationem in Societate Iesu singulo quouis nouennio celebrandam Iniungentis, inter alia motiua Pontifici, etiam hoc, in Constitutione 26. §. 3. Clementis Noni, data 20. Septembris, anno 1668. relatum exponunt, quod scilicèt, *deterrent quoque frequentia Vitæ pericula, quibus exponuntur primarij Religiosi omnium Prouinciarum eiusdem Societatis, ij que plerumque Senes quorum aliqui paucis ab hinc annis sublati naufragio, alij extincti febribus in itinere, alij in Captiuitatem ab hostibus abducti fuere*; Nonnè amplum habet argumentum admirandi confidentiam illam qua Societatis Alumni pro Animarum salute, pro Æterni Numinis gloria, per tot Terrarum tractus, Aquarumque vortices, se Diuinæ prouidentiæ credunt? Hic nimirum eorum mos est, qui Deo suo ex toto corde seruiunt. Hinc licet Claudius Edictum promulgauerit, vt Iudei omnes Roma exirent; tamen Petrus, & si Iudæus, Romam reuersus est; de qua quidem re Papebrochius *in Conatu Chronico-historico ad Catalogum*

Pon-

Pontificum, *part.* 1. *pag.* 12. *dissert.* 2. *scribit*: *satis autem tutum se credere poterat Diuino munimine aduersus Claudium, quantumcumque Iudaeis infensum. Itaque opinari volo sub initium anni quinquagesimi Romam aduolasse Apostolum, & mense Iannuarij ibidem Cathedram sibi, & Successoribus Constituisse*, & Daniel Bartolus in Vita D. Ignatij lib. 2. num. 30. pag. 243. de illius Socijs anno 1537. iter habentibus inquit: *Per le continue rube, che i Soldati sbandati faceuano, era si pericoloso il viaggiare, che ne pure quei del paese ardiuano d'vscire dalle loro Terre; e doue i nostri pellegrini compariuano, metteuano tanta marauiglia, come Iddio ben li guardasse, che vi era chi dimandaua loro, s'eran venuti per aria, già che per terra sembraua impossibile*. Idem dic de D. Angelo. Satis autem tutum se credere poterat Diuino munimine aduersus Saracenos; sicut ergo Xauerius Deo duce agressus est longam, & periculis infestam Nauigationem, quod etiam fecerat Ignatius in Palestinam transmittens; sicut Ignatium Venetias pergentem, vt de illo refert Petrus Maffeus lib. 1. cap. 12. *Incommoda, & difficultates Itinere pene toto vexarunt; maximè cum seuiret locis aliquot fœda lues atque contagio; dispositique custodes aditus Oppidorum assidue tuerentur, & ipse nulla Valetudinis tessera esset munitus; & tamen Diuina Clementia, recreatum mirificè, intra ipsa Patauina mœnia primum, deinde Venetias, sine vllo errore, aut difficultate perduxit*; ita de Angelo censere fas erit. Recte enim Benedictus Arias Montanus Præfatione in librum, cui titulus, *de Gentium Sedibus primis*: inquit enim: *quibus verò Deus Salutis nuntium, vel ad eos homines, qui remotissimas Orbis terrarum partes incolunt, perferendum credidit, ijs, quid potest esse impedimento, quo minus commissum sibi munus, alacri, promptoque curent animo? quid est, quo minus ad vltimas gentes, ac terras. . . permeadant, impedire eos possit? num pericula? At cum Dei Spiritus sint repleti, ea nullo modo pertimescunt, num serpentes?*

at eos ipsi pede comprimunt, ac manibus illesi tractant, num Leones? At hos in fugam conuertunt. num venena? & si venenatas potiones biberint, nihil tamen granius patiuntur, num linguarum, sermonisque dinersitas? At linguis, cum opus est, loquuntur omnibus, morbos verò tantum abest, vt timeant; vt potius, ij, qui aduersa valetudine afficiuntur, simul atque sibi à Sanctis hisce viris manibus imposita sunt, conualescant.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

De Nauigatione S. Angeli, captiuitatis, quattuor triremibus Saracenorum, quorum Septuaginta fulminati, Cateri omnes Caci facti sunt, quorum Cateri credide- runt in Christum.

ALexandria relictà Kal. Aprilis, Ianuensi Nauigio freti, inde Siciliam versus soluimus; & prospera vsi nauigatione, quindicim dierum spatio ad Portum Siciliæ propinquum peruenimus; forte autem ibi triremes quattuor Infidelium letabant, quæ Ianuensium Nauem de improuiso aggresse, capiunt, eamque sexaginta, vel circiter, Saraceni ascendunt, & Christianos ferè omnes compedibus ferreis deuinciunt, quibus Angelus dixit: nolite Seruos, & amicos Christi offendere; illi verò ira perciti in Angelum ruunt; quem dum ligare volunt; ille iunctis manibus, hac voce orare cæpit. Libera nos Deus de manibus Inimicorum nostrorum, & da gloriam nomini tuo, vt gloriemur in laude tua, & liberentur dilecti tui. Et his dictis subito Ignis de Cœlo descendere visus est, quo Septuaginta, qui Nauem ascenderant. Saraceni, exusti quasi in fauillas, & cineres conuertuntur. Alij verò, qui trecenti in triremibus erant, omnes oculis capti, voce humili misericordiam petebant: hinc Angelus ad trire-

mes

mes primus pertransijt, & Christianis, vt sequerentur, animatis, hoc sermone vsus est; Quicunque vestrum, ò viri Ismaelitæ, corde sincero credet in Iesum Christum filium Dei, dicto citius Spiritus, & Corporis lucem suscipiet, & denique Æternæ Vitæ gaudia consequetur, qua Angeli Oratione omnes Sacri Fonti lauacrum susceperunt, & lucem obtinuerunt. Inde verò soluentes, in Siciliam peruenimus.

Circa Caput Decimum Octauum.

DVBIVM, VNICVM.

De Ianuensi Nauigio.

OMitto, quod ait Papebrochius: S*i cogitasset Auctor anno 1219. Pascha celebratum fuisse 7. Aprilis, fortassis Sanctum detinuisset Alexandria ad* Sacr*a Hebdomada, & Dominica Resurrectionis festa Celebranda.* Cum Masseus Iesuita lib. 2. Vitæ S. Xauerij, cap. 6. de ipso Xauerio scribat, quod Nauim ingressus: *Il* Sabbato S*anto, abbonacciatosi il Mare, e ripigliato il Corso.. passate alcune Miglia à Cielo serenissimo, e Mare tranquillo,.. ad vn tratto si rannuuolò l'aria.. & il Vascello venne di nuouo rispinto à Nagapatan; quindi il Santo prese il viaggio per terra, e doppo centocinquanta miglia di dolorose pellegrinaggio, arriuò finalmente à Meliapor.* Cum tamen Masseus potuisset eum detinere ad Dominicæ Resurrectionis festa celebranda. Adde Papebrochium supponere in eundem diem anno illo, & iuxta Orientales, & iuxta Occidentales Pascha; Incidisse quod tamen illi non supponendum, sed probandum erat.

Ad illud igitur, quod ait? *Alexandria relicta Kal. Aprilis Ianuensi Nauigio fretus.* Vbi Papebrochius inquit: *neque hoc dixisset credo; si Alexandriam hostium fuisse sciuisset: ad quam*

appellere nequaquam tutum fuisset Ianuensibus : à Classe Damiatam obsidente verò similiter venientibus : horum enim, & Venetorum, & Pisanorum Nauibus omnis commeatus deferebatur ad exercitum Christianorum.

Satis patet Responsio in Chronico Riccardi de S. Germano ad annum 1214. vbi de Soldano tunc temporis regnante, sic inquit; *Prædictus verò Sephedinus de More prædecessorum suorum faciem suam non ostendit omnibus, nisi decies in anno, quando nuncios recepit Pisanorum, Ianuensium, Venetorum, Ciuitatum, Regum, vel Principum Christianorum*. Et tamen anno illo non erat pax Soldanum inter, & Latinos, vt patet ex litteris Innocentij tertij ad eundem Soldanum, quas refert ibidem Riccardus; in quibus sic loquitur Innocentius: *Magnitudinem tuam humiliter obsecramus, quatenus ne propter violentam detentionem præfata terra (scilicet Sancta) plus adhuc effundatur humani Sanguinis, quam hactenus est effusus, eam restituas nobis, vsus consilio saniori... & dimissis vtrùmque Captiuis, quiescamus à mutuis Impugnantium offensis... latores præsentium ad tuam præsentiam destinatos, rogamus vt benigne recipias*. Notandum insuper quod adhuc feruente bello, pacis negotium agitabatur; vnde apud Riccardum Patriarcha Hierosolymitanus sic scribit Innocentio III. *volunt isti* (scilicet Sephadinus, & filius eius) *libenter reddere in Manus Domini Papæ terram* Sanctam, *quam tenent.. ipse* (scilicèt Sephadinus) *cum filijs in prædictum modum cum Romana Ecclesia volunt pacem componere*. Hoc pacis negotium multo magis inualuit ex parte Soldani anno 1219. cum de illo Godefridus illius temporis Auctor dicat. *Vndè Soldanus Carestiam timens, & famem, etiam amore retinendæ Damiata, talem pacem cum Fratre suo Coradino Christianis obtulit; Crucem Sanctam, &c.* Igitur, quod Alexandria esset hostium; quod Soldanum inter Ianuenses bellum esset; totum hoc minime improbabile facit in Alexandriæ Portu Ianuensium Nauim

fuisse;

fuisse; quæ vel nuncios detulisset, vel etiam (vt de Anconitanis refert Odoricus ad annum 1231.) mercatores; quibus postea in Concilio Lugdonensi primo sub Innocentio IIII. anno 1245. prohibitio facta est, ne per Naues transirent ad Saracenos in Orientem.

CAPVT DECIMVM NONVM.

De Aduentu S. Angeli in Ciuitatem Messanam, deque restituta Muto loquela.

PRimum itaque Messanam profecti, Cœnobium Carmelitanæ professionis adiuimus, Priorique ex more, obedientia præstita, & Cœnobitis salute data, hospitia Charitatis accepimus, Atque ipsa in Vrbe Solemnia Sacra pergimus, tota Ciuitate gestiente Spectaculo eorum, qui nuper Sacramentum fidei receperunt. Mulier tunc nobilitate Insignis, nomine Constantia, filium mutum, vt eum Sanum faceret, ante Viri Dei Sancti pedes constituit; à quo Deo Oratione facta, linguæ beneficium infans recuperauit; tribus post modum religiosis Sermonibus habitis, ab oculis multorum tenebras effugauit.

Circa Caput Decimum Nonum.

DVBIVM PRIMVM.

An Anno 1219. Carmelitæ Conuentus in Europa habuerint.

NEgat Papebrochius tum hic, tum in Maio ad diem 11. de nostro Beato Aloysio agens: vbi post nudam repetionem eorum, quæ alibi malè scripserat, addit: *composui prolixum satis de Beato Alberto, tanquam Ordinis Legislatore, com-*

commentarium, *& part. 2. Propylei Antiquarij ad amoliendas aliquas inuentiones nouissimas de Conuentuum quorundam Europeorum Antiquitate, contrarias ipsis Breuiario, Pontificum assertis, Scriptoris Coeui Ioannis de Sanuico expressissima assertioni, docentium, quod ante Latinorum Regnum in Syria Collapsum; Professores huius Religionis nunquam proposuerunt extra Terram Sanctam habere ad habitandum aliquam Mansionem sua Religinis, quod sub Honorio III. Ordo in Europa esset ignotus: & quod sub Innocentio IV. ad Cismarinas partes se conferre coactorum, propter incursus Barbarorum, eo aspiraret affectio, vt per Apostolica pietatis auxilium, statum consequi valerent*; ergo hic obijcit Papebrochius, quæ facillimè refellentur.

Quo ad Auctoritatem Sanuici (cuius Chronicam, nescio ad quid, edidit per extensum Papebrochius in sua Hierosolymitanarum Patriarcharum historia Chronologica) peto, an ex vllis Sanuici verbis possit hanc deducere consequentiam; *ergo anno 1190. Carmelita non habebant aliquod Monasterium extra terram Sanctam?* certè tantum hoc abest, vt expresse oppositum colligatur, nam cap. 2. illius Chronicæ, ita habetur: *In Prouincia autem Syria Comagena est Antiochia Ciuitas Nobilis... in qua professores huius Religionis edificauerunt solemne Monasterium sui Ordinis, & habuerunt: in eadem quoque Prouincia ab Antiochia procedendo versus Aquilonem, occurrit Mons dictus Neroi.. in huius Montis solitudine ædificauerunt Fratres Nostri Ordinis, & habuerunt sua Religionis Monasterium, quoniam autem hac Prouincia Comagena est extra terminos Terra Sancta, ideò plura Monasteria Fratres nostri non adificauerunt in ea, neque predicta edificassent, nisi quoque. Aymericus Patriarcha Antiochenus aliquos eorum duxisset in solitudinem Montis Neroi.* Nota: *extra terminos terra Sancta.* Non querebant ergo Carmelitæ Religionem suam extra terminos terræ Sanctæ dilatare, varijs tamen occasio-

casionibus, per diuersas Mundi partes delati, suæ Religionis Monasteria ædificabant, vt Populis, aut Prælatis facerent satis.

Nec obstat, quod Sanuicus cap. 3. dicat *anno ergo Domini Millesimo ducentesimo vigesimo octauo aliqui ex dictis fratribus natione Cyprij, ad Insulam Cypri transfretauerunt; alij verò, natione Siculi, ad Insulam Siciliæ nauigauerunt . . . Igitur, qui ad Cyprum transfretauerunt, mansionem huic Religioni congruam in Eremo Fontaine construxerunt; qui verò ad* Siciliam *nauigauerant, habitationem huic Religioni commodam in suburbanis Messanæ contraxerunt*; non enim inde sequitur, quod aut in Cypro, aut in Sicilia ante annum 1238. Monasteria non fuerint; nam quoad Cyprum in Opere cui titulus; *Historie de' Rè Lusignani publicate da Henrico Gibilet lib. 1. ad annum* 1197. de Almerico Cypri Rege sic: *In questo tempo applicò il Rè tutto lo spirito alla riforma del Clero, nascendo tra Sacerdoti Greci, e Latini giornalmente di molti inconuenienti . . . per all' hora non si fece altro, che concedere alli Carmeliti, ch' erano i primi Frati venuti nell' isola, alcuni Casali, &c.* quo ad illud de Messana Rochus Pirrhus in notitia secunda Ecclesiæ Messanensis; inquit: *lego in quodam diplomate, quod extat in Tabulario Monasterij* S. *Placidi Messanensis dato anno* 1173. *mense Decembris Indictione* 6. *Regni Vuillelmi*. 2. *anno* 6. *Simonem quendam Regium Siniscalcum pro anima Regis Rogerij, eiusque Vxoris Heluiræ multa prædia dedisse Fratribus Carmelitanis Messanæ. Item in diplomate Vrb*. 4. *inuenio ad an*. 1262. 8. *Sept*. 4. *Indictione, Cœnobium, in quo degebant Patres Carmelitani, datum esse Abbatissæ S. Mariæ de Flomaria, & S. Michaelis Ordinis Cisterciensis: indè in aliud migrarunt extra Vrbem*. Quod igitur, qui ad Siciliam nauigauerant, habitacionem in suburbanis Messanæ construxerint, non arguit, quod in Vrbe Messanæ Cœnobium antea non esset.

Impugnat quidem primam illam Conuentus in Vrbe fun-

datio-

dationē Papebrochius: *quia Chronotastici Characteres non subsistunt: Siquidem Guilielmus cognomento, malus, ipsomet Roccho teste, in prauia Regum Siciliæ Chronologia, obijt Panormi pridie Kalendis Maij anno 1166. eique mox successit filius Guilielmus II. Cognomento Bonus, qui proindè mense Decembri anni 1173. numerabat annum, non III. sed VIII. à semestri inchoatum. Indictio autem sexta eiusdem anni finem acceperat mense Septembri, & mense Decembri in cursu erat Indictio VII. denique illud erat tempus, quo primus Carmeli Prior Bertholdus adhuc viuebat, & recens noui propositi rigor non potuisset pati multa prædia, qualia hic dicuntur esse donata, quæ vix demum in laxiori postmodum disciplina, sæculis exinde secutis recepta sunt in Ordine.*

Ad illud de Indictione Respondeo primo id, quod Paulus Belli Iesuita *de Gloria Messanensium lib. 2. cap. 11.* vbi sic: *non est tam facile erroris accusare datam Indictionem, vt sibi existimat Aristarchus*, quando in eius Origine, vsuque statuendo, non inter seipsos modo, sed à seipsis plerumque discrepent Auctores, vt aduertit Pesauius citatus lib. 11. *quare, vt nihil interim tribuamus Notariorum, temporumque vitio, non multum fuit*. Sextam *pro* Septima *immediatè* sequenti *Indictione* ponere.

Respondeo secundò id, quod Couarruias *Variarum resolutionum lib. 1. cap. 12.* vbi inquit; quod si in aliquo Instromento annus Indictionis non correspondent absolutè anno Christi, nihil inde Instromento detrahi, sed standum esse anno Christi: atque presumendum in Indictione fuisse erratum, eo quod in ea error facilius contingat, ad maiorem adhibendam diligentiam, rariorem vsum, &c.

Respondeo tertiò id, quod Mabillon de re diplomatica lib. 6. Corollario primo habet, vbi sic. *Verum sæpius in conciliandum Indictione, cum annis Imperatorum, aut Pontificum multa occurrunt ambages. Duo eius rei exempla retulimus in*

libri

lib.2. cap. 24. nu.9. At quadam hic addenda sunt ad ampliorem probationem, ne quis ob leue Indictionis vitium, litteris, alias validissimis, falsi crimen facilius affingat, hac in re quid aberuditissimo Baluzio .. scripto acceperim, eius verbis hic refero: Certum est inquit Indictionem decimam conuenire cum anno decimo Pontificatus Innocentij Tertij, & tamen in Regist[r]o eius, quoties Indictio recensetur in Epistolis, anno illo decimo datis, toties Indictio Nona ponitur in octo Epistolis, scilicet 7. 27. 28. 59. 60. 91. 95. 96. Immò Epistola 95. eiusdem libri decimi, qua ab Huberto edita est in probationibus historia S. Aniani Aureliensis, pag. 123. ex Authentico, quod in Archiuio illius Ecclesia extat, cum plumbo, indictionem Nonam habet in registro, & in Authentico illo. Idem euenit in concilianda Indictione cum annis Christi; vnde idem Mabillon lib. 3. cap. 1. num. 10. licet non concordent Caractêres, tamen admittit Scripturam veram esse.

Respondeo quartò, quod Papebrochius ad diem 28. Aprilis tom. 3. de S. Marco Episcopo agens, in commentario preuio n. 7. refert diploma Leonis Episcopi Atinensis, cuius data est huiusmodi. *Anno ab Incarnatione Christi millesimo quinquagesimo sexto, mense Iulio, Indictione* 8. *residente in Vrbe Roma Summo, & vniuersali Pontifice Romano Domino Papa Victore, & Domino Corado Imperatore Pijssimo, & Capuanam Ecclesiam Gubernante Adenulpho Archiepiscopo.* verum, quia anno 1056. iuxta Papebrochij regulam non correspondet Indictio octaua, posset aliquis inferre, quod diploma est falsum, & fictum; respondet Papebrochius, quod pro anno 1056. debet accipi annus 1055. inquit enim: *intelliges preterea numerum indictionis considerans, eumque cum anno Christi conferens, etiam Atinenses anni communis rationem nouem Mensibus, illa Ætate prauertere solitos, sicut de Hetruscis, & Vmbris demonstrauimus, atque adeò annum hic accipi debere* 1055. *idemque dicendum esse de annis infra notandis, quoties vltra*

 Mar-

Martium menses adiuncti processerint. Indictio ergo 8. non correspondet anno 1056. quia Atinenses non enumerabant annos sicut communiter enumerari solent; hoc idem respondemus de Siculis, & quidem non gratuito, nam Ioannes Baptista de Grossis in nouissima Catanensis Ecclesiæ notitia Chorda 7. §. 9. refert in Siciliæ Regno adeò in hac re erratum esse, *vt ad euitandum in posterum errores, ob inequales annorum supputaciones delapsos, lex in Regno lata fuerit anno* 1603. *ac præceptum, vt ab omnibus obseruaretur quod scilicet emmendatis Antiquorum supputationibus, annus in omnibus cuiuscumque generis negotijs, ac Instromentis, à mense Ianuario, eiusdemque primo die, initium deinceps sumeret, ac numeraretur.* Sanctio talis est: *la diuersità in questo Regno della numeratione dell' anno del Signore volgarmente detta il Millesimo, è cagione di molte inconuenienze... essendo che alle volte, per tal diuersità, si prende errore in essa numeratione.. per lo che volendo noi rimediare à detti inconuenienti, ne hà parso ridurre detta Numeratione ad vna commune forma.. restando solamente l' Inditione nella solita computatione. Data in Palermo adì 7. di Genaro 1603.*

Respondeo quinto, quod Papebrochius loc. cit. num. 5. inquit, quod Leo Atinensis fuit creatus anno 1034. rursus num. 9. inquit, quod fuit Creatus anno 1033. tomus iste tertius Aprilis fuit editus Antuerpiæ, apud Michaelem Cnobarum anno 1675. quod adnotare volui, ob aliam editionem, magis correctam, quæ fieri posset; peto modo an isti Papebrochiani Characteres concordent; & an fieri possit, quod idem Leo fuerit creatus Episcopus Atinensis anno 1033. & non fuerit creatus Episcopus Atinensis anno 1033. sed anno 1034. quam dabit nobis responsionem, sibi datam putet.

Respondeo sexto, quod Papebrochius *loc. cit. num.* 5. inquit, quod Leo fuit creatus Atinensis Episcopus an 1034. & quod vixit in Episcopatu an. 28. At num. 9. inquit, quod Leo

iste

iste consecrauit Ecclesiam anno 1063. videns autem Papebrochius, quod Caracteres non concordant, sibi hanc facit difficultatem. *At inquies: si anno Christi 1033. Episcopus ordinatus est Leo, hic autem solum annis 28. sedit, vti ad longum scribitur in Chronica, apud Vghellum, iam profectò oportet mortuum fuisse.* Respondet ipsemet difficultati sic: *Fateor; sed cum Chronica illa annos Episcoporum primorum Atinensium componens cum annis Romanorum Pontificum, horum seriem, sic inuertat, & turbet, vt vix castigata tolerabilis euadere posse videatur Vghello, non est cur numeris inibi notatis adhæreamus sollicitè; si quando euidentior ratio cogat nos alio deflectere*; sed quæ nam est hæc euidens ratio? *Sicut hic cogit Conradi Imperatoris obitus, & nunc euidens probatio instituta anno 1055. Congregationis Canonicorum Regularium, atque post eam facta translationis, dedicationisque 3. nonas Octobris in die Dominica; licebit igitur errorem manifestum corigere, & triginta octo legere; pro viginti octo, & sic vsque ad annum 1071. in viuis retinere Leonem.* Ita & nos dicemus, errorem contigisse in diplomate referendo, & vbi dicitur: *indictione 6. Regni Wilhelmi II. anno 3.* legendum esse: *indictione 7. Regni Wilhelmi II. anno* 8. ad hoc enim nos cogit Regum Siciliæ Chronologia hæc fusius, quam pro re tam parui momenti, vt tandem desinat Papebrochius ex indictionem erratis numeris quinquilias nobis obijcere.

Ceterum difficultati pœnitus eneruandæ ea sufficiebant, quæ in Nouissima Catanensis Ecclesiæ Notitia habet Ioannes Baptista Grossus Chorda 7. pag. 98. inquit enim: *Siculorum Regum Chronologiam, quam suis Siciliensium Ecclesiarũ Notitijs Auctor iste (scilicet Rocchus Pirrus) præposuit, adeò erroribus omnibus refertã elumbem, in pluribus oblique petitam apud omnes statim audijsse, vt inducta Spongia plura ex libello delenda non pauca expungenda, multa superaddenda prudentior factus ipsemet Pirrus aduerterit, & nouam, ac nuperam corun-*

dem Regum Chronologiam, noua prorsus Incude formatam, nouo accersito libello, nouiter efformare compulsus fuerit; vt vel sic errata, quibus antiquiorem infercierat historiam; in recentiori castigaret. Neque tamen Prouinciam hanc ita feliciter absoluere, aut diligentiorem collimare potuit, quominus in plura offenderit singula consectari non est præsentis Instituti; cum res, & occasio dederit expendemus.

Ad illud de multis prædijs: scire debuisset Papebrochius diuitias, & lata prædia habere, magis alienum esse à Religiosorum alienam salutem quærentium proposito, quam fuerit ab Antiquorum Carmelitarum rigore; hoc docet Pallauicinus Vindicationum Societatis cap. 44. vbi sic: *quamuis non diffitear in magna Cibariorum difficultate exactam disciplinam egrè retineri, atque in primis communionem illam vitæ, quam seu Cardinem perfectionis, veteres illi Sanctissimi Religiosæ Vitæ repertores sine fine commendant, velim tamen Religiosis in alienam opera institutis rei familiaris angustiam potius, quam affluentiam; nam iuxtam virtutis amorem, qui non omnes vehementissimè incendit, validissima torporis expultrix est indigentia quod præclarè vidit Scriptor eximius, dum Religiosis contemplationi addictis communia Bona conuenire; alienam salutem quærentibus mendacitatem, acre quasi cessantium calcar, obseruauit ... sic sentio ego, sic sentiunt præcipui Societatis moderatores.* Et tamen dantur Religiosi ad hoc specialiter Instituti, vt in alienam salutem incumbant, qui lata prædia possident.

Nimirum propositi rigor, & disciplinæ seueritas cum latis, multisque prædijs stare potest, vt docet idem Pallauicinus, qui loc. cit. sic ad rem. *Huius pariter erroris mater est vulgarium notionum, vocabulorumque indiscreta confusio. Vulgus namque diuitem vocat, qui plus cæteris habet: cum tamen longe alia sit Sapientum regula. Vter ditior, Tullius ait, cui superat, an cui deest? an non in ore omnium est Verbum illud Alexandri*

xandri quinti, qui se diuitem Episcopum, pauperem Purpuratum, mendicum Pontificem fuisse dictitabat? non quod facultates, aut Purpura, aut Regnum extenuasset; immò auxerat; sed quod vterque gradus multo sumptuosior, quam pecuniosus fuit, nec parem attulit oneribus opulentiam. Cum latis ergo possessionibus potest stare maxima paupertas, atque adeò propositi rigor, & seueritas disciplinæ.

Verum ad tollendam omnem difficultatem peto à Papebrochio, putet ne, quod S. Benedictus paupertatem amauerit? vtique amauit. Hinc Benedictus Haeftenus in vita Sancti Patris exponens Tabellam virtutum eius sic ait: *Nona virtus est paupertas, rerumque penè omnium inopia, à qua suæ conuersationis perfectionem incepit.* Peto iterum, putet nè Mundi contemptorem fuisse? cur non? nam Diua Virgo apud S. Brigittam lib. 3 reuelat. cap. 20. ait eum omne contempsisse, quod transitorium erat; & quod Mundus erat ei mortuus; tamen nunquid latas respuit possessiones? nequaquam; nam en quid Vitæ S. Placidi Scriptor (quem Haeftenus in cap. 13. Vitæ S. Bendicti refert) scriptum reliquit. *Tertullus autem deosculata omni Congregatione, rogauit Petrum Benedictum, quatenus eum dignarentur Fratres in suam recipere Societatem, qui cum celeriter ea, qua summa deuotione poscebat, vna cum Patricijs, Consulibus, ac Senatoribus, qui cum eo errant, impetrasset, Deo, & eidem Patri Beatissimo Benedicto, totum ex integro Casinum Montem, cum vniuersis pertinentijs suis, atque à suo proprio Iure abscindens; eidem Patri tradidit in perpetuum possidendum.* Prosequitur deindè Scriptor ille enumerare alias villas, cortes, & prædia. Quæ B. Benedicto, tam ipse Turtullus, quam Equitius, & Gordianus tunc temporis perpetuo Iure possidenda tradiderunt. Nimirum cum latis possessionbus rigida paupertas consistere valet. Hinc Simom Milletius ad *cap. 8. lib. 2. dialogorum S. Gregorij*: laudat Cellas ditissimi Montis Cassinensis, in

qui-

quibus alia non vidit vtensilia : *præter Mensam simplicem, & Oratorium, funem transuersaliter extensum, cui vestes imponantur, & laticam adeò humilem, ac concipi posset; constat enim duobus Scamnis, tribus, at quattuor asseribus, nullo artificio compactis, quibus lectis ternia imposita; libri in eis, aut pauci, aut nulli.*

Vt tandem ad Sanuicum redeamus, qui cap. 3. de illis loquens, qui in vniuersali Ordinis transmigratione ex Terra Sancta in patrias suas reuersi sunt, sic inquit: *qui omnes, & post eos alij hac intentione terram Sanctam deserebant, ac varias Regiones accedebant, vt Religionem istam in illis Regionibus nouiter plantarent.* Dicendum enim, quod loquitur de Religione, seù potius de parte illa Religionis, quæ in Terra Sancta manebat, cogitantes scilicet de illa in Europam trasplantanda.

Nè autem Papebrochius hanc contemnant explicationem, sciendum est, quod Ioannes Argentus Iesuita in libro suo ad Poloniæ Regem cap. 17. pag. 219 sic scribit: *Paulus IV. tanti ipsiquoque Societatem, & Societatis parentem Ignatium fecit, vt nihil in ea vnquam innouari permiserit.* Tamen contrarium aperte legitur in Historia Societatis part. 2. lib. 2. num. 58. & lib. 3. num. 30. quod scilicet: *Pauli IV. iussu tota Vita quotidiana ratio, ac disciplina perturbanda erat cuncta que suo loco monenda; non pauca satis vtiliter instituta post habenda, vt Choro spatium, quod non modicum occupat; quereretur,* vidit hanc contradictionem Laurentius Forerus Iesuita, eamque in *Appendice ad Grammaticum Proteum pag. 42. & 43.* diligentissime diluit, inquiens.: *An non historia Societatis par. 2. lib. 1. n. 31. dicit Paulum IV. Ignatium veneratione retardatum fuisse, vt ipso viuente, quid quam in Societate innouauerit? eodem plane sensu accipi possunt Ioannis Argenti verba, de illo dumtaxat tempore, quo Sanctus Ignatius adhuc in viuis fuit, & sic verissima sunt. Nam quid postea euenerit ipse Argentus, qui tot annis*

nis in Societate Superiorem egit, ignorare non potuit, multo minus negare, cum id vel duodennes pueri norint; deinde obseruandum quoque est Ioannem Argentum non dicere Paulum IV. nihil vnquam in Societate innouasse; sed nihil innouari permisisse, ab alijs videlicet, præter ipsum Pontificem. Hæc Forerus qui aliam inter Societatis Scriptores in historia contradictionem ab Alphonso de Varga in sua Relatione cap. 13. adductam, nescio qua de causa, patienter nimis dissimulauit. Interim hanc adnotare libuit, vt cui Foreri expositio placuerit, sapiat & nostra.

Addam vlterius, quod in Elogio Ioannis Moschi ad Pratum Spirituale præfixo dicitur, quod Sophronius, Mortuo Magistro suo Ioanne Moscho, in Cœmeterio Cœnobij S. Theodosij prope Ierosolimam Magistri Corpus deponens; *reliquum Vitæ suæ tempus in eodem Cœnobio transegit* Quæ verba manifeste contradicunt Thophani asserenti, quod Heraclius in locum demortui Modesti Sophronium in Hierosolymitana Patriarchali Sede constituit; anno inquit Papebrochius 634. Vidit Papebrochius apertam hanc contradictionem; at nunquid propterea Sophronij Patriarchatum Hierosolimitanum tamquam fabulam reiecit? minimè quidem; sed in Vita S. Sophronij, *ad diem 11 Martij cap 2. num. 22.* Elogij verba sic explicat, vt Theophani non contradicant: inquit enim: *Hactenus præfixum Prato Spirituali Elogium; cuius postrema verba, nisi alium à Sophronio Hierosolymitano Moschi Socium fuisse, velimus credere (contra totius penè græcæ antiquitatis consensum, quem sequitur Menæum) necesse est, vt benignè interpretemur de longe Maxima Vitæ reliqua parte, cuius tredecim omnino in Cœnobio actæ sint; tres autem dumtaxat in Patriarchatu.*

Hanc benignam (poterat dicere, & gratiosam) interpretationem nullum in Elogij verbis fundamentum habere, omnes vident; eamque magis improbabilem reddit in Patriar-

charum

charum Ierosolymitanorum historia Chronologica nu. 148. dum Sophronio Patriarchatus annos prorogandos censet: ait enim: *reuertor ad Theophanem dicentem de Sophronio, quod Hierosolymorum Ecclesiam amplificans, defunctus est: propter hac verba, & libros contra Sergium, ac Pyrrhum Scriptos prorogandam etiam eius vitam censui*; vtique in Patriarchatu; subdit enim: *nunquid enim istud facere potuit Sophronius, inuicto, ac non fauente Humaro?* At Humarus Sanctam cæpit Ciuitatem, Sophronio Patriarchatum tenente. E contra verò nostram explicationem in ipsius Sanuici verbis fundamentum habere ostensum est: At non solum eam non acceptat; sed interpretationem cum euersione confundens, quasi explicare, esset idem, ac euertere; quasi passim in ipsismet Scripturis Diuinis in apparenter oppositas non inuideremus Auctoritates, quæ explicatione indigent; in Patriarcharum Ierosolymitanorum historia Chronologica num. 271. inquit: *denique certo certiora, & meridiana luce Clariora deberent esse testimonia, quæ in hoc puncto euerterent Coeui Sanuici Auctoritatem*; & quod magis mirandum est, hunc Auctorem, quem vt putat contra nos scribentem, tanti facit, nobis postea fauentem, suscipere dedignatur; ait enim num. 244. *rursum cum circa processionem Ordinis ab Elia, primorumque in Syria Conuentuum initia ea lego in Sanuico, quæ, vel antiquitatis totius silentio refutantur, vel Ioannis Phocæ certiori relatui repugnant; non tanti ipsum diù postea scribentem facio, vt eius Causa putem dimittendos illos, qui melius scire potuerunt.*

Sed à Papebrochio hic quærendum esset, cur in Chronologica Patriarcharum Ierosolymitanorum historia num. 152. Theophane, genere, Sanctitate, & Antiquitate conspicuo (quippe qui vt in Commentario ad eius vitam scribit ipse Papebrochius tom. 2. Martij die 12. num. 14. Mortuus est circa annum 820.) dimisso, fidem velit haberi Elmacino Saraceno circa initium sæculi XII. (vt loc. cit. num. 146. inquit

Pa-

Papebrochius) de Humaro circa annum 639. Saracenorum Principe scribenti, quæ vel totius Antiquitatis silentio, vel Theophanis certiori relatui repugnant? Scio. Inquit enim: *Adeò vt in his domestico Scriptori, longe minores iniurias Christianis factas exponere solito, maior etiam fides haberi possit, quam externo Theophani*. Sed ratio ista nihil valet; nam si Elmacinus, quia Saracenus, atque adeò Saracenis domesticus, potuit scire iniurias ab Humaro Principe Christianis illatas; etiam Theophanes, quia Christianus, atque adeò Christianis domesticus, potuit scire iniurias à Christianis, Humare regnante, & inferente, receptas; & quidem eo melius, & certius, quo rebus ab Humare gestis vicinior fuit, quam Elmacinus; cum Theophanes natus sit circa annum 748. vt in Commentario ad eius vitam præuio ipsemet Papebrochius scribit: è contra verò Sanuicum, & si domesticum, omittat, vt externo Ioanni Phocæ, & vt infra ostendemus, fabuloso, & nihil contra nos concludenti, adherere voluerit?

At Elmacinus, inquit Papebrochius, est Scriptor sincerus. Verum cum Elmacinus lib. 1. cap. 1. suæ historiæ de Maumete scribat: *vt autem annos impleuit quadraginta, vocatus fuit ad lumen Propheticum*, & fol. 11. scribat: *hoc eodem anno Mehemet Gloriosa memoria mortem obÿt.. fuit autem optima indolis*: peto, an his habendus sit sincerus Scriptor, an non? & an ob Elmacini auctoritatem, inter alios Prophetas ponendus sit Mahemetes, & Gloriosæ memoriæ, bonæque indolis habendus, qui fuit pessimus deceptor, & nebulo? & an fuerit Christianis addictus, & mitis erga eos, quia Elmacinus hoc ibi scribit?

Secunda obiectio desumitur ex verbis lectionis quinte Offitij Commemorationis Solemnis B. Virginis, vbi inter alia scribitur: *ac demum cum olim in Europa Ordo esset ignotus, & ob id apud Honorium III. non pauci prò illius extinctione insta-*

 rent

rent: ex quo infert Papebrochius: ergo Honorij Tertij temporibus Carmelitarum Ordo non erat in Europa.

At Argumentum istud facile soluitur à pari. Nam Romæ erant Iesuitæ, & tamen Iesuitarum Societas erat Romæ ignota, vt scribit Petrus Ribadineira è Societate Iesu in *Vita S. Ignatij lib. 2. cap. 5.* vbi sic: *cum Ordo vterque noster, & illorum, Clericorum Regularium sint; eodemque fermè tempore nati, neque habitu valdè dissimiles, populus rudis externa specie deceptus, aliorum nomen nobis, imposuit, Romæ primum vnde in alias deinde Vrbes influxit, & in remotas etiam prouintias penetrauit.* In Hispania erant Iesuitæ, & tamen Iesuitarum Ordo erat in Hispania ignotus, vnde Pater Iulius Nigronus *Comm. in Reg. Societ. Iesu part. 3. tit. num. 10.* de Theatinis sic habet. *Hos vulgus ab Episcopo Theatino vocare capit Theatinos: quæ appellatio ipsis in Italia adhæsit, nobis in Hispania.* In alijs varijs regionibus erant Iesuitæ; & tamen in illis Iesuitarum Ordo erat ignotus; vnde Suarez è Societate Iesu *tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 1. cap. 1. num. 4.* inquit: *Religiosi Societatis in varijs regionibus à multis sunt vocati Theatini.* Et Horatius Torsellinus è Societate Iesu in Epit. Histor. lib. 10. *paucis ante annis Clericorum Regularium Ordo ab Episcopo Thatino, qui deinde Paulus Quartus Pontifex fuit, Institutus; ab eoque Theatini appellati; similitudo habitus fecit, vt Societatis Iesu homines vulgo Theatinorum nomine appellarentur.* Et Martinus Olaue apud Orlandinum in *historia Societatis Iesu lib. 15. num. 61.* Sic Parisienses Magistros interrogat? *quid de nostro Paulo Quarto dicam? hic iam inde ab initio tam aperte huic nostro Instituto fauit; quod similis etiam Instituti ipse Auctor extitisset, vt nomen ab eo acceptum, in Italia, & Hispania retineamus (vocant enim nos Theatinos) atque hunc Pontificem primum fuisse nostræ Societatis Institutorem plurimi existimant;* Inter quos fuit Martinus Chmnitius, qui vt refert Ioannes Baptista del Tufo in historia Clerico-

ricorum Regularium c. 1. *disse, che la prima origine de' Padri della Compagnia di Giesù era stata da Gio. Paolo Caraffa in Venetia, che fù poi Papa Paulo IV. errando non solo nella persona, mà nel tempo, è nel luogo.* Prosper quoque Stellartius in Regulis Religionum cap. 36. *Huius autem Sacræ Societatis Sectatores, apud Hispanos, & Italos Theatini passim vocitantur: male tamen, &c.* Immò ipsis Societatis Alumnis Societas ignota fuisse videtur: nam Papirius Massonus Societatis Alumnus in *Historia de Romanis Episcopis de Paulo IV.* agens Theatinosque nominans, sic scribit: *hi sunt alij à Iesuitis .. . vulgus tamen eos quoque Theatinos in Italia, Hispaniaque vocare solet; cum Nola in Campania Iesuini dicantur, Ferrariæ Scopsotti, Bononiæ Presbiteri Sanctæ Luciæ, Mutinæ Reformati Sacerdotes; & in Hispania Ignatiani .. aliaque passim nomina habeant, & à Paulo Tertio confirmati dicantur.* In quam Papirij de Societate ignorantiam, acri, pungentique stylo insurgit Martinus del Rio Iesuita *Disq; Mag. lib. 2. q. 10.*

Igitur Societas erat ignota, notissimaque, simul notissima ob præclaras virtutes, quibus semper in Ecclesia floruit, floretque nunc: ignota verò quoad Originem, & Institutionem suam. Ita pariter Carmelitæ, quorum origo ignota erat; non ipsi tamen omnino ignoti, cum Ioannes Balæus hæreticus Anglus in *Cathalogo Scriptorum Britanniæ in Appendice ad Richardum Eligensem* scribat: *In quodam Kalendario Historico reperi, quod anno Domini 1220. Carmelitæ per Europam celebrari primum cœperint, postquam Angelus Hierosolymitanus, eiusdem Ordinis Eremita, Romæ prædixisset Christianorum Rempublicam breui affligendam esse.*

Sic Petrus Matthei in Gallica historia lib. 6. enarat. 1. num. 13. sub anno 1603. dicta confirmat, dum scribit: *Il Rè fù à far le feste di Pasqua nella Città di Metz, & ascolta quello, che dicono i Giesuiti, per esser restituiti nel suo pristino stato .. Ignatio Armando, uno de' primi della Compagnia così comin-*

ciò quietamente à parlare . . . Il maggior dolore è questo, che non siamo in verità conosciuti quello, che veramente siamo. Cæterum cur dicatur, quod Ordo in Europa esset ignotus: explicat noster Angelus Laurentius Espin in Opere cui titulus: *Explication Verdadera d'vn lugar di Suetonio, y examen iustificado della Deidad, que Vespesian consultò en el Carmel num.* 242.

Tertia obiectio desumitur ex Bulla Innocentij quarti, quæ incipit: *Paganorum incursus*: quam refert Sanuicus noster *cap.* 5. *sua Chronica*, & habetur in registro quarti anni Pontificatus Innocentij. Sed an ex illa Colligatur, quod quando talis Bulla scripta est, Carmelitæ non haberent in Europa Conuentus, legat, & iudicet lector. Scribens enim Pontifex Prælatis Europeis inquit; de Carmelitis: *ipsis vt in locis opportunis, de quibus estis in vestris prouisum Diœcesibus, vel in posterum contingerit prouideri, Celebrandi Diuina, & habendam liberam Fratrum sui Ordinis Sepulturam, licentiam, si expedire videritis, sine iuris alieni praiudicio, concedatis*. Supponit igitur, quod Carmelitis in Europa de Conuentibus prouisum esset. Magis Papebrochio fauere posset Bulla eiusdem Innocentj; quæ incipit, *Cum dilecti filij*, & refertur à Sanuico cap. 4. & habetur in registro secundi anni sui Pontificatus; cum per illam mandet Christi fidelibus, vt Carmelitis de Terra Sancta propter Paganorum incursus venientibus prouideatur, *de opportunis locis in quibus possint securè famulari Domino*. Sed neque hoc probat Carmelitas non habuisse tunc temporis in Europa Conuentus. Etenim, quod à toto Galliæ Regno anno 1594. Iesuitæ fuerint expulsi, refert *Henricus Dauila lib.* 14. *Historia sua*; & si postea reintromissi, ea de Causa, quam Virgilius Cepari Iesuita refert in Vita S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, *cap.* 31. cum enim Maria Medices anno 1600 Henrico IV. Galliarum Regi desponsata, abitum in Franciam muturaret, Virginem Magdalenam rogauit, vt sibi à Deo tres fauores impetraret;

à qua

à qua Virgo tres vicissim gratias postulauit: *la prima, che ella procurasse con la Maestà del Rè, che rimettesse nel suo Regno i Padri della Compagnia di Giesù; quibus*, inquit noster Patritius à S.Iacobo lib. 3. cap. 1. n.17. *vtrimq; stabilitis, & appromissis, S. Virgini simul, & Florentia vale dixit Regina:* Gratiam hanc non postulatura Carmelitana Virgo, si Societatis gloriam inuidis oculis aspexisset.

At Oldinus Iesuita tom. 4. de Vitis Pontificum in vita Clementis de Francisco Maria Taurusio Auenionensi Ecclesiæ anno 1592. Præfecto sic loquitur: *Eximia verò illius Caritas emicuit: cum pulsos à Gallia Societatis Iesu Patres excepit, cumque redditus annui non sufficerent, vasa excalato argento, & cubiculorum ornatum in id vendidit; & vt Tyrocinij Domum Clementis benignitas Ecclesiasticis prouentibus iuuaret, Elaborauit.* Sed quæso, cur dicitur, quod Taurusius pulsos è Gallia Patres Societatis Iesu excepit? adiecitit, oportunumque eis locum, qui alias ex reddituum defectu non fuisset opportunus, reddidit? an quia ante annum 1594. in Auenionensi Ciuitate non habitarent Iesuitæ? minimè quidem; nam idem Oldouinus in Vita Gregorij XIII. ad annum 1572. de Francisco Cardinali à Gioiosa agens scripserat: *quod Auenioni Moriens: Patribus Societatis Iesu Auenionensis Vrbis amplissimam Bibliothecam, ac sacrorum vasorum supellectilem, & quattuor millia aureorum dono dedit*: & Horatius Torsellinus de *Vita Francisci Borgiæ lib.* 3. *cap.* 9. sub anno 1568. inquit: *in Gallia conditum Auenione Collegium,* de quo Collegio noster Sebastianus Fantonus in Historia Auenionensi tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 10. *Il Collegio de' Padri della Compagnia di Giesù a'* 14. *Agosto* 1564. (non 1568. vt vult Tursellinus) *fù fondato, e dotato dalla Città, che comperò per loro habitatione il Palazzo detto della Mota; perche da principio fù del Card. Gailardo de Mola, altrimente Mota, Nipote per Sorella di Clemente V.... e loro assegnò vna pensione annua di quattrocento Scudi*

d'oro

d' oro; la quale Pio V. aumentò con altri cento Scudi d' oro assignati sù la Mensa Archiepiscopale.

Idem Auctor num. 13. *Il Nouitiato de' Padri Giesuiti incominciò in Auignone intorno all'anno 1586. magnificamente fondato, e dotato da Ludouica Anzesuna, nobilissima Dama della Casa de' Moderni Duchi di Caderossa. Alla bellezza dell' Edificio, si aggiunge l'ampiezza, e l'amenità de gl' Orti, ond' è de' luoghi più acconci, c' habbia la Compagnia per l' educatione de' suoi Nouizij.* Cur ergo ipsi Iesuitæ Socios è Gallia pulsos non exceperunt? quia scilicet habitatio, & redditus non sufficiebant, & pro veteribus, & pro de nouo aduenientibus Patribus, vnde necesse fuit vt Taurisius eos exciperet; ita & Pontifex, mandat Prælatis, vt de nouo aduenientes Carmelitas excipiant illisque prouideant; quando quidem Europæorum Carmelitarum redditus, & habitationes pro Carmelitis de nouo aduenientibus minime sufficerent.

Quarta Obiectio desumitur ex *Historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum*; ibi enim *num.* 229. quædam Papebrochius obijcit, quæ ad hanc formam redduci possunt; ex historicis, qui circa annum 1220. floruerunt, vix vllus tacet de Prædicatoribus, nullus loquitur de Carmelitis, ergo tunc Carmelitæ non erant in Occidente, ergo Instrumenta à Bona Spe in secunda Armamentarij parte num. 449. adducta, in quibus describuntur Antiquæ fundationes, & Conuentus Florentini sub anno 743. & Conuentus Senensis Florentino antiquioris, non probant Carmelitas ante annum 1238. in Occidente fuisse.

Respondeo tamen, quod sicuti Iacobus de Vitriaco siluit de Prædicatoribus, ita etiam siluit Ioannes de Ceccano in *Chronico Fossa Noua, & si perducto vsque ad annum* 1217. e contra vero de Carmelitis in Europa existentibus scripsere multi, & ante, & post annum 1220. Inter quos lib. 1. cap. 10. Marcus Polus qui Itineri suo, quod anno 1269. Incepe-

rat,

rat, anno 1295. finem imposuit. Multæque de illis extant memoriæ authenticæ; de quibus alio in Opere; in quo continuata ab antiquissimis sæculis vsque ad nostra, Ordinis successio demostrabitur; & vetustissimi, Coeuique Scriptores, & monumenta ab iniustis à Papebrochio maculis detergentur. Interim cum Papebrochius in annotatis ad Vitæ S. Angeli cap. 5. litt. H. scribat: *quæ hic, & deinceps Interpolator Siculus interiecit de Conuentibus Ordinis in Sicilia, atque Italia.. non est opus infirmare, donec definitum fuerit, authentica ne sit hæc Vita, an non, nam si authentica, nihil ambigendum erit de veritate pretense ijs in locis antiquitatis*: Et ex dictis, ac dicendis constet, nihil à Papebrochio adduci; per quod probetur hanc vitam non esse authenticam; ideò ambigendum non erit, quod in Europa anno 1219. Carmelita Conuentus habuerint, ad hocque probandum sufficiat nobis nostri huius historici auctoritas.

Addere tamen libet, quæ de Carmelitis scribit Martinus Ziller Lutheranus in *Tractatu Germanico de decem Circulis Imperij Romano-Germanici tit.* 7. in quo de Circulo Sueuico agit sub nomine Dinkelspril, ait enim: *Dinkelsprila Vetus, & libera Imperij Vrbs ad Wermiciam* (alluentis fluuij nomen est) *nomen, & Originem traxit à quadam Villa dicta Dinkelspril, & tribus speltaceis collibus... ad hanc Villam post modum Monasterium Carmelitarum ædificatum est, iuxta quod Ciuitas paulatim accreuit; quæ primo quidem circa annum Domini* 928. *simplicibus, tandem circa annum* 1126 *duplicibus Mœnibus circumdari cæpit*; en quod Hæretico teste Carmelitarum Monasterium, ante annum 928. in Europa extitit; imò tota teste Ciuitate Dinkelsprila, quæ constanti maiorum traditione Initium sui à Carmelitarũ Monasterio agnoscit; hoc intuitu, dum Ciuitas hæretica fieret, atque omnes Ordines expellerentur inde, nostri soli relicti sunt; Senatusque: Catholica pars de hac constanti maiorum suorum

tra-

traditione fidem authenticam trasmisit, quam debimus alio in opere.

Cæterum cum Horatius Torsellinus de Xauerij Vita lib. 1. cap. 4. referat, quod Xauerius anno 1537. Venetias contenderit ad Ignatium, qui eo certis de causis antecesserat: cap 5. D. D. Ignatij, & Xauerij, aliorumque Sociorum Consilium referens, hæc habet: *Placuit igitur dum se vis hyemis frangeret, Venetijs quasi tyrocinium futuræ militiæ ponere. Ergo Patribus publica Valetudinaria, tamquam Prouincias inter se comparantibus, Franciscus Ægrorum insanabilium curationem, optatam sui Victoriæ materiam, sibi ipsi depoposcit; nec minore animi ardore eam prouinciam gessit, quam expetiuit... gerabantur hæc in luce Celeberrimi Valetudinarij, in oculis clarissimæ Ciuitatis, tam insolita alacritate, & lætitia, ut multis ad noua rei famam concurrentibus, spetacula Franciscus esset, non Deo solum, & Angelis, sed etiam hominibus, vtique cum eius in affectos sedulitas B. Rochi (cuius nomen ab eximia huius generis benignitate, Venetijs celeberrimum est) iucundissimam renouaret memoriam.*


De Xauerio tamen, aut eius præclaris Operibus Paulus Paruta Venetus circa annum 1588. natus, in historia Veneta nec ad annum 1537. nec sub proximè, aut antecedentibus, aut sequentibus annis vllam, quam ego aduerterim, memoriam fecit; nec de Iesuitis verbum vllum scripsit, ac si numquam fuissent, quid inde ergo? an per hoc concludemus, nec Xauerium, nec Iesuitas sæculo decimo quinto Venetijs fuisse; & si quæ habent de rebus in Venetiarum Vrbe gestis monumenta, illa esse fictitia, suppositiaque?

Quod autem addit, quod Iacobus de Vitriaco scribebat circa annum 1220. cum adhuc ipsorum Prædicatorum nomen ignotum ferè esset Belgio: volens inferre, mirum non esse, si Iacobus de illis scripserit nihil: illi soli suadere poterit, qui nesciat Prædicatorum Ordinem, vel ab ipsis incunabulis

bulis, clarissimum extitisse. Etenim Horatius Torsellinus lib. 1. cap. 7. de vita Xauerij scripsit: *inter hæ Patrum consultationibus, decretisque Societas Iesu in Religionis formam redacta: nec Domi solum ipsa fundari capta est; verum etiam virtus eius, atque industria probari foris, adeò vt Ignatij Sociorum nomen vltimas quoque terras peruaderet; Deo nouam gentem dissiminare toto Orbe terrarum parante. Cap. 8. addit. Nondum erat Societas Iesu Pontificis maximi auctoritate confirmata, cum Ioannem Lusitania, Regem, hoc nomine tertium, Ignatij, & Sociorum eius fama perpulit, vt aliquot, ex eis à Pontifice, & ab Ignatio per Petrum Mascharenam Legatum suum postularet.* At Societati tunc Collegium nullum, confirmatio à Pontifice nulla, sociorum numerus per quem exiguus; nam decem ad summum: Societatis tamen fama tanta erat, vt vltimas quoque terras peruaderet. At è contra circa annum 1220. Prædicatorum Ordo confirmatus, diffusus, Sanctimonia Vitæ, & Vbertate doctrinæ præclarissimus; & sui Capitis stupendissimis operibus famosissimus; hinc Andreas Hoïus in Vita Iacobi de Vitriaco, ipsius Iacobi de Dominico, ac Prædicatoribus silentium, ad famæ defectum, quæ ad Auctoris aures non peruenerit, non est ausus referre; maximè, cum D. Dominicus ab Innocentio tertio aduersus Albigenses missus; *primus Inquisitoris munus, summa cum laude gesserit*, vt inquit Famianus Strada Iesuita de *Bello Belgico Dec. prim. lib. 2. pag. 79.* sed veluti silentij, ac taciturnitatis causam ignorans, in admirationem rapitur: inquit enim: *qua autem causa, cur Beati Dominici, qui in Tolosatibus, Prouincia Narbonensi, Hispania, & Italia, maximè fama celebritate, ea tempestate erat nobilis, & Abligeorum, non tam armorum vi, quam Sermonis efficacia domitor, atque adeò Ordinis eo auspice, & Auctore fundati, nulla à Vitriaco, vt Beati Francisci, quem vidisse se refert, & Cæterorum, non fiat in Occidua historia mentio, acutioribus indicandum relinquo*; & in addictionibus

 eius-

eiusdem inquit: *Ordo Prædicatorum... ab Honorio III. anno 1216. confirmatus: cuius nullam fieri mentionem ab Auctore Syncrono est cur miremur.* Et quidem si Societatis vix ortæ fama vltimas peruasit terras; nunquid Prædicatoribus initium minus clarum, siue Sanctitatem, siuè doctrinam, siuè omnigenam virtutem spectare volueris? an non Tolosani Belli, in quo tam alte Dominici refulgebat virtus, sola sufficiebat fama, vt Prædicatorum nomen vltimas quoque terras peruaderet? atque adeò ad Iacobi perueniret aures, etiam solitariam in Brabantia Gallicana Vitam agentis? sed quid plura? non à Papebrochius ipse in Patriarcharum Ierosolymitanorum historia Chronologica num. 128. de Prædicatorum Ordine scribit: quod: *cum isto surrexerat, nec poterat ignotus fuisse Iacobo*; si non poterat fuisse ignotus? At fac Prædicatorum nomen tunc temporis in Brabantia Gallicana ferè ignotum, nunquid Iacobus de Vitriaco solitariam semper in Brabantia Gallicana Vitam egeret? certe anno 1218. non in Brabantia, sed in Narbonensi Prouincia, vbi absque dubio Dominici fama vigebat, traduxerat tempus, & quod Caput est non infima pars fuerat Tolosani Belli, vt apud *Angelum Marinquez tom. 4. annal. Cistercienses ad annum 1217. pag. 103. col. 2.* testatur Coeuus Auctor. Nihil ergo scripsit; quia noluit; & quia noluit; ideò in eius Ierosolymitana historia, nec Alberti Legislatoris nostri legitur nomen, vt vidimus dub. 2. circa cap. 2. ex ipsomet Papebrochio.



DY-

DVBIVM II.

De quibusdam in Sicilia Conuentibus, qui ante Solemnem Ordinis migrationem ibidem extitisse dicuntur an. 1219.

LIcet ad Vitam S. Angeli, quam defendendam suscepimus, nihil referat, quidque de horum Conuentuum Antiquitate in Sicilia statuatur, cum ex illis nullus in eadem nominetur Vita; quia tamen Papebrochius in Appendice secunda ad Vitam D. Angeli num. 12. horum Conuentuum occasione, nostrum Lezanam sugillat tanquam eum, qui annales suos *bona fide*; *sed exiguo iudicio*, conscripserit; ideò videndum quid noui, à Lezana ignoratum, afferat Papebrochius. Igitur de Leontino in Insula Siciliæ Conuentu noster *Lezana tom.* 3. *annal. ad annum Christi* 827. *num.* 4. loquens inquit, quod de illo extat Celebre Antiquitatis Monumentum, authentico quodam Instrumento exaratum. Cæterum quia vetustissimo illi Monumento, seù Picturæ, supposita scriptura, sic exposita fuit: *Die decima quinta Februarÿ*, *vndecima Indictione*, 837. eam dupliciter Papebrochius impugnat; & primo ratione Indictionis, secundo ratione numeri; quo ad Indictionem duo ait: primum est, quod Indictio *vndecima* non corresfpondet anno 837. sed Indictio *decima quinta*: secundum quod huius modi error non est Scriptorius; ratio eius est; quia Indictionis numerus est ad longum expressus.

Sed quoad Indictionem, præter dicta in Superiori dubio, quæ huic difficultati soluēdæ satis superq; sufficiunt; sciendum est, quod Papebrochius ad *diem* 2. *Aprilis in Actis S. Francisci de Paula*, de Processu Calabrico agens *cap.* 2. 28. refert, qualiter Beatus Franciscus dixit cuidam Sacerdoti, dicite viro, & vxori, quod reperient ficum quandam habentem in

vertice geminas ficus; *vnam albam, alteram verò nigram; albam comedat Maritus, nigram verò vxor*: at Sacerdos verborum ordinem mutans, vt aduertit Papebrochius in annotatis ad illud Caput littera Z. dixit illis: inuenietis ficum frondosam, in cuius vertice sunt duæ ficus: *altera nigra, altera verò alba; nigram tu Marite, albam verò tu vxor comedetis*. Ità potuit contingere in casu nostro; vnde nullo Verbo addito, nullo dempto, sola verborum transpositione habetur Indictio correspondens anno 837. Vbi igitur scriptum est: *Die decima quinta Februarij, vndecima Indictione*: 837. scribe: *Die vndecima Februarij, decima quinta Indictione*: 837. quod postea addit, quod ille error non est Scriptorius, quia numerus est ad longum expressus; in *Sanctorum Actis ad diem 28. Aprilis in commentario prævio de S. Marco q. 2. num. 9.* notat, quod in Chronico Atinensi scribitur ad longum, quod Leo Atinensis Episcopus *Sedit annis viginti octo*, cum tamen *sederint triginta octo annis*; & tamen errorem hunc Scriptorium putat, alioqui Chronicam illam damnaret tanquam fictitiam; adde, quod, in nostro Casu nullus est in numero error, sed sola verborum traspositio.

Quo autem ad Zifras inquit Papebrochius: *iam alibi dictum est, & fusius demonstrabitur in tractatu ad tertium tom. præliminari, vsum Cifrarum, quales in tecto illo conspiciuntur, non innotuisse Europæ nostræ, nisi post Alphonsinas Tabulas in Hispania conditas, editasque post annum* 1205.

Sed huic iam Papebrochio contra nostra antiquissima monumenta familiarissimæ obiectioni, ad quamque tanquam adueluti vltimum refugium passim reccurrit; dupliciter respondere possumus, primò suppositione facta, secundò absolutè; peto igitur à Papebrochio, vnde sciat illum annorum numerum esse per Zifras in Originali expressum? an quia hoc affirmet Lezana? minimè, an quia Papebrochius illius Scripturæ Originale viderit? neque hoc supponit ergo, quod

sicut

ficut ille numerus fuit typis per Zifras expreffus; ita & in originali, quod ergo licet Papebrochio, licebit & nobis, fcilicet fupponere tot diplomatũ, apud Vghellum antiquiffimas datas, quoad annorum numerum, ficuti in editis ità in Originalibus manufcriptis, per Zifras exprimi, hac facta fuppofitione fic difcurro; apud Vghellum tom. 3. Italiæ Sacræ col. 672. fub diplomate Rachis Regis: legitur: *datum idibus Maij anno Incarnationis Domini* 742. *Indictione decima anno Regni Sereniffimi Rachis tertio. Actum Ciuitatis Clufinæ in Dei nomine feliciter. Clufium autem eft in Hetruria*: ergo ante annum 837. atque adeò ante bella facra erat vfus numerorum Arabicorum notus Europæis, hac eadem fuppofitione, Papebrochij veftigia premens proceffit in fecunda parte fui Armamentarij num. 641. 644. nofter Bonafpei; vndè nulla fuit occafio Papebrochio, ità exultandi *ad diem* 11. *Maij in Vita B. Aloyfij Rabbata* de repreffa circa Zifras triumphatoris *Iactantia*; cum potius argumenti à triumphatore conftructi vim non intelligens, contra fe ipfum loquatur; nam fi in diplomatibus ab Vghello adductis litteræ numerariæ in Originalibus repertæ in Arabicas Cifras mutatæ fuerunt; iam ruit fuppofitio, quod ex Zyfris editis debeant argui Zyfræ in manufcriptis videns ergo Papebrochius in Lezana fub diplomatibus, vel inftromentis antiquiffimis Zifras; Summa, quam in iftis rebus profitetur, experientia, exigebat, vt cogitaret effe poffe, quod Originalibus non Zifræ, fed litteræ numerariæ reperirentur.

Refpondeo fecundò, Cifrarum vfum longè ante annum 1200. Europæ noftræ innotuiffe, vt diuerfis exemplis in huius Operis fine oftenditur.

Rurfus Lezana tom. 3. ad annum 1118 num. 10. ait: *congruit huic tempori anno fcilicet* 1118. *vel circiter prima Erectio Conuentus noftri Maioris Panormi, Vrbis inclytæ Regni Siciliæ, prò quo extant duo antiquitatis Monumenta Alterum eft in-*

inscriptio quadam trabi tecti eiusdem Monasterij Ecclesia posita sub his numeris grandiori Charactere Sculptis 1118. *alterum inscriptio altera cuidam Sepulchro Eiusdem Ecclesia adiuncta sub his* 1121. *qua duo simul collata arguunt sub eo anno* 1118. *eam erectam, vel fundatam fuisse; & anno* 1121. *aliquem defunctu eo loco conditum.*

Papebrochius loc. cit. num. 13. Lezanam circa prædicta impugnans, sic scribit: *vt enim in his nulla fraus subsit; ad summum probatur, prius fundatam fuisse Ecclesiam istam; non autem in ea fuisse Carmelitis; non magis certè quam si ea inueniretur in Ecclesia anno* 1212. *fundari Pataüij capta, vt ait Lezana, & Monialibus sub titulo Purificationis concessa, ac tandem* 1300. *tradita Carmelitis.*

Respondeo tamen, quod ex illis duo probantur, primum est, quod Ecclesia fuit ædificata saltem anno 1118. Secundum est, quod anno 1121. Diuina in ea Celebebantur Vfficia, atque adeò quod alicui, vel quibusdam tradita erat, vt Diuinus in ea cultus exerceretur; sed quod alijs quam è Carmelitis tradita fuerit, non extat memoria, sicut extat de Ecclesia anno 1212. Pataüij fondata: vnde vt refert Lezana tom. 4. ad an. 1220. num. 6. Rocchus Pyrrhus Ecclesiarum Siciliæ diligentissimus historicus in litteris ad Generalem Stratium sub anno 1637. Missis, fatetur sub anno 1118. Carmelitas Fratres, & Moniales Panormi Sedem habuisse, ergo *exiguo indicio*, sed satis fundatè scripsit Lezana: *Congruit huic tempori, scilicet anno* 1118. *vel circiter prima erectio Conuentus nostri Panormi.*

Scribit quidem Papebrochius num. 16. *idem Pyrrhus in litteris ad Generalem Stratium datis an.* 1627. agnoscit Carmelitas Fratres, & Moniales Panormi Sedem habuisse sub tempore anni 1108. *Sed hanc suam opinionem in mera fundari coniectura, haud obscura significauit per alias litteras, eodem anno datas, quibus scribit Adelasiam Hierosolymitanam Reginam:*

nam: *reuersam* à Hierosolymis in Siciliam aliquos secum Religiosos portasse, & vt creditur, etiam Carmelitanos non nullos, ipsisque fundasse Panormi Domum, aliamque Messanæ. *Florebat tunc Hierosolymis, indeque per Europam dispersa est Religio, seu Congregatio Canonicorum Regularium S. Sepulchri, huius Professores in Siciliam traductos ab Adelasia crediderim, de Carmelitis, quod additur (credi) non debet supponi verè credi, donec probetur habere aliud fundamentum, quam ipsorummet Carmelitarum, proprias Origines Ignorantium, easque antiquissimas cupientium diuinationem gratuitam.*

Respondeo tamen, quod Pirrus in primis litteris anno (1627. vt male Papebrochius; si quidem tunc temporis nullus erat Generalis Stracius) sed anno 1637. datis affirmat, quod Carmelitæ anno 1118. Sedem habuere Panormi; prò que suo assertionis fundamento eadem potuit habere Monumenta, de quibus Lezana loquitur. In alijs postea datis littetis, Inquirens qua occasione, quouemodo Carmelitæ Panorinum venerint, per conie&uram, famamque hac de re posteris relictam, procedit, aitque Adelasiam, &c. Magis ad rem arguisset Papebrochius, si adduxisset, quod scribitur cap. 22. Vitæ S. Angeli scilicet quod anno 1220. Panormi *nondum Domus Carmelitica professionis esset*. Cui tamen difficultati sufficienter occurrit Lezana tom. 4. an. ad an. 1220. num. 6. Augustinus Inuiges in Annal. Panorm. *part. 2. cap. 3. Apparatus num.* 6. de Conuentu nostro Panormi sic loquitur. *Il Carmine hà la fondatione, si come antichissima, così oscurissima; e per quello, che dalle scritture publiche, e dal millesimo scritto nel tetto dell' istessa Chiesa s' argomenta questo Conuento fù fondato prima dell' anno* 1118.

Rursus Lezana tom. 4. annal. ad annum 1185. num. 3. sic habet: *Conuentus Ciuitatis Soteræ Diœcesis Agrigentinæ in Regno Siciliæ sub Vrbano tertio Romano Pontifice erectus compro-*

probatur in relatione eius Conuentus ad Innocentium Decimum Papam proposita, ex nonnullis vetustatis vestigijs, quæ in ipso cernuntur: ac maximè ex inscriptione: quæ habetur in Pixide vbi Sanctissimum Christi Corpus asseruatur; quæ est. Tempore Vrbani III.

Papebrochius, & hæc censurans, inquit: *licet enim Vrbanus tertius vita functus sit anno* 1187. *hoc tamen ipsis non magis prodest, quam alicui heri creato nobili, ad Auitam* Stirpis *suæ claritatem probandam, gladium Caroli V. emisse, vel accepisse donatum.*

Respondeo, quod sicuti Paritas inter Ecclesiam Panormitanam, & Patauinam minimè subsistit, ita & paritas inter Pixidem, & gladium, cum in gladio astruatur mutatio Domini; de Pixide verò in Relatione ad Innocentium supponatur, quod semper, sub Carmelitanorum Dominio manserit, nec de opposito constet.

Sequitur Papebrochius num. 14. suam crisim sic: *Circa Drepanum anno* 1250. *concessam esse Carmelitis Ecclesiam Annunciationis, ex nostro Octauio Caetano, ac Publicis fundationis tabulis docet idem Lezana: sed ea ætate non contentus, vult ipsos prius in Vrbe possidisse Ecclesiam* S. *Mariæ de* Partu, *nullo alio fundamento, quam quod ex hac in illam translata sit Celebris quædam Deiparæ Statuam quasi consequens sit Carmelitas, ibi antea habitantes, anno* 1230. *excepisse appulsam illuc Miraculosam Imaginem, & postea simul cum illa migrasse.*

Respondeo, quod Lezana tom. 4. annal. ad annum 1230. duo affirmat; primum est num. 6. constare, scilicet, *Authenticis Instrumentis sub hoc anno* 1230. *pretiosissimam illam nostræ Religionis Gemmam Imaginem, videlicet B. Virginis, vulgo Madonna di Trapani, nuncupatam, à nostris Religiosis obtineri*. Secundum est num. 11. scilicèt, *quod quamuis annus certus, quo nostri primum è Carmelo, vel alijs Siciliæ locis Drepanum aduenerint, non reperiatur, haud tamen ambigitur, quin*

sub

sub hoc tempore in ea Vrbe Mansionem habuerint, vel in Ecclesia B. Virginis de Partu nuncupata, prout diximus sub anno 1200. *vel in alio. Iuxta Ciuitatem deserto loco, prout nostris tunc temporis moris erat.* Ad annum verò 1250. num. 11. inquit: *memorandum tamen hoc tempore est celebre, & regale nostrum Drepanitanum sub titulo Sanctissima Annunciata Cænobium, quod hoc anno, qui natalitius fuit S. Alberti ipsius Incola, à nostri habitari captum dicatur, prout Roccus Pyrrhus in notitia Ecclesia Mazariensis loquens de Drapani Vrbe num.* 16. *scribit; esto ex quondam Manuscripto antiquo dicat haberi anno* 1224. *id contigisse*, quæ quam sit diuersa ab ijs, quæ Lezana à Papebrochio tribuuntur, videt Lector.

At quoniam de Conuentibus in Insula Siciliæ iam diù existentibus sermo incidit, de Brundusino Conuentu, qui licèt non Siculus; Siciliæ tamen, aliquid debet, aliqua referam, desumpta ex Opere, cui titulus: *Memoria Historica della Città di Brindisi del Padre Maestro Andrea della Monaca Carmelitano. Libro* enim 3. *cap.* 10. *pag.* 378. hec habet: *Ritornando dunque all' historia Brundusina ... nell' anno mille duecento, ventuno sè, che vi capitasse il suo Seruo Angelo sopranominato. Non si sà se sia venuto à drittura à sbarcare in Brindisi, per passare in Roma; ò che partendo da Roma sia sceso in questa Regione per visitare, e consolare i suoi figli, che stauano alquanto afflitti, per esser soli in queste parti, il che è probabile, per hauer fondato nell' istesso passaggio il Conuento della Grotta Minarda, che s' incontra per strada da chi viaggia dal Paese Salentino, per Napoli ... diede l' vltima mano al suo Monasterio del Carmine, del quale più ragioneuolmente chiamar si deue Fondatore, che Restauratore, essendo prima vn' imperfetto Embrione, accrescendolo non solo di Religiosi, mà anco d' entrate, di fabriche, e commodità; e trà l' altre degne memorie, che di lui rimasero, vi è vn Fonte d' acque dolcissime, cauato con le proprie mani dal Santo per commodità de' Religiosi, che sino ad hoggi la Fontana di*

S. Angelo Martire si domanda, le cui acque sono per Intercessione del Santo salutifere, à chi deuotamente ne beue. Hæc ille; qui tamen quo ad annum corrigendus est; ita tamen, vt errorem non Auctoris, sed Calami fuisse dicamus; cum Vita Diui Angeli ab Enoch Patriarcha scripta, ignota illi nequaquam fuerit.

Interim videatur Andreas Matthiolus in Dioscoridem *lib. 4. cap. 79.* legatur etiam secunda Præfatio ad Opus illud, cui titulus: *Errori de' Saui di Monsignor Marauiglia*; & eo in Opere illud Caput; *Errori de' Saui, che scriuono per publicare i diffetti altrui*; & ample habebit, quo retundat Papebrochianum illud in Lezanam parum modestè iactatum, *bona fide, sed exiguo indicio.* Nobis enim sufficiet Papebrochianę Censuræ opponere Caramuelis Elogium, quo vir tantus Lezanam in sua *Fundamentali Theologia pag. 11. & 12.* amplissime celebrat.

DVBIVM III.

An Carmelitæ proprias ignorent Origines?

AFfirmat Papebrochius in Appendice 2. num. 16. vt vidimus dubio antecedenti immo Carmelitarum veluti ignorantiam miseratus Originem nostram nos docere voluit tom. 1. Aprilis die 8. de S. Alberto num. 46 vt potè ab eo repertam, apud *irrefragabilem, & oculatum testem Ioannem Sacerdotem Potentissimi Phoca filium Mathai Monachi, exercentis se in Insula Patmo, qui vidit Sancta Loca anno 1185. hic enim in breui quadam relatione Locorum Terræ Sanctæ, inter cætera hæc habet. Subsequitur Mons Carmelus, de quo in Veteri recentiorique scriptura plurimus sermo est. Iugatus Mons, ab ipso Maris sinu, qui circa Ptolomaidem, & Caipham incuruatur, initium ducens, & ad Galilea fines perueniens. In extrema*

ma parte iugi, qua Mare respicit, Propheta Eliæ Spelunca spectatur, in qua Angelicam Vitæ rationem, cum exigisset mirificus ille Vir, in aera sublatus est. Erat eo loci antiquitus Monasterium magnum, vt structurarum vestigia ad hæc vsque tempora commostrant: sed illud tempore, quod omnia in senium impellit, & gentium varijs incursionibus abolitum penitus. Verum ante aliquot annos quidam Monachus, dignitate Sacerdos, Capillicio Albus, e Calabria Oriundus, ex Propheta reuelatione in Montem appellens, ea loca, Monasterij nempè reliquias, vallo perparuo cinxit, & turri ædificata, temploque non ingenti extructo, Fratribusque fermè decem Collectis, etiam num Sanctum illum ambitum colit.

Ex quibus verbis Papebrochius quatuor colligit propositiones, prima est; quod Sacerdos ille, de quo loquitur Ioannes Phocæ, erat Bertholdus primus Carmelita. Secunda est, quod iste Bertholdus fuit Carmelitarum Fundator. Tertia est, quod anno 1185. Carmelitæ non erant plusquam decem vltra Bertholdum. Quarta est, quod si Carmelitæ dicebant se prouenire ab Elia, hoc erat, quia Bertholdus Ordinis Fundator ex reuelatione Eliæ Prophetæ in Carmelum Montem appulsus est. Cum igitur Carmelitanæ historiæ initium, in Bertholdo primo faciat; hic consequenter concludit Carmelitas proprias ignorare Origines.

Cæterum Iustus Camus in libro, cui titulus, *Nouus Ismael* pag. 51. de Iesuitarum origine, tanquā ipsis Socijs ignota sic loquitur. *Iesuitas docere volo omnes exordia Societatis, hactenus nulli nota, vt puto, Socio; & quidem vlla sine contradictione ... ignotus illis primus sui Instituti locus, quem notum omnibus cupio; & hisce faciam, vt discant ipsi non nimis curiosè aliena inquirere Venerandæ Antiquitatis exordia, qui tam aperte conuincuntur hallucinari circa propria ... sine paradoxo rem totam pando, e Thesauro Veritatis haustam. Libro quippe hic est titulus; quidem Gallius, sed dedicatoria ad Pontificem est Latina.*

Titu-

Le Thresor, & entiere Histoire de la triomphante Victoire du Corps de Dieu Sur l'esprit maling Beelzebub, obtenuë à Laon l'An mil cinq cens Soixante six.

AV SALVT DE TOVS

A' Nostre Saint Pere le Pape

GREGOIRE XIII.

Par Iean Buolese Prebstre, Professur de Saintes Lettres Hebraiques; Pauure perpetuel du Collegé de Montagù.

A PARIS,
Chez Nicolas de Chesnau, Ruë Saint Iacques
Au Chesne Verd.
MDLXXVIII.

Igitur foglio nono huius libri ad Marginem est hæc annotatio: *Origo Sacerdotum Societatis Iesu à Collegio Montis Acuti;* In textu autem Coæuus ille Auctor sic ad rem loquitur. *In quem finem sanè lector, Sacerdotes illos, qui nomine Societatis Iesu appellantur, multum iam per vniuersum ferè Orbem effecisse. Sed mihi molestum est, quod indè duxerunt Originem, & hoc effecerunt homines lateat. Nam reuera duxerunt suæ pietatis, & doctrinæ Originem in nostra huius Collegij Montis Acuti Communitate Pauperum, à Bono Patre nostro Standok, siuè Standone restaurata, ex qua eius, & Statutorum Causantes austeritatem, ægre ferentesque; vt dicebant, Fundatorum intentionem non seruari, egressi sunt vno die quattordicim primariæ pietatis, & doctrinæ Viri, Statuta, & Bulla nostram secum de-*

deferentes . . . . & hinc nomen Societatis Iesu triplici ratione acceperunt; prima quidem ab ethimologia Sacrosancti Nominis Iesu, ideft Saluatoris, qui finis eft Statutorum noftrorum vltimus, ftatim in eorum Statutorum Prologo his Verbis manifeftè demonftratus: Quatenus Bona confcientia teftimonio, & probata per vitam Litteratura, accincti fideles Dei, ad faluandas paffim pereuntes animas Deo cooperatores fiant. Altera verò ab eodem Sacrofancto Nomine Iefus; cum armis Paffionis fuperpofito Atrio inferioris noftri Sacelli, vt etiam videtur, in foribus interioribus Domus. Tertia autem, quod fecundum Statuta Collegium fit imitationis Chrifti ... quid quid itaque Cognitionis Dei, & obedientiæ tuæ Sanctitati in Orbe nouo, & alibi patratum eft à Sacerdotibus Societatis Nominis Iefus, reuera principium fumpfit inter pauperes tui pauperrimi Collegij Montis Acuti ... vnde egreffi funt Primi illorum, qui efficiunt Societatem Nominis Iefus.

Ex his fic infert Camus: quid ais, Pater Carmelita? Nonne hinc clarius deduci poffet Hæreditaria Iefuitarum à bono Patre Standok, fiuè Standone fucceffio, quam veftra, de qua gloriamini, ab Elia? gloriari Iure maiori boni Patres poffunt; habent enim hæreditariam à loco, à nomine, à Bulla, à Statutis, à fine, &c. fucceffionem Standonicam.

Modo fcire vellem, an Ioannis Boulefe adducta auctoritas fufficiat Iufto Camo, vt contra Pontificum auctoritatem, religionis Iefuitricæ traditionem. Hiftoricorum Societatis confenfum probetur, quod Iefuitæ à Standone fuam habuerint Originem, an non? Nam fi primum; ergo & Iefuitæ fuas ignorant Originem; de que fuis Originibus fabulas fcripferunt. Hoc autem quis affirmet? non ego certe; qui eà, qua par eft, veneratione, Societatem profequor. Si non; ergo multo minus fufficiet Papebrochio, auctoritas Ioannis Phocæ, vt contra Pontificum auctoritatem, religionis Carmelitanæ traditionem, hiftoricorumque eius confenfum,

pro-

probetur, quod Carmelitæ à Bertholdo suam debeant agnoscere Originem.

Consequentiæ bonitatem ostendo primo; nam de Standone à Ioanne Boulesè fit expressa mentio; at Ioannes Phocæ non solum non loquitur expresse de Bertholdo; sed neque de Bertholdo verba eius possunt intelligi; licet Papebrochius in *historia Chronologica Patriarcharum Ierosolymitanorum dicat num.* 209. quod Sacerdos ille, de quo Ioannes loquitur: *Bertholdus fuit, nominatim quidem à Ioanne Phoca non expressus, ita tamen clarè descriptus, vt nequeant de alio verba eius intelligi*. Et num. 206. *quem esse Bertholdum primum Carmelitarum Priorem, neque Pater Daniel, neque discipulorum eius quisquam negare ausit*. Cum tamen Pater Daniel, in *Speculo Carmelitano num.* 3273. Et Danielis Discipulus Valentinus à S. Amando in *Prodromo art.* 5. §. 1. non solum negent; sed & negationi addant efficax rationum pondus.

Et certe, quod non loquatur de Bertholdo colligimus primo, quia Bertholdus non erat Calaber; sed Gallus; si petas vnde sciamus fuisse Gallum? respondemus, ex *Epistola D. Cyrilli Auctoris Coæui ad Eusebium Montis Neroi Eremitam cap.* 4. Verum si quis petat à Papebrochio, vnde sciat, quod loquendo Ioannes Phocæ de illo Sacerdote, de Bertholdo loquatur; respondere posset, quia de illo inquit; quod esset: *è Calabria Oriundus*. Sed si quis rursus petat; vnde sciuit, quod S. Bertholdus esset è Calabria Oriundus, vt concludere possit quod Ioannes Phocæ loquendo de homine è Calabria Oriundo, de Bertholdo loquatur; sileat necesse est; neque enim habet Auctorem, qui hoc dicat: Rursus dicimus, quod non loquitur de Bertholdo, quia Bertholdus non *ante aliquot*, sed *ante multos annos* appulerat in Carmelo, cum anno 1141. factus fuerit Generalis vt ex D. Cyrillo cap. 4. dictæ Epistolæ docet Lez. *tom.* 4. *Annal. ad annum* 1141. & Daniel noster in *Vinea Carmeli part.* 1. *num.* 22. At si quis

petat

petat à Papebrochio, vnde sciat, quod annos aliquot ante annum 1185. B. Bertholdus Carmelum accesserat, vt inde concludere possit, quod Ioannes Phocæ loquatur de Bertholdo; conticescat, necesse est; quia Auctorem non habet, qui hoc scribat. Rursus dicimus, quod non loquitur de Bertholdo: quia Bertholdus non ex reuelatione alicuius Prophetæ, sed ex voto, vt apud Lez. *tom.* 3. *ann. ad an.* 1088. *num.* 9. ex nostris Antiquissimis Auctoribus traditur, ad Carmelum accessit. At si quis petat à Papebrochio, vnde sciat quod Bertholdus ex reuelatione Prophetæ in Montem secessit, vt inde colligere valeat, quod Ioannes Phocæ reuelationem illam memorans, de Bertholdo loquitur, sileat necesse erit, cum Auctor nullus reuelationem scripserit S. Bertholdo factam.

Denique more suo negatiuum argumentum conficere posset sic. Tunc temporis in Carmelo alij Religiosi non erant, quam quos refert Ioannes Phocæ; ergo aut asserendum est, quod illi erant Carmelitæ, aut, quod in Monte Carmelo non erant Carmelitæ. Antecedens probatur; quia si alia Monasteria, si alij Religiosi fuissent, de illis Ioannes mentionem fecisset; Sed hoc Argumentum nihil valere ostendam modo.

Igitur noster Vincentius Maria à S. Catharina in opere, cui titulus. *Viaggio all' Indie Orientali*, *lib.* 1. *cap.* 9. sic ad rem: *frà le più gloriose memorie, che la Siria conserua dell'antica Santità del Christianesimo, senza dubio la principale è il Deserto, il quale se bene si nomina vno, è però diuiso in più parti, totalmente distinte,... due sono le principali, vna, che giace ad Oriente della Città di Antiochia, l'altro à mezzo Giorno, ambidue frà le montagne.. il primo hà qualche maggior comodità, il secondo è tutto horrido, è per ciò anco riuerito per il più Santo, il più celebre, e degno di maggior stima... trouandomi dunque in Aleppo senza occupatione, spronato dall' inuito d' altri*

tri Religiosi, risolti di non perdere questa occasione, di visitarlo ... salendo per vn monticello assai fertile, ci trouamo al principio d'vn' horridissima Valle, nella quale si stende la tanto celebre, e desiderata solitudine. due Corone di monti asprissimi, spogliati d'ogni Pianta, e d'ogni verdura, la spalleggiano; ne altro per molte miglia si vede, che nudi sassi, che Romitorij, e Conuenti dispersi per le balze ... alla vista di vn luogo tanto sacro, pieno d'habitationi Religiose, le Mure delle quali si mantengono tuttauia in piedi la maggior parte, non potemo contenersi di non tributarli qualche lagrima di deuotione... il sito non puol esser più deserto di quello lo formano le nudi, & aspri Rupi, la moltitudine de gl'edifitij, che hora si vedano dispersi, lo rendeua di modo habitato, che poco più gli si addattaua il nome.... Alcuni di questi Conuenti sono grandissimi.. trouandosi in quelli capacità per molti centinaia di Religiosi. li maggiori haueuano molti altri più picoli, & Romitaggi particolari subordinati vicini...caminando ... giungemo ad vna rupe piana, la quale porgendosi frà due Vallati, à vista d'vn amenissima pianura, sostiene il tanto celebre, e sontuosissimo Monastero di S. Simone Stilita; il quale per la grandezza, e magnificenza, poteua garreggiar, con ogni gran fabrica di Europa. S'incontra prima la Chiesa, la quale, come tutte l'altre de' Christiani Orientali, e posta à leuante, trecento palmi longa, ottanta larga ..., nel centro della quale, sotto vna cupola diroccata, stà situata la colonna, sopra la quale il prodigioso Santo visse.. al lato sinistro si troua il Chiostro del Conuento perfettamente quadrato; vniforme nel materiale con la Chiesa, senza che si possi scoprire calce, ò altra materia; nel mezzo stà drizzato vn gran sasso, à guisa d'vn mezzo pilastro, alto circa 13. palmi, proportionatamente largo; al quale dicano stesse alcuni anni il Santo voluntariamente imprigionato co i ferri.... Celebrata la Messa sul piedestallo della Colonna del Santo.. calando verso la Valle, che ci veniua in faccia, scoprimo vna raccolta sì numerosa di fab-

fabbriche grandi, che vi parena vna piccola Città.. giunti al fine della scesa.. scuoprendo meglio la qualità di quegli Edifitij, trouamo eßere vna multitudine di Conuenti vniti, ed vniformi, alli quali s'arriua per la parte occidentale... l'opera però è.. meno lauorata di quelle del sopradetto Monastero di S. Simone, *al quale, come à Capo principale, crede si rendeßero tutti questi obbedienza.*

Vnde sic vrgeo: esto desertum illud, & circum iacentes rupes, Monasterijs replerentur; si non aliò nomine, certè ob multitudinem celebrandis: tamen Ioannes Phocæ, vix, & imperfectè de Monasterio vno meminit; ergo licèt de vno solo Monasterio in Carmelo monte Mentionem fecerit, non indè colliges non alios ibi fuisse Conuentus; maximè cum ex Constantinopolitana Guntheri historia apud Henricum Canisium *tom. 5. Antiquarum lectionum* constet de tribus anno 1204. in Carmelo Monasterijs, latas possessiones habentibus; quæ intra annos 19. idest ab anno 1185. quo Ioannes Phocæ Carmelum visitauit, vsque ad annum 1204. fuisse de nouo constructa, adhuc Papebrochius non probauit; nec facile probabit, attentis, quæ de Carmelitis scribit ad diem 8. Aprilis, de S. Alberto, num. 48. vbi sic: *porrò cum eo tempore, qua Carmeliticam Eremum visitauit Ioannes, ibique Bertholdum, cum* Socijs *reperit, vsque ad tempus data regula, anni circiter* 24. *effluxerit, credibile est ad primum Carmelitarum denarium, factam esse intra illud spatium aliquam accessionem; non tamen tantam, quin ad huc, omnes facilè iuxta septum à Bertholdo extructum continerentur, & commune Cratrium eis sufficeret*; si enim non est credibile intra 24. annos nouum aliud Monasterium Ædificatum fuisse; minus credibile erit intra 19. tria noua Monasteria latas possessiones habentia, fuisse nouiter extructa. Immò si negatiuum Papebrochij argumentum, quo toties Carmelitanam oppugnat historiam; aliquid valet; fatendum est, quod Ioannes Pho-

cæ S. Simeonis Monasterium Carmelumque Montem vidit nunquam; quo pacto enim celebriora præcipuo stud.o Monasteria describens, quæ à Vincentio narrantur de Simeonis Monasterio, & scitu dignissima sunt silentio præteriret? aut quo spiritu ductus Opulentissima, atque adeò celeberrima Monasteria omittens, ad Carmelitanum Conuentum non opulentia, non magnitudine, non antiquitate temporis, non Religiosorum multitudine celebrem, perrexisset, & in solita illi curiositate, superioris Capillitium, & dignitatem notauisset; ætatem, & patriam quæ fuisset; Sociorum numerum, Vallum, & Turrim descripsisset, templi paruitatem, e Monasterij reliquias expressisset præcipuo studio, non celebriora Monasteria, sed vnum paruum Conuentum describens.

Sed assumptum prosequens, ostendo vlterius, quod multo minus valeat Ioannis Phocæ Auctoritas; etenim, quod Ioannes Boulesc sit Fabulosus Auctor, adhuc à Papebrochio non est ostensum; At quod relatio Ioannis Phocæ tot ad minus fabulas, quot paginas contineat, certissimum est; cum relatio illa vix tres paginas excedat. Igitur num. 2. de S. Simeone Stylita loquens, hæc inter cætera: *in medio Monasterij, inter excisos lapides sua spontè nata columna gradus appinxit; super petram, vt sacro eloquio traditur, pedibus firmatis*: modò audiamus Theodoretum Cyri Episcopum, qui de Simeone loquens in Pilotheo cap. 26. inquit: *ego eum sepe vidi... Machinatus est illam in Columna Stationem; primum quidem iubens Ædificari sex cubitorum, deinde duodecim, postea autem viginti duorum, nunc autem sex, & triginta*; quid igitur Ioannes Phocæ de Columna sua spontè nata? nonnè hæc fabulas inter computanda? sed prosequamur.

Bremond lib. 3. inter alia sic de Tyrò loquens: *à mezzo giorno della Città, trè miglia discosto, in vna bella Pianura, si trouano i Pozzi di Salomone*; 300. *passi lontani dal Mare, com-*

mune.

munemente sono chiamati i Pozzi di Rosalem, è sono Sorgenti inesausti, e stimo che la loro Origine sia da Monti vicini, elle corrono con empito tale, che vuolgono Ruote de Molini, hanno i Pozzi forma quadrata, di dieci passi in ogni faccia; l'acqua monta non solo fino alla sommità, mà sgorga fuori in grand' abbondanza; ella è leggiera, e perfettissima à beuere; e vi sono bagni per lauarsi, e bei siti di Giardini; quesi i Pozzi sono quattro, che si communicano l'vno all' altro; non si è potuto mai arriuare il fondo loro, per molta corda, che vi si è posta in opera; forse l'empito dell'acqua n'è causa; sono fabbricati con marauigliosa architettura di pietre quadre ben lauorate, e messe in opera con arte eccellente; l'acque de medesmi pria d'arriuare al Mare, bagnano per più di due miglia i luoghi vicini.

Audiuit aliquid, & Ioannes Phocæ de scaturiginibus istis; sed vera notitia destitutus, puteos quattuor in vnam commutauit fontem, dicens; vbi de Tyro loquitur: *Ad hac tempora fons ille, si verum fateri volumus, miraculum est videntibus.. diciturque esse profunditatis incapax; structura verò illius, figuraque hac est: Turri Octangula circumsepientes, qui primi fontem in eum prospectum redegerunt, in non mediocrem altitudinem illum excitarunt; eiusdemque angulorum extremitatibus ad modum Phiala accomodatis ad aquales pratorum altitudines in summitatibus fornicum sulcis excauatis depressam aquam in salientis speciem effundi procurarunt, qua cursu resonans, prata fontem ambientia, frequentibus irrigat fluentis.* At inquies: esse potest, quod alia res fons, de quo Ioannes, alia res putei, de quibus Bremond verum, & si vtriusque textus hanc responsionem ægrè admittant; hoc tamen dato; quod de re tam memoranda, simulque suo tempore patenti (illorum antiquitate ab hoc nomine *Pozzi di Salomone* nobis indicata) nihil scripserit, quam quæso causam reddes? quod nesciuerit? an quod noluerit? quid quid dicas, aut negatiui argumenti toties à Papebrochio vim præten-

ſam eneruat; aut Tyrum à Ioanne Phocæ viſum vnquam inficiari debemus.

Rurſus, de Vrbe, quæ Sebaſte, ſeù Samaria dicitur, ſic num. 12. inquit: *in media Ciuitate Carcer eſt, in quem (ſcilicet Præcurſor Domini) Capite imminutus fuit; ſupra Carcerem templum aſſurgit, & in eo Vrna duæ ex candido marmore exciſa, quarum dextra venerandi Præcurſoris Cineres, altera Eliſei Prophetæ Corpus continet; ſupraque in aureo vaſe siniſtra Præcurſoris manus, quaquauerſum, & ipſa auro obducta.* Hic dupliciter fabolatur. Primò, quo ad Cineres, & Reliquias Ioannis Baptiſtæ, cum hæc anno 389. Alexandriam fuerint translatæ, vt refert Ruffinus *lib. 2. cap. 28. & ex Ruffino Baronius ad annum* 389. & ad *diem 29. Auguſti Martyrologij Romani*, & in *Offitio tranſlationis Cinerum S. Ioannis Baptiſtæ* ſcribatur, quod anno 1095. Genuenſes eas repererunt Myræ. Secundo quo ad Corpus S. Eliſei; cum ex eodem Ruffino conſtet quod in Cineres fuit redactum, anno ſcilicet 389. vnde ad ſummum potuit eſſe ibi aliqua Corporis reliquia.

Numero 10. de Ciuitate Nazaret loquens, hæc inter Cætera. *Statim ac primam huius ingentis Oppidi portam ingreſſus fueris, Arcangeli Gabrielis templum offendes, & in pusilla circa læuam partem Altaris, quod in templo eſt, ſpelunca fons prælucidas aquas effundens erumpit, in quem Immaculatiſſima Deiparens à Sacerdotibus Iuſto Ioſepho concredita, dum ab eo ſeruatur, quotidie adueniens, aquatum veniebat. Sed à Concepto Præcurſore, menſe ſexto, cum pro more aquatum veniſſet; prima à Gabriele ſalutationem excepit, turbataque tota, timens in Edes Ioſeph regreditur, vbi Aue gratia plena ab Angelo audiuit; & Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum; illi reſpondit, & hinc Verbum Dei in ventre ſuo puriſsimo accepit: Domus Ioſeph poſtmodum in pulcherrimum templum immutata eſt, in cuius læua parte, prope altare*

tare Spelunca, non in terræ visceribus patens, sed superficie tenus hians; os candido marmore exornatur. Super, Pictoris industria, Angelus, aliis insistens, descendens ad matrem sine Marito, læto Nuntio salutat. Graui, grauiter lanifitio dedita accurrens, & figuratur quidem, ac si cum ea colloqueretur. Virgini insperato aspectu deterrita statimque horrore illo faciem alio auertenti, tantum non è manu purpura excidit; quæ tremens, forasque se è cubili proripiens, affini mulieri amicæque obuiam fit, eamque ex intimo animi affectu amplexibus fouet.

Audiatur modo quid de hac re dicat Iustinus Michiouensis *tom. 2. discursum supra Litanias Lauretanas, discurs. 22. pag. 45. num. 4. facescat Pictura illa, vtpotè ex Lutheri insano Capite orta, in qua exprimitur B. V. M. aquæ hydriam in manu gestans, hac, & illuc circumspiciens, vt insolitæ; ac nouæ vocis; Aue Gratia plena: Authorem cognosceret; hoc enim figmentum ex Iacobi* Protеuangelio *Lutherus accepit: qui inter deliria narrat, Mariam acceptam hydriam foras ad hauriendam aquam prodiisse, & tunc illi vocem allatam sonouisse: Aue gratia plena: & B. Virginem in dextram, & sinistram partem, vt vocis Auctorem cognosceret, circumspexisse: cum verò tremefacta Domum rediisset, ac hydriam deposuisset; tunc demum Angelum ei adstitisse, & legationem suam obiisse, sed Verba S. Euangelii hæc deliramenta extricant. Ingressus Angelus ad eam dixit Aue gratia plena, non ergo ex improuiso foris vagantem salutauit; sed intus solitariam inuenit: imò verò his verbis significatur Archangelum Gabrielem non venisse ad Virginem volando per tectum, vt quidam inepti dipingunt; sed verum per ostium ingressus est.* Quod ergo B. V. duas exceperit salutationes, non solum est falsum, sed est Euangelio contrarium; cum Virginem non extra, sed intra domum; non duabus, sed vna tantum vice salutatam ponat. Figmentum quoque Euangelio Contrarium, Virgini Matrem iniuriosum est Pictura illa,

ex Lutheri insano Capite orta; vnde colligi datur, quod Ioannes iste sit fabulator, non admodum vetustus, & profectò probabile non est quod, in celeberimo totius Orbis loco, sub Christianis, ac Catholicis Principibus, ac Præsulibus, pictura huiusmodi permissa fuerit; imò certum est, quod non: si quidem ex Lutheri insano Capite orta; eat nunc Papebrochius, & suo Ioanni immeritum hoc Elogium affingat: *de locis sacris nemo ante ipsum, neque post ipsum alius quispiam magis grauiter, ac religiosè scripsit*; & ad 8. Aprilis de S. Alberto nu. 46. vocet eum *irrefragabilem testem*, nimirum Euangelio contraria Virgini indecora scribere, est grauiter, & religiosè scribere; imò est magis, grauiter, ac religiose scribere, quam Euangelio consona, Virgini decora; sicut ante, & post Ioannem istum tot pij de locis sacris fecere Scriptores; quibus istud Papebrochij elogium nequit iniuriosum non esse; & certe mirandum, quod Euangelio contraria, & Virgini indecora scribens à Papebrochio vocetur irrefragabilis testis. Cesset igitur Papebrochius Carmelitis, veluti noctuis suarum Originum Ignorantiam obijcere, illorumque Originem ab infelici Scriptore Ioanne Phocæ deducere, interim videatur Orlandinus *lib. 1. num. 64. & 65. historia Societatis*.

Sed iterum loquentem Papebrochium audiamus ad diem 11. Maij de B. Aloysio num. 9. ibi enim: *postea, inquit, admirabundus comperimè, quod nescierim; in istis omnibus secuntum Wibelmi Tyrij continuationem insignem, ab annis centum, & triginta circiter Typis datam ... Philippo autem Pio Basiliensium Episcopo ab Auctore Ioanne Herold .. circa annum 1540. dicatam, cuius hæc sunt formalia verba lib. 5. cap. 3.* Est Carmelus Mons in Syria, Mora, tam aliorum Prophetarum, quam Ælie, & Elisei nobilis: hunc locum sub Almerico Hierosolymitano Patriarcha insederunt Anachoretæ. At cum sparsim circa montem agitarent, tandem coiere ad fontem,

qui

qui Eliæ dicitur: Vni, qui honesta præcipiebat, parendo: sine tamen certo Instituto, sine peculiari cultu, sine Cerimonijs. Albertus postea Hierosolymitanus sub Innocentio III. Patriarcha, & Legatus, certas obseruationum regulas ijs præscripsit. Addidit, & vestitui normam; Pallium scilicet versicolorem ex Albo, & Canusino circulatum. Eliam huiusmodi cultu ornatum incessisse, Basilium ex viuendi forma vsum fuisse asserens. Erat tam gratus Principibus Pallij habitus, non solum Christianis sed etiam Barbaris, vt Magni Sultani Elemosinis familia tota sustentaretur, locupletaretur: sed Pontifici Honorio quarto non admodum probabatur, vel quod non Romano ingenio excogitatus, aut confirmatus, vel quod Religioni circulatus versicolor habitus conuenire non videretur. Igitur illis album pallium datum, ità vt dum sub eo Canusinaci essent, vterque color illis retineretur, quod vbi factum resciuit Malechsaites, tanta ira exarsit, vt congregatis copijs, Cœnobium inuaderet, expulsisque omnibus, incendio, & fanum, & Cœnobium destrueret. *Rebusque ad defensionem, &c.*

Ita Papebrochius, circa quæ notandum primo, cur Papebrochius dicat, illam continuationem à se antea ignoratam, cum tom. 2. Aprilis in Propileo Antiquario part. 2. num 3. scribat se totos Lezanæ annales euoluisse, & solicitè scrutatum fuisse? etenim præcitata Hieroldi verba refert noster Lezana *tom. 4. Annal. ad Annum* 1155. *num.* 11. eaque sic reicit: *Verumtamen Heroldum hunc toto Cælo aberrare ex dictis Conuincitur: non enim sub Almarico, sed sub Aymerico, neque sub Ierosolymitano Patriarcha, sed sub Antiocheno hic casus contigit: quomodo etiam capiendum id, quod de Phano, seù Monasterio constructo hic Auctor asserit sub anno* 1142. *est dictum, neque est audiendus in eo, quod scribit de illis Eremitis certo Instituto, peculiari cultu, & Ceremonijs carentibus hoc*

enim

enim solum credi potest, de illis qui ex Occidente venerant, & spretis Seniorum monitis, non recte ad veritatem religiosa Eremitica ambulabant, vt ibidem cum Beato Cyrillo diximus; non de Senioribus illis, vita, & conuersatione vere Religiosis. quibus sic dictis concludit num. 3. Lezana: *Sane Auctores quantumuis docti monendi ex hoc exemplo veniunt, vt in ijs, quæ ad Historiam spectant, consulant eos, ad quos illa spectant, non extraneos qui facile in ipsis hallucinari solent.* Notandum secundò Heroldum hunc non esse Auctorem Coeuum illis rebus, de quibus hic scribit; vnde à Papebrochio petendum, cur à Nobis Coeuos exigat Auctores, & ipse Coeuos minimè obijciat. Tertiò Notandum, quod S. Teresia agnouit Ordinis sui Auctorem, & Institutorem S. Eliam, cum suis discipulis Eliseo, & Prophetis; vnde in libro *Fundationum cap.* 28. ad perfectionis Studium Extimulans inquit: *vestram in stirpem, & propaginem, à qua descendimus Sanctorum, inquam illorum Prophetarum, oculos, semper conijcite*; cap. verò 26. & 27. S. Eliam, & *cap.* 29. S. Eliseum vocat Patrem nostrum; Indicans quinam sint illi Prophetæ à quibus nos descendere. *cap.* 28. dixerat. Petendum igitur à Papebrochio, cur potius, quam S. Teresiam, domesticum, & absque dubio sincerum testem; cur potius, quam B. Ioannem à Cruce *lib. 2. Ascens. in Montem Carm. cap.* 8. *& 20. &c.* Venerabilem Thomam Waldensem *tom. 3. de Sacramentis tit. 9. cap. 89. & tom. 1. doctrin. fid. lib. 3. a. 2. cap. 4.* & Venerabil. Ioannem Soret in *Preambulo Regulæ*, & Resol. Ioan. Bach. *in tract. de Instit. Ordinis cap. 1.* aliosque doctrina, ac pietate insignes Viros; sequi velit Ioannem Heroldum, de quo Wastelius Vindic. lib. 1. sec. 2. 5. *Guillielmi Tyrij continuator Ioannes Heroldus, homo lutheranus fuit, & sect. 5. a. 1. Ioannes Heroldus, malæ notæ Auctor, vt patet ex Cathalogo librorum prohibitorum Tridentino, propter figmenta, quæ illi communia esse notani, cum Sabelico, ac Polydoro, & eiusdem notæ Zuingero, &c.* atque

adeò

adeò non solum extraneus, sed neque Sincerus; cum tamen in *Patriarcharum Ierosolymitanorum. Historia Chronologica num.* 152. Theophane antiquissimo, & Chatolico Auctore dimisso, Elmacinus Saracenum, & multiplici Sæculorum spatio à rebus, de quibus scribit distantem, eo solo titulo recipiat; quia Sincerus, & Domesticus Auctor? & si reuera sincerus non sit, vt in Superioribus demonstratum est.

Cæterum, vt Hæretico, Hæreticum opponamus; Martinus Chemnitius, vt refert Ioannes Baptista del Tuffo in historia Clericorum Regularium cap. 1. *disse, che la prima Origine de' Padri della Compagnia di Giesù, era stata da Gio: Pietro Carafa, in Venetia, che fù poi Papa* Paolo *IV.* Peto modo an Martini Chemnitij Auctoritas, contra Societatis Historicos, & traditionem, contra Pontificum Bullas, recipienda sit, an non? si sic. ergo, & Iesuitæ suas ignorant Origines; si non. Ergo à *fortiori*, neque illa Ioannis Heroldi narratio; cum Chmnitius de rebus sui sæculi scribat Heroldus minime?

Possem, & alium hæreticum opponere, scilicet Georgium Hornium, qui in sua *Historia Ecclesiastica edita anno* 1666. *in* 12. de Iesuitarum Origine, progressu, Doctrina, ac moribus scribit; sed pudet, vel legisse: vnde hoc solum addere libet; quod peruersi hominis in Societatem Imposturæ, ac calumniæ satis, superque redarguuntur à Doctissimo Iulio Bartoloccio in sua *Bibliotheca Magna Rabbinica par.* 3 *pag.* 528. Possem, & Iudæum, qui est Abraham Peritzul in suo Orchòz Olàm, *Itinera Mundi*; de quo Iudeo, Bartoloccius. *Part.* 1. *sua Bibliotheca Magna pag.* 120 *&* 125. idemque conficere argumentum. Sed sufficiant, quæ iam dicta sunt.

Cæterum, non desunt præclarissimi Societatis Scriptores, qui contra Papebrochium nobis faueant, tales sunt Cornelius à Lapide in 3. *Reg.* 18. Suarez *tom.* 4. *de Religione, num.* 9. *lib.* 2. *cap.* 10. Gaspar Sanchez in 3. *Reg. cap.* 17. *num.* 12.

Ccc Pau-

Paulus Schentner in *Promontoris Mala lib. 3. pag. 13.* Laurentius Chrysogonus in *Mundi Mariani discursu 17. num. 47.* Emanuel Ortigas in *Censura Consultorum Variorum P. Laurentij Angeli d'Espin.* Salianus *tom. 4. suorum Annalium ad Annum Mundi 3139. Ante Christum 914.* & alij.

Quorum Auctoritatem ne Papebrochius contemnat ex eo, quod recentiores sint, audiendus Ferdinandus Quirinus Salazare Societate Scriptor insignis in opere, cui titulus: *Defensio pro Immaculata Deipara Virginis Conceptione cap. 42. saeculo quarto.* Inquit enim. *Floruit etiam hoc saeculo Ioannes Hierosolymitanus, & ipse etiam Marianae Immunitatis adstipulator cap. 32. vbi Heliae nubeculam ad puritatem Virgineae conceptionis significandam transfert, idque antiquissima saeculorum persuasione confirmat: sed de hac re nos supra cap. 42. in figuris Veteris Testamenti non perfunctoriè diximus. Illud tamen hic scias velim, illustrissimos Cardinales Baronium, Bellarminum, seriò affirmasse librum illum de Institutione Monacorũ non esse Ioannis Hierosolymitani germanum opus, & ea ratione inducti, quia meminit Carmelitanorum, eorumque habitum graphice describit, quos aiunt Ioanne Hierosolymitano longe posteriores fuisse. Sed absit vt ego gloriam istam Carmelitanis Patribus inuideam, & vt dictum Ioannem inter suos Protoparentes numerent, & tam nobile, tamque antiquum pro Immaculata Virginis Conceptione testimonium inter sua Religionis ditissimas gazas ostentent.*

Quod si quis objiciat illi, quid tu tam recentior, de saeculo post Christum quarto. Pro responsione illa erunt, quae statim subdit. *Vidi certe, atque euolui non pauca antiquitatis monumenta, vt in hac controuersia aliquid certo definirem. Nihil tamen comperi, quod non suaderet praemissum Ioannem Carmelitanum fuisse, & dictum de Institutione Monachorum librum ab ipso conscriptum: atq; adeo hanc sententiam libentius amplectar; & grauissimo, antiquissimorum Ordini quae sunt, lubens*

testi-

restituo. Ita cæteri quos adduximus, Societatis Scriptores, viderunt, euolueruntque non pauca antiquitatis monumenta, quorum cognitione author recens euadit antiquus.

Ne autem quis tam nobile, tamque antiquum Ioannis nostri pro Immaculata Deiparæ Conceptione testimonium ex Heliana deductum visione paruipendat, ea deceptus opinione; quod Ioannes hic erroribus se inquinauerit Pelagij, audiatur Doctissimus vir Henricus de Noris in *historia Pelagiana lib.* 1. *cap.* 10. vbi ait: *video Scriptores Carmelitas Baronio subinfensos, quod Ioannem Pelagianismi incusarit: illud tamen certum est, Augustinum aperte docuisse Ioannem Pelagij sententiam in Congressu Hierosolymitano expugnasse; hæc enim ad perpetuam Ioannis Commendationem in lib. de Gestis* Pelagij. *cap.* 30. *scripta reliquit ipsum giganteos montes aduersus supereminentiam gratiæ Cœlestis structos, Diuinorum testimoniorum tanquam fulminum ictibus deiecisse: Ioannes quidem non* Pelagij *sententiam tenuit, sed* Pelagium *suam ipsius tenere existimauit; in quo deceptus est; sed haud mirum, cum hæreticus ipsum Romanum* Pontificem *Zosimum ijs quoque artibus circumuenerit. Num verò Ioannes libros, ac litteras ab Augustino missas acceperit, in incerto est; paulo enim post diem obijt, succedente Praylo, qui Pelagio impensius initio, & ipse fauebat.* Hæc Henricus; qui cap. 11. ita etiam ad rem nostram habet: *Hic liber de Gestis* Palestinis, *seu, vt alij malunt, de Gestis* Pelagij *(& hic planè titulus libri legitur) diù latuit; tandemque in Fesulana Canonicorum Regularium Bibliotheca inuentum, Velserus edidit: Ego Romæ in Bibliotheca Vaticana inter Codices olim Ducum Vrbini numero* 118. *aliud eiusdem exempli Volumen pulcherrimis Caracteribus exaratum legi:*

Certè testimonium illud probatissimi Scriptores maximo in prætio habent; hinc Franciscus Maria Maggius C.R. in *Carmelo Mariano Benefic. V. pag.* 43. ita scribit: *Nec immeritò* P. *Petrus de Oieda, in Informat. pro Immac. Virg. Concept. &*

ex eo Pater *Iosephus Andres in Decore.* 30. *num.* 119. *Congratulantur Antiquissima Carmelitarum Religioni; quod ab aliquibus annis supra bis mille quingentos, testimonium huius veluti traditionis proferre possit, cui, & nos animo etiam libentissimo gratulamur: expectamusque Vniuersam Ecclesiam congratulaturam, cum Immunitatem Deiparæ Virginis ab Originalis peccati labe, vti speramus, inter fidei dogmata recensebit.*

Dicam, & obiter, quod & adnotauit Maggius ipse; Neque Elianæ Religionis de Immaculata Deiparæ Conceptione solum vetus illud testimonium extare: nam D. Cyrillus Alexandrinus, qui Christi anno 430. floruit, *lib. 6. in Ioannis cap.* 15. hæc ait: *Omnes homines (excepto illo, qui de Virgine natus est: & Sanctissima etiam Virgine ex qua Deus homo prodijt in Mundum, excepta) cum peccato Originali nascimur*, nec per li *nascimur*, Cyrillus natiuitatem intelligere potuit extra Matris Vterum ad hanc lucem: non enim propositio vera esset; nam & Ioannes Baptista, & Hieremias absque Originali peccato similiter nati sunt: Additque singularis priuilegij in Deiparam Causam: *Propter filium enim Temerarium est in Maria ponere aliquam culpam, vel peccatum*: quod etiam exemplo dilucidat: *quis vnquam de Architecto audiuit, quod suum ipsius templum extruxerit, & in eo habitare prohibitus sit?* Antiquiores suos Imitata Religio, coram S. R. E. Cardinalibus, totaque Romana Curia, Solemnissime Conceptionis celebrabat festum, vt in 4. *distct.* 2. *q.* 2. *testatur* Bac. qui anno 1330. in viuis erat. Immò in Capitolo Generali, quod anno 1306. intra Galliæ limites celebratum fuit; *decretum Patres ediderunt pro Immaculata Conceptione celebranda.* vt affirmat Palæonydorus lib. 3. Petrus Oieda in sua Informatione c. 15. Ioannes Antonius Velazquez de Conc. lib. 4. differt. 9. adnot. 2. Carolus in Aquila Triumph. num. 1127. habebatque olim Carmelitana Religio proprium Immaculatæ Conceptionis Offitium, vt patet in illius Breuiario impresso anno

1579.

1579. cui sic titulus erat: *Conceptio Immaculata Virginis Mariæ totum duplex*: Inuitatorium vero: *Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus; Christum eius præseruatorem adoremus Dominum*. Hinc Thrithemius Abbas, cum eandem acerrime propugnaret, Patrum Carmelitarum mirificè fauorem expertus in *Chronic. sub anno* 1494. de se loquitur in hunc modum: *Habebat Trithemius sibi constantissime adherentes Vniuersitatem Parisiensem, Coloniensem, Tubigensem, Ordinem Minorum, Sacrosanctæ Ecclesiæ maiorem Catum Cardinalium, Archiepiscopos, Episcopos, & Principes multos, & pene omnem in Germania Clerum, ac viros doctos, & eruditos innumerabiles, totumque Ordinem Carmelitarum*. Cuius Prior Generalis Baptista Mantuanus, Vir celeberrimus *lib. 1. Parth. Mariana*, ita cecinit

Quod si Siderei tanto splendoris honore
Fulget, vt æterno, qui temperat ordine Mundum
Gestauit gremio, lactauerit Vbere dulci
Strinxerit amplexu, summoque vocarit olympo,
Quare illam in nostras opus est detrudere Sordes,
Et turpi infestare luto, mortalibus æquas,
Cui Pater ethereus mentem subiecit, & Astra?

CAPVT VIGESIMVM.

De Aduentu S. Angeli ad Portum Ciuitatis Vetulæ, de que Reliquijs allatis Domino Frederico de Claramonte.

POst hæc Messana relicta, ad Portum Vrbis Veteris peruenimus, erat autem ibi Honorius III. Romanorum Pontifex, & Fredericus de Claramonte. Angelus Christi Vicarium prius ex more salutat, & summa eum prosequitur reuerentia: à quo benignissimè suscipitur, ac de multis Terræ Sanctæ mirabilibus deuotissimè interrogatur; & post mu-

tui

tui, & prolixi Sermonis colloquium, libero, & facili aditu sponte dato, quò sepe redeat, requiritur. Demum benignè Pontificem relicto, Fredericum de Claramonte conuenit; & eum Patriarchæ Athanasij fratris nomine valere iubet; qui quanta humanitate, & quibus Offitijs nos cumulauerit, longum esset referre. Multis denique cum eo colloquijs habitis, opportunitate data, ipsis, Pontifici, & Frederico Sanctorum Reliquias resignauit; Sancti Brachium, & Tibiam Ioannis Baptistæ, Caput Hieremiæ Prophetæ, Brachium Sanctæ Catharinæ, Tibiam Sancti Georgij, & Imaginem Beatæ Virginis. Eas honore incomparabili, & incredibili deuotione suscepit Honorius, & Angelum mirificè complexus, omnibus eum offitijs humanitatis prosequitur, & vt ibi remaneret, omni studio hortatur, ille verò candidus, & humilis, ingentes Pontifici gratias agit, & se ad Christi mandata vocari affirmat; cui suæ professionis Cœnobitas Carmeli montis commendat. Verum vbi Pontifex Eum quinquies publicè prædicantem audiuit, in eum mira deuotione accensus, & Sanctitate, ac Doctrina eius incredibiliter permotus, modis omnibus ipsum detinere nititur; & mœstus tandem abeundi sollicitum, & inuitus dimittit. Fredericus B. Virginis Imaginem à Pontifice impetrat, & Angelo Panhormum perferendam commendat.



Cir-

Circa Caput Vigesimum.

DVBIVM PRIMVM.

An Centum Cellas rectè appelletur Vrbs Vetus, & Portus Romanus.

IN textu Panormitano sic habetur. *Post hac Messana relicta, ad Portum Vrbis Veteris peruenimus.* In textu Vaticano; *post hac Nauim intrauimus, & ad Portum Romanum Vrbis Veteris peruenimus.* Papebrochius duplici argumento hos textus impugnat. Primum est, quod Centum Cellas non rectè vocatur Vrbs-Vetus; nam nomine Vrbis Veteris illigitur Vrbiuentum, seù Orebitum. Secundum est, quod Centum Cellas non rectè vocatur *Portus Romanus*, nam hoc nomine intelligitur Ciuitas, quæ est apud Ostia Tiberis; ex quo concludit, quod Enoch Ciuitatem Veterem vidit nunquam.

Sed quam malè concludat, ipse se ipsum docere poterit, etenim inquit, quod Vrbi ventum à Romano Vrbe distat. P. M. 40. falsum. distat enim. P. M. 60. ait, quod Vrbs-Vetus distat à Viterbio P. M, 12. falsum. distat enim P. M. 20. inquit, quod Ciuitas, quæ modo appellatur *(Ciuità Vecchia)* fit illa, quam Leo IV. excitauit, & vocabatur Leopolis, ex ruinis Centum Cellarum extructa; falsum nam Franciscus Torrigia, in opere cui titulus *le Sacre Grotte Vaticane part. 2. cap. 9.* de Leone IV. sic habet. *questo Leone IV. fù tanto Zelante della sua Gregge, che non solo in Roma, mà anco fuori, fece fabbriche segnalate, contro l' incursione de Barbari, onde vedendo, che li Saraceni di continuo infestauano Ciuità Vecchia, per passare à danni di Roma, che però quel luogo, ò Castello (chiamato da Anastasio Centum cellense Castrum) era diuenuto disabitato*

bit ato, transferì quei Popoli in vn' altra Città da lui fabbricata, che dal suo nome si chiamò Leopoli, & hoggi Corneto. Castrum hoc, quod Cornetum modo dicitur, & antea Leopolis vocabatur. distat à Centum Cellis. P.M.12. Similiter Lucas Holstenius in annotationibus ad Geographiam Sacram, vbi illius Auctor habet *(Centum Cellæ, & Cincella)* quasi essent idem: Holstenius notans verba, inquit: *hoc falsum, nam Cincella vocatur noua illa Ciuitas à Leone IV. edificata, quæ paulo post deserta, Incolæ ad Veterem Centum Cellarũ Ciuitatem redierunt, cui comparatione illius Leoniani Oppidi, Ciuitatis Veteris appellatio hæsit.* de qua quidem re videri potest Anastasius Bibliothecarius in Vita Leonis IV. & opus Antonij de gl' effetti, cui titulus; *Borghi di Roma.* cap. 6. pag. 59. Non bonus profecto Censor Papebrochius, qui vt vnum corrigat Errorem, in tot incidit Errores. Si igitur Ciuitas Vetus à Papebrochio vocatur Leopolis, cum tamen non sit Leopolis, mirum non est, quod à nostro Enoch vocatur Vrbs-Vetus; etiam si non sit illa Ciuitas, quæ nomine Vrbis veteris communiter ab Auctoribus intelligitur. Etenim noster Enoch nec Italus, nec Æuropeus, sed in Europam ex Asia transgressus Veterem Ciuitatem in transitu attigit, & post septem annos de illa scripsit; & aliunde Ciuitas, & Vrbs penes Latinas, idem significant. Rursus scripserat Papebrochius in 2. *p. Propylei num. 29. Carmelitæ Metis Treuerisque suos tam Conuentus constitutos habebant, horum mutuæ inter se communicationis opportuna omnino Boppardia erat via vtrimque media.* Sed quia, vt in secunda Armamentarij parte inquit noster Bonaspei; *lippis, & tonsoribus constat... Boppardiam non esse viam ferè mediam inter Treuiros, & Metas; sed è contra Treuirim esse viam ferè mediam inter Boppardiam, & Metas.* Papebrochius vt se à tam fœdo purgaret errore, in Patriarcharum Hierosolymitanorum Chronologica historia num. 261. sic inquit: *scripseram 2. p. propylai num. 29. nec ex vlla Bop-*

par-

pardiensium scriptura verificari, quod fuerit ibi Conuentus huius Ordinis anno 1220. *idest multo prius, quam ille Metis, Treuerisque (in Lotharingia, atque in Saxonia, Francfurti, atque Maguntia) suos instituisset Conuentus, quorum mutua inter se communicationi opportuna Boppardia erat. Sed Socors typosceta, & non satis attentus inter vrgentissimas tunc occupationes oculus meus, non nisi à puero simul legente adiutus; inobseruatum dimisere defectum, quem hic appositis lineis ( ) supleo; quique non nullos haud Immeritò conturbauit, verba, vt videbatur, clara legentes; nec tamen valentes credere, quod Ego, qui per Rhenum nauigans Boppardia fui.. adeò fuerim habes, vt Oppidulum istud collocarem Treuiros inter, ac Metas. Mosella adsitas Ciuitates.* At Errori nouum addidit errorem, dum Moguntiam, & Francofurtum in Saxonia collocat; vt enim noster Valentinus à S. Amando in suo Prodomo Carmelitano art. 7. q. 5. num. 124. aduertit: *est Francofurtum ad Mœnum, ad Rhenum Moguntia; est ad Albim, & Visurgim Saxonia*,

Interim sic discurro, non valet arguere in Papebrochij *Propylæo p.* 2. *num.* 29. malè asseritur Boppardiam esse Viam ferè mediam Metas inter, ac Treuiros, ergo Papebrochius nunquam fuit Boppardiæ. Nam ipse, vt vidimus supra, fatetur se Boppardiæ fuisse; ergo à pari non valet arguere in Vita D. Angeli ab Enoch conscripta malè Centum Cellæ, seù Ciuitas-Vetus vocatur Vrbs-Vetus, ergo Enoch nunquam vidit Veterum Ciuitatem, & certè Dominicus Macer in Opusculo, cui titulus *Viaggio al Monte Libano. Cap.* 5. de Mahometanis loquens inquit: *Appresso di loro dunque sono cinque l'hore dell'Oratione publica, nell'Aurora, nel mezzo giorno, nell'Vespro, al tramontar del Sole, e finalmente doppo Cena, verso vn'hora di notte. In questo tempo tutti sonò tenuti all'Oratione nella Meschita, ò vero nelle proprie Case, come fanno le Donne: al Vespro però suol essere la maggior frequenza, e concor-*

 so,

so, massime nel tempo del digiuno: (Onde il Padre Dandino Iesuita) mal informato de Riti Mahometani scrisse nel suo Viaggio esser appresso loro sette l'hore destinate all'Oratione, come appresso li nostri Ecclesiastici; anzi poco pratico della Lingua Arabica, interpretò malamente quelle parole, le quali sogliono cantare sù le Torri i loro Sacerdoti; La Ellah li Ellah. Mahomet Rasul Ellah, *che significano; non vi è Dio, se non vn solo Dio. Maometto Apostolo, mà egli oltre l'hauer scritto scorrettamente le dette parole, spiegò Mahometto fiato di Dio, il qual titolo essi danno solamente à Christo, chiamando il loro falso Profeta Mahometto, Apostolo, e non fiato di Dio.* An inde inferre licet Patris Dandini Itenerarium meram esse Fabulam?

Denique sciendum est, quod cum in processu Calabrico pro D. Francisco Paulano num. 26. dicatur: *& cum ad nauigassent, ingressique fuissent Sinum, seù Gulfum Leonis.* Papebrochius in *annotatis ad cap. 2. illius processus litter. Z. ad diem 2. Aprilis* sic habet: *qua parte Rhodanus se se euoluit in Mare ipsum, vulgo dicitur: Golfo di Leone.. à Lugduno, primi ad Rhodanum nominis Emporio, Italis dicto; qui dum illuc per dictum fluuium vltrò, citròque frequentes commeant, proximum fluminis Ostio Mare nomen ab Vrbe sumpsit. Verum nonnisi valdè propriè, & per extensionem lustò maiorem protendi potest nomen istud vsque ad vicinam Liguriæ Oram: maximè, cum infra dicatur Sanctus per transisse Gulfum, & sic vnisse in Prouinciam, quare existimo hic significari propriè eum Maris Sinum, quem Argenteus fluuius efficit, vulgo Golfo di Grimani, nunc dictum; qui tunc dictus fuerit Gulfus Leonis, siuè Leonum, à duabus Insulis, seù potius Scopulis, qui hodieque nomen Leonum retinent.*

Ita respondemus, & nos, sicut cum D. Franciscus de Paula in Franciam transiret, Gulfus, qui modo vocatur, de *Grimani* dicebatur tunc *Gulfus Leonis*, ita quæ modo vocatur, *Ciuitas Vetus*, vocabatur Vrbs-Vetus; & sicut erant tunc

duo

duo *Gulfus Leonis*, ita & duæ *Vrbes Veteres*; & ficut modò diftinctionis gratia vnus vocatur *Golfo di Grimant*, ita à pofterioribus Scriptoribus vna cœpit vocari communiter Ciuitas Vetus; & ficut agnofcit Papebrochius, quod nomine, *Gulfus Leonis*, non intelligitur, *Gulfus Leonis*; à Lugduno dictus, fed Gulfus, qui modo dicitur de *Grimant*; ità poterat agnofcere, quod nomine, *Vrbis Veteris* non intelligitur, *Oricetum*: cum *Ornietum* non habeat Portum adiunctum; fed intelligitur Vrbs, quæ modo vocatur *Ciuitas Vetus*. Rurfus cum Papebrochius in *Patriarcharum Hierofolymitanorum Chronologica hiftoria num*. 226. fcribat, quod, *Mortuus eft*, Italica phrafi idem eft, ac latina, *Occifus*; vnde Marinus Sanutus fcribens de Alberto Patriarcha; quod, *Mortuus eft*, voluit dicere; *Occifus eft*; ita refpondemus & nos; quod *Città Vecchia*, Italicè, eft idem ac latinè, *Vrbs Vetus*; vndè Enoch dicens; *ad Portum Vrbis Veteris peruenimus*, nihil aliud fignificare voluit nifi aduentum fuum *al Porto di Città Vecchia*. Denique quia Papebrochius in *Conatu ad Catalogum Pontificum par*. 1. *pag*. 80. *differt*. 13. *num*. 2. de Vigilio Pontifice fic habet: *Etenim fcribit Liberatus Carthaginenfis Diaconus huius temporis Auctor, Vigilius* Rauennæ *reperit Belifarium, & num*. 3. verum hic ante omnia corrigendus eft error, quem non Liberati, *fe Librariorum effe perfuadeor, qui* Rauennam *prò* Neapoli *fcripferint; illa enim tunc, vel maximè Gothorum Regia erat, & illuc fe contulerat Vetiges. occifo, poft captam à Belifario, Neapolim, Teodato*; Ità dicimus nos, errorem fuiffe Librariorum, qui *Vrbem Veterem*, prò *Ciuitate Veteri* fcripferunt.

Quo ad illud de *Portu Romano* cum non habeatur in Panormitano textu, nihil ad nos, tamen fciendum, quod Andreas Victorellus in Additione ad Vitam Iulij Secundi fic habet. *An*. 1508. *Domini, aduentus tempore, in Arcis Centum Cellenfis fundamenta Lapis coniectus*... *in Lapide hic Titulus*.

Iulius II. Pontifex Maximus
Arcem Centum Cellensem Portus
Et Vrbis Romæ Commoditati
Condidit Anno MDVIII.

Hic vides Portum Centum-Cellensem appellari Portus Romæ. Adde quod Papebrochius *tom. 2. Aprilis in historia S. Francisci de Paula, cap. 5. num.* 33. sic habet. *Ingressurum in Franciam Sanctum, Massiliæ* Portu *ob metum Pestilentiæ exclusum fuisse, ideoque Tolonem versus relegisse iter, ac demum Bormi admissum fuisse, scribunt aliqui, nulla veterum auctoritate fulti, à teste 23. in processu Calabrico (qui totius nauigationis Socius fuit) facile refutandi, cum asserat: Gulfum Leonis nauigantes, Prouinciam versus, ad Oppida, Brome, & Birganso, vulgariter nuncupata, appulisse, atque inde porrò pedester iter tenuisse, quod autem testis 5. & 12. in processu Turonensi dicant, allatum nuntium esse Regi de aduentu Sancti in* Portu *Massiliæ, potest quidem latius sumi, & quiscumque alius Phocaici, siuè Massiliensis littoris Portus intelligi*: Ita respondemus & nos, *quod* in Vaticano textu Vitæ S. Angeli legitur peruenisse S. Angelum ad Portum Romanum Vrbis-Veteris, potest quidem latius sumi, ita vt quicumque alius Romani littoris Portus intelligatur.

DVBIVM II.

Quo ad illa Verba: Erat autem ibi Honorius III. Romanorum Pontifex.

QVod anno 1219. Honorius III. non esset in Ciuitate Veteri probat Papebrochius duplici argumenti. Primò, quia hoc non apparet ex Epistolis Honorij III. apud Odoricum Raynaldum relatis in continuatione Annalium

lium Ecclesiasticorum Baronij. Secundò, quia Honorius fuit Romæ ab initio sui Pontificatus, idest à die 18. Luglij anni 1216. vsque ad finem anni 1219.

Sed hæc parum, aut potius nihil ingerunt difficultatis; concedo igitur quod ex Epistolis Honorij, apud Odoricum ad annum 1219. non appareat Honorium fuisse in Ciuitate Veteri, nego tamen non fuisse: nam neque etiam ex ijsdem Epistolis apparet fuisse Interamnæ: fuit tamen; vt testatur Franciscus Angelonus in *historia Interamne part. 2. ad annum 1219.* dicens. *Fù secondata la felicità dell' auuenimento compresa nella restitutione del nouo Vescouo alla Città di Terni, da vn felicissimo successo d' honore, cagionato dal supremo Principe del Christianesmo, che volle con sua presenza, è d'alcuni Cardinali honorare l' istessa Città, e la Festa, che in priuato, & in publico vi fece per la tanto desiderata ricuperatione del Pastore. Tronossi dunque colà il Sommo Pontefice Honorio li 5. Ottobre alloggiato nel Vescoual Palaggio &c. come si trahe dall' Instromento rogato il descritto giorno da Lorenzo Notaro Imperiale.* Et certè mirum Papebrochium ex vnius Raynaldi silentio velle arguere, quod Honorius non fuerit in Ciuitate Veteri; cum in *Propylai Antiquarij parte prima num. 16. de 2.* Dagoberto scribat: *sed quis credet huic sedi* (scilicet Vrbs Metis) *sic affixum fuisse, aut ipsum, aut filium, vt Treuiros solis 12. leucis distantes, atque ad eundem Mosellam sitas, non sepè descenderint?* Esto nemo asserat, quod Dagobertus secundus fuerit vnquam Treueri, immò in Rerum natura?

Quod Pontifex Honorius manserit Romæ ab initio sui Pontificatus vsque ad finem anni 1219. adeò falsum est, vt mirer à Papebrochio hoc potuisse scribi; nam præter quod apud Vghellum *tom. 5. Italia Sacra pag.* 803 fit mentio diplomatis Honorij III. quo Canonicis, & Archipresbyteris Veronensibus confirmauit omnia priuilegia; cuius diplomatis subscriptio est. *datum Rehate 4. Kal. Iulij an. 1219.* & penes

Odo-

Odoricum ad *annum 1219. num. 27.* habeatur Epistola Honorij *data Rehate 4. nonas Augusti Pontificatus anno 4.* & n. 38. habeatur alia eiusdem Epistola *data Rehate 5. idibus Iulij. Pontificatus anno 3.* Iacobus Bosius in *historia Equitum S. Ioannis lib. 14. pag. 503* ponit Epistolam Honorij ad Magnum Magistrum, cuius subscriptio est talis; *datum Ferrentini octauo Kalendas Augusti Pontificatus anno 2.* in *Bullario Cassinensi pag. 247.* ad *annum 1217. die 20. Iulij* habetur Bulla Honorij III. qua Sacrum Sublacense Monasterium recipit sub Protectione S. Romanæ Ecclesiæ: *datum Anagniæ 12. Kal. Iulij. Indictione 5. anno Incarnationis Domini 1217. Pontificatus Honorij* III. *an. 1.* & Honorio Coeuus Ioannes de Ceccano in Chronico Fossæ Nouæ ad annum 1217. sic habet. *Idibus May Dominus Papa Honorius Egressus Romam, venit Anagniam, pridie nonas Iulij dedicata est Ecclesia S. Petri de Villa Magna per manus Summi Pontificis Domini Honorij. decimo 4. Kal. Augusti Dominus Papa venit Ferentinum. Octauo Idus Septembris dedicata est Ecclesia Cassemarij, honorificè per manus Domini Papæ Honorij, ubi fuit ipse cum omnibus Cardinalibus, Notarijs, & cum tota Curia sua. Interfuerunt huic dedicationi duo Archiepiscopi hispalenses, Vndecim Episcopi. ... Sexto nonas Octobris Papa reuersus est Romam.* Angelus Manriquez ad *an. 1218. cap. 10. num. 2.* refert litteras Honorij, in quibus fatetur anno antecedenti dedicasse Ecclesiam Cassemarij Cyprianus Manens in historia Oruieti ad annum 1217. *in questo tempo essendo Papa Honorio venuto in Oruieto, con grandissimi triomfi e feste fù riceuuto.* Videatur, & obseruetur Ricchardus de S. Germano in *Chronico sub an. 1218. & 1219.* ex quibus duo Colliguntur: Primum est Honorium per hos annos varia peragrasse loco, scilicet, & ait Ricchardus. *pp. Molestias Romanorum.* Secundum est, quod non omnes Auctores omnia ista loca enumerant, sed alius, alium locum nobis notificat.

Quod

Quod autem ait, quod Honorius III. an. 1220. Mense Decembris fuit Anconæ, falsissimum est, nam Franciscus Maria Torrigia Romanus in Opere cui titulus: *Le Sacre Grotte Vaticane part. 2. in Catalogo Cardinalium Archipresbyteror. D. Petri*; tres pro extensum, Epistolas refert Honorij III. quarum vna scripta est Illustri Regi Daciæ. *dat. lat. 2. nonas Decembris, an. 5. Pontificatus.* ex qua constat, quod anno 1220. die quarta Decembris Honorius erat Romæ. Apud Odoricum Raynaldum *ad an. 1220. num. 52.* habetur Epistola Honorij ad Lusitaniæ Regem, *dat. lat. 11. Kal. Ianuarij Pontificatus an. 5.* ex qua constat, quod Honorius erat Romæ an. 1220. die 21. Decembris: apud Franciscum Torrigiam loco citato; altera Epistola est scripta eidem Regi Daciæ: *data lat. 4. Kal. Ianuarij an. 5. Pontificatus*, ex qua constat, quod anno 1220. die 28. Decembris Honorius erat Romæ. Tertia denique scripta est Gregorio de Crescentio Cardinali Diacono. *dat. lat. 2. nonas Ianuary. an. 5. Pontific.* ex qua constat, quod Honorius an. 1221. die quarta Ianuarij, erat Romæ, & ex indè optimè concluditur, quod non potuit esse Anconæ, & reuera Anconitani historici, scilicet Comes Landus Ferretti in *historia M. S. Anconæ lib. 4.* Iulianus Saracini in Opere cui titulus: *Notitie historiche d'Ancona part. 2. lib. 8.* Pompeius Compagnoni, in Opere, cui titulus: *Reggia Picena*, de hoc Honorij Pontificis aduentu altè silent; vndè mirum est Papebrochium ad hoc negatiuum argumentum minimè respexisse, qui toties negatiuis argumentis positiua fundamenta euertere contendit.

❧❧❧❧❧❧

DVB.

DVBIVM III.

Circa illa Verba: ipsis, Pontifici, & Frederico Sanctorum Reliquias resignauit.

CVm Ferdinandus Vghellus *tom. 1. Italia Sacra pag. 268.* de Episcopis Tusculanis agens, Instrumentum referat an. 1220. à Taddeo, de Vrbe, publica Apostolica, & Imperiali Auctoritate Notario confectum; in quo de Frederico de Claramonte extat mentio, tanquam de homine erga Sanctorum Reliquias animum valdè pium habente, Papebrochius de illo Instromento sequentia tradit. Ait ergo primò, quod Instrumentum illud fuit confectum in Vrbe-Veteri anno 1219. sed hoc falsum; fuit enim compositum anno millesimo ducentesimo vigesimo apud Vghellum *tom. 1. Italia Sacra pag. 268.*

Ait Secundò, quod Antiqua deuotio Claramontanæ Familiæ erga Sanctorum Reliquias multo certius probari potest ex Instrumento Ioannis Cardinalis Ragusini sub data anni 1417. die 7 Februarij; sed hoc est falsum; nam illud Instrumentum est confirmatio Prioris, vt constat apud Vghellum *loc. cit.* vndè si primum Instrumentum falsa continet, etiam secundum.

Ait tertiò, quod in secundo Instromento fit primo loco memoria, non de reliquia Sancti Georgij, sed de Ligno Crucis. Sed hoc est falsum; fit primo loco mentio de reliquijs Sanctorum, quæ erant in Palatio Prædecessorum Henrici de Claramonte; & nominatur in primo Istrumento, inter quas vna erat reliquia S. Georgij.

Ait 4. de primo Instrumento loquens. *Sed in hoc Instrumento, vt in pluribus similibus illustrium familiarum, quas nominare nil attinet, varia deprahenduntur ineptia, qua* em-

omninò suadent, aut suppositititium totum esse, aut variè interpolatum, in qua censura supponit Papebrochius se habere scientiam, aut habilitatem discernendi diplomata, Instromenta, scripta suppositititia, & conficta à veris, sed hoc falsum esse, vt cætera sileam, constat *ex tom. 1. Aprilis de Actis Sanctorum*; *ibi enim in Diatriba Preliminari pag.* 4. ponit Epistolas duas, vnam S. Hieronymi ad Damasum Papam; alteram Damasi Papæ ad D. Hieronymum, ex veteribus, inquit manuscriptis desumptas, easque tamquam Damasi, & Hieronymi Germanas, deceptus ipse lectoribus offert; quas tamen esse suppositititias, & fictas euidenter demonstrat Emanuel à Schelstrate: *in Antiquitate illustrata dissertationis Prauia cap. 2. pag. 16.* vnde valdè miranda est confidentia ista, qua Papebrochius Antiquis Cartis bellum indicens; modò hæc, modò illa diplomata, & Instromenta, tanquam suppositititia improbare audet.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

De Sancto Colloquio S. Angeli cum SS. Dominico, & Francisco; deque Leproso Mundato.

RElictis Honorio, & Frederico, Romam venimus, vbi loca Sanctorum omnia deuotè lustrantes, mane primò, maxima tum Cleri, tum multitudine coacta, in Basilica S. Ioannis Lateranensis Sanctus Dei Angelus magno Spiritus feruore prædicare cœpit, aderant ibi Sancti Dei Viri Franciscus, & Dominicus, quos cum nunquam antea vidisset, supernæ claritatis splendore mens illustrata, cognouit, & nouas, sed solidissimas, Ecclesiæ Columnas adesse prædixit. Sermone tandem finito. S. Dominicus Spiritu Eleuatus dixit S. Francisco: hic est Angelus Hierosolymitanus, Christi, & fidei Catholicæ defensor, & declamator arden-

tiſſimus, qui doctrina, & Sanctitate vitæ incredibiliter Chriſtianæ Fidei profuit, cui S. Franciſcus reſpondit: hic ille Ciuis Celeſtis, qui in Sicilia Martyrio Coronabitur; & ambo ſimul, animo hilari, ad Sanctum Angelum veniunt, & eum incredibili humilitate ſalutant, ac mutuo pacis oſculo proſequuntur tunc Angelus; ſaluete, inquit, maximi Chriſtianæ Militiæ ductores, Dominice impugnator heræſum ſtrenuiſſime, & Franciſce Chriſti præcipuè imitator, qui virtute humilitatis vera portabis Stigmata Chriſti Dominicus verò: tu inquit, Angele, gaude, & lætare; tibi enim Chriſti priuilegio datum eſt mortiferam hæreticorum rabiem compeſcere, Chriſtianum nomen defendere, & Eccleſiam augere, ac illuſtrare, & Franciſcus ſubdit: tibi Angele, veritatis defenſor, meritò geſtiendum eſt, breui namque in Sicilia Martyrio Vitæ militiam terminabis, & triplici Laureâ coronatus Diuinæ fruitionis, & ſempiterni gaudij præmia ſuſcipies. Ad hæc Angelus: Vobis Sanctiſſimi viri, Vobis Magis gaudendum, quibus Chriſtianam Republicam fœlicibus cœptis, meritis, & doctrinis amplificare conceſſum eſt; his, & alijs vltrò, citròque dictis, ſeorſum cedentes, de multis, & magnis Scripturarum, & fidei Myſterijs humiliter inter ſe aliquandiu locuti ſunt; quibus ità agentibus, felicem qui aderant, diem; & rarum ac ſingulare Spectaculum dixerunt, quo ſimul tria Mundi lumina in vnum conuenerint; Indè verò ſimul procedentes, quum propè ad S Sabinam peruenisſent, homo genere nobilis Leproſus offert ſe obuium eis dicens! orate Sanctiſſimi Viri, vt Deus fœdo hoc morbo, veſtra intereeſſione me liberet: quem illi in pace abire iubent: & ſubito Sanus effectus, dat gloriam, & honorem omnipotenti Deo. Angelus autem cum Dominico, & Franciſco, diem illum, & noctem Diuinis Sermonibus, & Oratione tranſegit.

Cir-

Circa Caput Vigesimum Primum.

DVBIVM VNICVM.

De Colloquio S. Angeli cum SS. Dominico, & Francisco.

Colloquium istud impugnat Papebrochius triplici argumento. Primum est, quia memoria istius colloquij fuisset seruata in Archiuio Carmelitarum: sed non fuit seruata, igitur illud est fictum. probat min. quia Nicolaus Processi Beneficiatus in Ecclesia Lateranensi anno 1362 in libro cui titulus. *Codex Miscellaneus*, scripto circa annum Christi 1370. indicat se habuisse ex Archiuio Carmelitarum, quod S. Angelus habiturus Concionem in Basilica Lateranensi, Scalam Pilati ascendendo genuflexus, se ipsum, & circumstantes ad lacrymas prouocauit: ergo etiam ex Archiuio Carmelitarum habuisset notitiam istius colloquij, & illud scripsisset.

Respondeo, quod Ioseph Masseus Iesuita in Vita D. Francisci Xauerij *lib. 1. cap. 4.* sic ad rem. *Partì da Roma Francesco alli 16. di Marzo del 1540. perche poi si staua con prossima espettatione di vedere Confirmata la Compagnia in Religione, come di fatto seguì, auanti di partire, consignò al Padre Lainez vna Scrittura di proprio pugno, in cui dichiaraua di accettare adesso per all'hora, tutte le Constitutioni approuate dalla Santa Sede, di Eleggere Santo Ignatio per Generale della Religione è d'obligarsi in essa con voto di perpetua pouertà, Castità, & obedienza; questa Scrittura Originale conseruasi anco hoggi ne' proprij Archiuij, à confusione di coloro, che abbagliati dalla gran luce, hanno preteso di toglierre alla Compagnia S. Francesco Xauerio, come figlio non suo, quantunque tanti Sommi Pontefici l'habbiano sempre riconosciuto, e nominato per tale.* ità ille.

Sed peto, an verè Originalis illa Scriptura in Archiuijs Religionis contineatur, an non? si non, fallit ergo Masseus fabulasque nobis obstrudit; quis autem hoc de Viro tam Religioso affirmet? non ego certè. Si sic, cur Horatius Torsellinus, qui primus omnium Xauerij Vitam, teste Masseo *lib. 1. cap. 1.* publicauit, de hac Originali Scriptura nullam fecit mentionem? quam nobis dabit Papebrochius responsionem, eandem dabimus, & ei. Rursus Mutius Viteleschi negauit, quod Patres Societatis habeant Priuilegium, virtute cuius non teneantur se subijcere examini pro Ordinibus suscipiendis: & hæc est Copia litterarum Generalis Societatis directa Eminentissimo ab Auria, & registrata in *Sac. Congregationis Concily libro Positionum 62. fol.* 4401. cuius Originale dicitur asseruari in Archiuio Archiepiscopali Panormitano *tom. Epist. fol.* 30.

Eminentiss. e Reuerendiss. Signor mio Colendissimo

Hò inteso con molto mio dispiacere, che alcuni de nostri appresentati à V. E. per esser promossi à gl' Ordini, hanno ricusato d'esser esaminati, con dire, che la Compagnia hà sopra ciò priuilegio particolare, il che mi è parso del tutto nouo, e però mi veggo obligato à dichiarare à V. E. che noi non habbiamo tal priuilegio; è quì, è per tutto sono esposti ad eßer essaminati; hauendo però d'aggiungere, che molti Vescoui, per loro benignità sogliono paßare li nostri senza essame, fidandosi de' Superiori della Compagnia, come hà fatto anco V. E. del che li rendo cordialissime gratie; e quì per fine le facio humilissima riuerenza. Di Roma 8. *Luglio 1632.*

Di V. E.

Humilissimo, & Obligatissimo Seruitore
Mutio Vitelleschi, &c.

Patres

Patres Societatis in vna Mechlinienſi pro PP. Societatis contra Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Archiepiſcopum; huic Epiſtolæ ex aduerſo adductæ ſic reſpondent. *Sed quia verba litterarum P. Mutij Generalis ſunt clare, & cum energia prolata, libet cum ingenuitate fateri præfatum Generalem, aut eius Miniſtrum non conſuliſſe tunc, aut perpendiſſe momenta noſtrorum priuiligiorum, quod non videbitur mirum E.E. V.V. cum in hac ipſa cauſa anno 1681. ſimilis inaduertentia commiſſa fuerit.* Sed certè Pater Generalis priuilegiorum momenta perpendere debebat, quod tamen non fecit; vndè mirum eſſe non debet, ſi quandoque Carmelitani Archiuij non omnes Scripturæ; etiam ad Vitam D. Angeli pertinentes, fuere perpenſæ, quod etiam confirmari poteſt ex Daniele Bartolo, cum in præfatione Vitæ Sancti Ignatij ad Lectorem ſic ſcribat: *Perciò anco mi ſon perſuaſo di non douer traſcurare, come leggieri, e dà non farne memoria, quelle anco leggieri coſe di lui, che à gli antichi, e legittimi Scrittori delle ſue attioni, il Ribadeneira, l'Orlandino, e il Maffei, ò fuggirono dalla penna, ò per ragione del tempo, in che ſcriſſero, da eſſi ſtudioſamente ſi tralaſciorono.*

Interim valdè notandum, quod cum Maffeus duobus fundamentis ſuſtineat D. Xauerium fuiſſe Societatis Alumnum, ſcilicet Scriptura Originali, & Pontificum teſtimonio; huiuſmodi fundamenta à Papebrochij in Carmelitanam hiſtoriam Cauillationibus adeò labefactata, vt penitus deficiant; etenim contra primum ſic poteſt inſtari; ſi illa ſcriptura eſſet, vel fuiſſet in Archiuijs Societatis, illam Horatius Torſellinus, qui primum omnium Xauerij Vitam ſcripſit, retuliſſet; ſed non retulit, ergo illa Scriptura à Maffeo fingitur. Contra ſecundum poſſunt adduci, quæ habet Papebrochius in *Conatu Chronico-hiſtorico ad Catalogum Pontificum pag.* 201. ibi enim de Vrbano Secundo agens num. 10. ſic habet de Pontificum Bullis: *Quamuis nemo ignoret Catholicus, quam firma ſint,*

qua

quæ ex Pontificum Bullis petuntur, modo, sicut ait Mabillonus, ex certa scientia data, ac legitimæ sint; quamdiù tamen alterutrum dubitari potest (sicuti in talibus quæstionibus, præsertim circa res Antiquas, quarum certè probatio nulla suppetere potuit, post fluxum plurium sæculorum, eiusmodi probationes nescientium, dubitari semper potest) prudentius ac non allegantur; si enim allegentur, necesse est, vt qui aliundè certam causam dissentiendi habere se credit, vel legitimas esse neget huiusmodi Bullas, & sæpè euincat, cum confusione eas allegantium, vel demonstret non esse ex satis certà scientia profectas; quod maluisset non dicere, nisi coactus fuisset; quorum alterutrum, si altercationem generat, penes eum est culpa, qui coegit, & pag. 137. de Nicolao primo, num. 5. scripserat: *Cum enim nulla humana historia, etiam quatenus in Bullis, Breuibusque attingitur, plus habeat Auctoritatis, & fidei, quam ea sint; vnde habentur primum testimonia, ac fundamenta; si hæc probentur, aut falsa esse, aut iure suspecta, aut aliunde insufficentia, quid illam iuuant Bullæ, ac Brauia?* Sed Iustus Camus in *Nouo Ismaele pag.* 5. putat se habere aliundè certam causam dissentiendi; scribit enim de S. Xauerio: *Socium eum fuisse putant cum tamen Constitutiones Societatis viderit nunquam, quod apertè ipsi fatentur in Imagine primi sæculi lib.* 1. *cap.* 7. *vbi sic*, quamuis ante confirmatam Societatem, nec vnquam scriptas ab Ignatio Constitutiones viderit, quæ à morte Xauerij primo in Europa fuere promulgatæ, *qui nunquam Regulam Augustini viderit Augustinianus esse non potest, ergo nec qui Constitutiones Ignatij nunquam vidit, potuit esse Ignatianus, aut à Societate Iesu*. Ità Camus, qui insuper ausus est addere; *Cum Socios in India rexerit Xauerius, non Ignatianis, sed suis constitutionibus, bimembrem esse Societatem, Ignatianam vnam Xauerianam alteram*; cuius Obiectioni, si Papebrochio credimus, frustrà occurrit Masseus Pontificum testimonia, & Bullas adducens, ex quibus patet à Papebrochio non solum in Car-

melitas,

melitas, sed & in Societatem Calamum perstringi; immò in Pontifices, quorum testimonio ponderis nihil, nihil Authoritatis relinquit: hinc *tom. 1. Maij ad diem 4.* in dubium trahit, vtrum Corpus S. Monicæ sit Romam ad Ecclesiã S. Augustini translatum, & licet Martinus V. dicat se: *ex certa scientia translationem, & repositionem Corporis confirmare*: & Bullam hac de re editam, sic comminando concludat: *nulli igitur hominum liceat hanc paginam nostra approbationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius*, se nouerit incursum Papebrochius tanti Pontificis attestationem, & comminationem contemnens, illam translationem in dubium vocare ausus est. Sic receptam Sententiam quod Diuus Franciscus de Paula Ortus fuerit anno 1416. Papebrochius in *annotatis ad cap. 1. Vitæ eiusdem Sancti litt. A. ad diem secundum Aprilis*: vocat falsam, cum tamen Leo X. in Bulla Canonizationis dicat, quod Sanctus ille Mortuus est anno à Virgineo partu 1507. die 2. Aprilis, *cum iam nonagesimum primum, vel circa annum feliciter impleuisset*: & consequenter affirmat illum natum anno 1416. Quo tamen Pontificis testimonio non obstante, huiusmodi assertum falsitatis arguens, inquit cap. 1. quod natus sit: *anno gratiæ millesimo quadringentesimo trigesimo septimo*; illius Sancti Vitam, & Merita detruncans, & historiam Ordinis inuertens. Similiter licet Officium Venerabilis Sacramenti, quale inter opusscula S. Thomæ inuenitur, & in Ecclesia Canitur Vniuersa; Sancto Doctori tribuerint Pius V. & viri eruditissimi, qui ipsius Pij iussu Operum S. Doctoris editionem Romæ curarunt; Istudque Officium inter eius Opuscula, Ordine LVI. Inseruere; & Romani Breuiarij eruditi Correctores, qui lectiones ad Secundum Nocturnum sic inscripsere: *Sermo Sancti Thomæ Aquinatis*: & Pontifices, qui Breuiarium ità recognitum,

ap-

approbauere; & hoc conuincat Vrbani Auctoritas; attamen Papebrochius *tom. 1. Aprilis in Appendice ad diem 5. Aprilis*, tantorum Pontificum Auctoritate contempta, Ecclesiæ consensu post habito, inani, & leui coniectura, Offitium prædictum Angelico Doctori abiudicare, ipsumque Sanctum ab istius laudis, ac gloriæ possessione deturbare ausus est.

Scire tamen deberet Papebrochius, quod cum Erasmus, vt refert Ludouicus Torelli in *præfatione ad Saeculum Septimum Augustiniana Religionis num. 62.* scripsisset, quod D. Augustinus Regulam non composuit, nec pro Monachis, nec pro Clericis Augustinianis; non solùm sacra facultas Parisiensis publico decreto statuit errorem esse asserere Regulam D. Augustini solis feminis scriptam, & Catalogus librorum expurgandorum à S. Offitio editus iussit deleri hoc Erasmi commentum; sed vt addit *num. 69.* suprema Hispaniarum Inquisitio prohibuit huiusmodi Erasmi Sententiam, non solum tanquam falsam, sed quod magis est, tanquam Summis Pontificibus iniuriosam; quippè qui Regulam illam tanquam à D. Augustino confectam, multis Religionibus sub ea militantibus concessere.

Rursusque debuerat animaduertere, quod Daniel Bartolus in Vita D. Ignatij *lib. 1. pag. 79. num. 20.* post adductam Bullam Pauli Tertij approbatiuam exercitiorùm Sancti Ignatij, inquit: *Così si chiuse la bocca agli auuersarij., ò almeno si fece, che non potessero aprirla per condannare, ò censurare, ciò che la* Sede *Apostolica approuato, e commendato hauea, senza nota di temerarij, oltre à quella di maldicenti.*

Secundum Papebrochij argumentum deducitur ex silentio eorum omnium, qui Alterius Patriarchæ Vitas Antiquitus scripserunt, multa de mutua eorundem familiaritate memoriæ commendantes; nemo enim illorum de hoc colloquio meminit. Respondeo tamen, quod *tom. 3. Aprilis ad diem 23. de Beato Egidio agens part. 3. Vita cap. 2. num.* 87 ità habet

habet *Statuerat aliquando S. Ludouicus Francorum Rex suscipere peregrinationem, & loca Sacra visere, audiens autem de eximia, & admiranda Fratris Egidÿ sanctitate, decreuit illum adire. Itaque Perusiam se contulit, vbi illum esse cognorat: cumque ad Monasterÿ Portam venisset, seu ignotus quidam peregrinus, cum paucis familiaribus, rogabat vbi frater Egidius esset; nihil de se indicans Ostiario. Is autem dixit Egidio, Peregrinum praeforibus cupere ipsi loqui. At tum verò spiritu cognouit Egidius eum Regem Franciae esse, celleriterque ad illum accurit; dixisses hominem ebrium esse. Vbi in mutuos venere conspectus; se se inter se complexi sunt per quam hilariter, ac si longa inter illos familiaritas Intercessisset; atq; ità stabant simul ad Portam cum multa eximÿ amoris significatione, tamet si neuter quid quam alteri loqueretur: tandem à se taciti dicesserunt. Egidium autem ad Cellulam suam redeuntem quidam frater rogauit, quis nam ille fuisset* Peregrinus, *qui tot erga ipsum beneuolentia signa ostendisset. Respondit ille Ludouicum Christianissimum fuisse Galliarum Regem. Valdè autem contristati, & pudefacti fratres, quod Egidius tanto* Principi *nihil esset locutus, dixerunt ei: en venit ad te visendum è Gallÿs tam potens, & qua causa ei nè vnum quidem verbum fundere voluisti? mox Egidius: ne miremini, inquit fratres mei, nihil me cum illo Rege locutum; nam simul, atque in mutuos amplexus, & oscula ruimus tanta Diuina Sapientiae luce perfusi sumus, vt alteri alterius pateret cor, & taciti videremus, quid quid inuicem ore prompturi eramus, idque longe melius, quam vel dicere, vel audire extrinsecus potuissemus; quae autem illic à Domino audinimus ea nullo vocis sono exprimere possumus ob humana linguae defectum, quae Dei Arcana explicare non potest, nisi persigurarum inuolucra, quod si inter nos ore locuti essemus, intus nobis ipsis impedimento fuissemus. Noueritis igitur fratres dilectissimi, Regem illum Franciae maiori intus consolatione affectum esse, quam ego dicere, vel vos capere queatis; nosque à*

 nobis

nobis cum ingenti animorum gaudio dixeßisse.

Nullum arbitror tam hebetem lectorem reperiri, qui arcanum istud Sanctissimi Regis cum B. Egidio colloquium rem memoratu dignissimam, & inter miranda tanti Principis facinora recensendam non fateatur, nemo tamen illorum, qui de Lodouico scripserunt, aut colloquium istud, aut hanc susceperam peregrinationem narrat; vnde Papebrochius ipse in annotatis ad præcitatum Caput Littera A. inquit: *mirum esset de profectione S. Ludouici R. in Italiam nihil alibi inueniri; nisi tanta fuißet transmarinarum eius expeditionum claritas, vt hanc obscuram, & cum paucis obitam peregrinationem facillimum fuerit ab historicis reticeri.* Verum si tanti Regis peregrinatio, tam mirabili decorata Colloquio, obscura potuit esse; cur ni & S. Francisci aduentus in Vrbem obscurus esse potuit? maximè cum sæpe iret, rediretque, vt in *historia Interamnæ* testatur Angelonus & ex illius Vita apparet?

Tertium Argumentum; quia difficile fit vtrumque Romam simul adducere anno 1219. Respondeo tamen difficultatem illam nullo subsistere fundamento; nam D. Angelus, vt Colligitur *ex cap.* 21. *Vitæ*, circa finem Aprilis anni 1219. Romam peruenit S. Franciscus, vt in eius *Vita lib.* 3. *cap.* 1. refert Fra: Tibutius Nauarri; & *lib.* 2. *cap.* 25. *anno* 1219. sub pro Festo Pentecostes, seù 25. Maij, vt inquit Papebrochius, Assisiana comitia, Generaleque Capitulum incepit. cui Capitulo etiam D. Dominicum interfuisse notat.; potuit ergo vterque ante illud Capitulum Romæ fuisse; cum Capituli locus vix trium dierum Itinere Roma distet, fuisse autem testatur Enochus, cui sine fundamento non est fides neganda; etiam si huius rei, non extitisset vestigium supra Portam Cellulæ, quam apud S. Sabinam (Monasterium est Ordinis Prædicatorum in Vrbe ad Montem Auentinum) S. Dominicus Inabitauit; supra enim Portam illam hæc legebatur.

inscri-

inſcriptio, in Carmelitano Speculo *tom.* 2. *numer.* 1232. relata.

Memento Poſteritas, & memorare
Hunc, quem præteris angulum perangustum
Sat augusta is fuit S. S. trium Virorum Curia:
Dum anno Salutis MCCXIX. iſthic
Diuinis in collòquijs pernoctarunt
Trium Ordinum primitiua Lumina
Militantis Eccleſiæ fida Columina
Franciſcus Seraphicus
Angelus Martyr. Carmelita
Et Dominicus Cellulæ huius Inquilinus
Audi Roma
Felicius hic ſuperuolat Auentino tuo augurium
Ex tali Heroùm triſigmate:
Quàm qui olim Romulo tuo Spectati ibidem
Tres Vulturum * quaterniones:

Quibus vltimis verbis alludit ad notiſſimam hiſtoriam de Vulturibus, ſuper hunc Montem conuolantibus, & Romulo, ac Remo, ſub initium Vrbis conditæ viſis. Ceterum proſtabat adhuc hæc Inſcriptio anno 1668. ſub tempore Quadrageſimali, quo Curente Adm. R. P. M. Ludouicus Perez tunc temporis Conuentus S. Mariæ Tranſpontinæ Regens, nunc Publicus in Romana Sapientia Metaphyſicæ Lector.

Per Otium eam legit ac exſcripſit: Verum Occaſione nouæ fabricæ ibi per acta Sacello (quod olim Cellula) intus; ac in facie, marmoribus Eleganti ſſimè, Incruſtato, aboliti ſunt Characteres; vt anno 1671. idem Pater vidit, & indoluit; interim perpendat Papebrochius, quæ ex Ianino exſcripſimus. Ludouicus igitur Ianinus Ieſuita de *Vita, & Geſtis Xauerij lib.* 1. *num.* 13. ſic inquit: *tacenda non videtur in rebus Xauerij ſcribendis vulgaris Auctorum hallucicinatio, qui eius*

*obedientia exquisitam praestantiam ex eo celebrant, quod obtemperarit Ignatio iubenti ad indos proficisci; nec dum enim tunc Ignatio subdebatur, Societate nondum constituta, Ignatio nondum Generali, nondum Xauerio vllius obedientia illi obnoxio, sed vna obseruantia, & amoris libera voluntate. Hanc ergo indicae Missionis tam laboriosam, quam claram Prouinciam, ab ipsomet suscepit Pontifice... quod tres Romanae Rotae cognitores prudenter admodum aduertunt, cum ad Sacrum Senatum coram Pontifice de Xauerij virtute, ac Miraculis relaturi, obqua illi Sanctorum honores tribuendos censebant, inde exorsi sunt, quod prerogatiua Eccellenti ab Christi Vicario Apostolatum accepisset.*Ità Ianinus; ex cuius testimonio satis colligitur in recenti Societatis historia suos non de esse errores; in quibus Emendandis, feliciori omine, ac exitu minus Erubescendo Papebrochianus dessudasset Calamus.

Denique Theophylus Raynaudus Iesuita emunctæ naris vir (vt ipse Papebrochius vult) in sua Holpoteca sect. 2. serie 2. cap. 20. colloquium istud de quo in præsenti, agnoscens, sic habet: *Executus est fideliter concreditam sibi legationem pius Angelus, postquam adita Vrbium Matre, in Sanctos Dominicum, & Franciscum incidit inibique Franciscus, & Angelus mutuò de cœlo inspiratis praenuntiationibus sunt recreati; nam Franciscus Angelo Martyrium, hic impressionem Stigmatum longe, antequam contingeret, praedixit.*

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

Quod S. Angelus Panormi conuertit ad fidem septem supra ducentos Iudaeos?

BEnigna tandem à Summo Pontifice Honorio Tertio venia impetrata, & Sanctis Dominico, & Francisco in Christo valere iussis, ab Vrbe profectus cum Socijs, per superio-

periorem Italiam iter longum faciens, vbicunque moram trahere oportuit, euangelizando, & verbo, & opere in fide construendo, multa & admiratione fecit miracula, & aliqua, tum in Apulia, tum in Campania suæ Professionis Cœnobitis loca suscepit, ac tandem in Siciliam peruenit, vbi prima Panhormus ei hospitium dedit in Monasterio S. Mariæ cognomento de Grotta, Ordinis S. Basilij: vbi Athanasius Monasticam duxit Vitam, antequam in Alexandrinum Patriarcham assumptus foret; quoniam nondum ibi Domus Carmeliticæ professionis esset. Hic Spiritus feruore incomparabili, diebus quadraginta, quotidianis Sermonibus vacat Angelus, & incomparabilia Conuersionis Opera, & fructus incredibiles protulit; nam & Iudæorum septem supra ducentos conuersi sunt, & de Ismaelitis plurimi. Christiani verò ferè omnes ad pœnitentiam redacti, infirmi quoque non pauci diuersis Ægretudinibus vexati ad Sanitatem restituti; quibus peractis, eisdem assumptis Socijs, Maiorem Insulæ partem, vbi Sanctus sua prædicatione opus esse, Christo inspirante, cognoscebat, Verbum Dei seminando, peragebat; plurimisque Interim Carmelitanæ professionis habitum concedit, & loca aliqua Carmelo addit, ac denique Agrigentum, vt illius Vrbis Antitistem reuerenter salutaret proficiscitur.



Cir-

Circa Caput Vigesimum Secundum.

DVBIVM VNICVM.

An Honorius III. à Nouembri anni 1219. vsque ad annum 1222. fuerit extra Vrbem Romam.

SIcut D. Angelus, relicta Ciuitate-Veteri, Romam petijt; ita & Honorius III. vt constat ex Chronico Ricchardi de S. Germano, qui ad annum 1219. sic habet; *hoc anno Honorius Papa mense Iunio Vrbem exiens iuit Rheate. ibique moram faciens vsque ad mensem Octobrem, indè iuit Viterbium, & tandem Romam reuersus est; sed cum propter Romanorum molestias esse Romæ non posset, coactus est Viterbium remeare.* Huic Ricchardi asserto consonant Pontificis Honorij diplomata; Etenim apud Vghellum Italiæ Sacræ *tom. 5. pag.* 803. fit mentio diplomatis Honorij III. quo Canonicis Veronensibus confirmauit omnia priuilegia. Huius autem diplomatis subscriptio est talis. *datum Rheate 4. nonas Augusti Pontificatus anno* 4. incipiebat autem iste annus quartus à die 18. Iulij 1219. Initio Octobris Rehatinam Ciuitatem relinquens, Interamnam passuum m. 18. distantem petijt, in ea que die 5. Octobris anni 1219. mansit, vt vidimus ex Francisco Angelono in *Historia Interamnensi part. 2. ad annum* 1219. & inde Viterbium iuit, vt constat per breue *datum Viterbij 13. Kal. Decembris Pontificatus anno quarto*; quo diplomate Nicolao de Claramonte Episcopo Tusculano dedit Ecclesiam S. Mariæ in Monasterio, vt habetur apud Vghellum in Italia Sacra, *tom. 1. de Episcopis Tusculanis fol.* 265. deindè Romam reuersus est; sed cum propter Romanorum Molestias esse Romæ non posset, coactus est Viterbium remeare. *anno* postea 1220. (vt inquit Ricchardus in Chronico) *Papa mense Iunio à Viterbio ad Vrbem-Veterem vadit, & circa finem*

Sep-

Septembris Viterbium rediens; ex inde Romam reuersus. hinc legitur Honorij Epistola contra Aniciensis paricidas, data *apud Vrbem-Veterem 6. Idus Iulij Pontificatus anno 4.* hoc est die decima Iulij anni 1220. & alia Epistola, qua monet Ioannem Hierosolymitanum Regem, ne contra Armenios arma conuerteret, data 3. Idus Augusti, Pontificatus anno 5. hoc est die vndecima Augusti anno 1220.

Inquit Papebrochius: *ex hinc* (scilicet ex Vrbe-Veteri anno 1220.) *varia peragrauit loca Dominij Pontificij, nam & Ancona scitur fuisse Mense Decembri, atque post anni sequentis Romæ transacti quietem, circa Maium 1222: Alatri in Campania habuisse residentiam suam*; in quibus verbis duplex continetur error, à nobis in superioribus satis reiectus. Primus est, quod Honorius anno 1220. Mense Decembris fuerit Anconæ. Secundus est quod anno 1221. Honorius III. semper manserit Romæ. Verum erroribus errores addens; ad illa Verba Panormitani textus: *benigna tandem à summo Pontifice Honorio Venia impetrata*, inquit: *erat ergo iam in Vrbe Pontifex: non fuit autem à Nouembris anni 1219. vsque ad annum 1222.* Verum, quod Pontifex à mense Nouembris 1219. non fuerit semper extra Vrbem, vsque ad annum 1222. non solum constat esse falsissimum ex dictis in præsenti dubio; sed etiam contrarium Papebrochij asserto, quod scilicet Honorius per totum annum 1221. Romæ quietus permanserit.



CA-

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

Quod S. Angelus mundauit Septem Leprosos, & sanauit Archiepiscopum Panormitanum ab incurabili Infirmitate.

PORrò transeuntes per Balnea Cephalonitana, in ipso Thermarum loco inuenti sunt septem leprosi, videlicet Ioannes Drepanensis, Pinus Thermensis, Franciscus Pactensis, Andreas Nothensis, Lazarus Randacensis, Antonius Calathamixensis; Manfredus Suteranus, quibus cum aliquandiù Balneorum Custos contenderat, prohibens ne Balneum intrarent, ipsum Leprosorũ non esse attestans: tum ille controuersiam audiens, dixit: pacem habete, precor, Viri Christiani; & audite obsecro: creditis nè Balnei virtute Sanitatem vobis restitui posse? At illi credimus inquiunt. Tunc Angelus: error certè vester est, Viri Christiani; alia enim via Sanitas vobis quærenda est: pœnitere vos peccatorum oportet, contritione, præuia, confessio vestra est Medicina, quæ sine Balnei ingressu iam liberati eritis. His auditis, Sancti Viri Monitis parent, & Sacramentum pœnitentiæ perficiunt; quos Angelus proximi Fontis aqua, proprijs manibus lauat, & oratione præhabita, per virtutem Iesu Christi Lepram abire iubet, subitoque eorum Carnes Mundissimæ visæ sunt, ac si nunquam Lepræ contagio laborassent. Sanatis verò Angelus dixit: cauete, nè in aliam, peccando grauiorem Ægritudinem incidatis: Scelus enim Infermitatis causa est, & peccatum in Deum, & proximum. Fecit autem Vir Dei Sanctus hoc miraculum palam: quod manifestum fuit viris centum, & triginta præsentibus, præcipuæ verò Gotfrido Panhormitano Archiepiscopo, qui doloribus præssus in Balneis morabatur, & Deum magnificans in Sancto Viro Angelo, subito, & ipse Sanus fuit.

Cir-

Circa Caput Vigesimum Tertium.

DVBIVM VNICVM.

De Nomine illius Archiepiscopi Panormitani, de quo fit Mentio in Vita D. Angeli.

CVm cap. 23. Vitæ D. Angeli dicatur, quod anno 1220. Episcopus Panormitanus vocabatur Gotfridus; circa præfactum nomen maxima oritur difficultas. Nam ab anno 1214. vsque ad annum 1252. Panormitanam Ecclesiam rexit Berardus; quod probat Rocchus Pyrrus; quia in diplomatibus ab ipso adductis, & ad annum 1215. & ad annum 1225. & deinceps, fit mentio Berardi Archiespiscopi Panormitani.

Quod si dicas fuisse duos Berardos; respondet Rocchus: *ne facilè ad miserim duos fuisse Berardos, inter quos Gaufridus iste fuerit interiectus: diplomatum enim verba in eundem semper videntur cadere: Sentio igitur Gaufridum hunc non Archiepiscopum fuisse Panormitanum, sed illi Panormitanæ Ecclesiæ curam, & vices suas demandasse Berardum, quem scilicet dum in Comitatu Regis esset, sepissimè Panormo abesse oportuit. Indè fortassis factum est, vt Panormitani Episcopi Appellationem apud aliquos Scriptores retulerit: quod penes illum aliquandiù esset eius Ecclesiæ Administratio.* Ità Pyrrus.

Respondeo tamen primò, quod vnus, & idem Archiepiscopus esse potuit; qui in diplomatibus vocatur Berardus, & in Vita D. Angeli vocatur Gotfridus; pro qua responsione duo notanda sunt. Primum est antiquis nominum mutationem vsitatissimam fuisse, vndè Bohuslaus Aloisius Balbinus Iesuita in tractatu inscripto: *De S. Angela Virgine, quæ Carmelitana, & Regis Bohemiæ filia fuisse traditur, disquisitio historica:* inquit: *Secundo dari mihi postulo, quod innumeris exemplis*

probare possum: nimirum mutationem nominum. Antiquis vsatissimum fuisse, & maximè, si mutatio status, & conditionis accedat. Omnibus hoc gentibus notum est; & neminem, qui vel historiam à liminè salutarit, negaturum existimo. Secundum est, quod non obstante nominis mutatione, adhuc primo nomine quandoque scriptores vtebantur. Sic Onuphrius Panuinius ad *Vitam Siluestri Secundi* à Platina scriptam annotat, quod: Huius in Bibliotheca Alexandri Farnesij Cardinalis Amplissimi extat in membranis scriptus vetustissimis Caractheribus liber cum hac inscriptione: *Incipit Liber Geometriæ editus à Domino Geberto Papa, &, Philosopho, qui & Siluester II. est nominatus.* Sic Lambertus Schafnaburgensis Gregorio Septimo Coetaneus, non alio, quam Hildelbrandi nomine eum vocat: vndè de *rebus gestis Germanorum ad annum* 1073. inquit: *Alexander Papa, qui, & Anselmus, decessit, cui Romani protinus, inconsulto Rege, successorem elegerunt Hildebrandum, virum Sacris litteris eruditissimum; & in tota Ecclesia, tempore quoque priorum Pontificum, omni virtutum genere celeberrimum.* & ad annum 1074. inquit: *Hildebrandus Papa, cum Episcopis Italiæ conueniens, iam frequentibus Synodis decreuerat, vt secundum Instituta Antiquorum Canonum Presbyteri vxores non habeant:* & ad annum 1076. *aderant præterea Hildelbrandi Papæ legati*: quid ad hæc arguemus nè hunc Gregorio Septimo Coetaneum Auctorem ignorantiæ, quasi nesciret, quod Hildelbrandus, Pontifex renunciatus, Gregorij Septimi nomen assumpserat? dementia esset, vel hæc cogitare. Ità & Sigibertus Gemblacensis Gregorio Septimo Coæuus in *Chronographia ad annum* 1085. inquit: *Henricus Imperator Moguntiæ Regali, & Synodali Conuentu coacto, exigit ab omnibus, vt Hildelbrandi depositionem, & Guiberti Ordinationem, subscripto approbent, cui aliqui manu, & ore fauentes, Corde tamen Hildelbrando fauebant.* Marianus verò Scotus (qui obijt anno 1080. vt refert Dedechinus in continua-

tinuatione ad Chronica eiusdem Mariani) *lib. 3. Chronicorum ad annum* 1075. inquit: *Interea Domino Alexandro Apostolico de Medio sublato, suscepit Sedem Apostolicam Gregorius Septimus, qui & Hildebrandus.* In solo autem Dodechino Mariani continuatore, tot habemus exempla, vt cuilib. suffi-cere debeant, nisi pertinax haberi velit, nam ad annum 1085. scribit: *Synodus Moguntiæ, apud S. Albanum iussu Henrici habetur: cui ipse cum legatis Vigberti, qui & Clemens, interfuit:* & ad annum 1090. *Ludouicus litteras suscipiens, vocato ad se Venerabili Stephano: qui & Herardus, Halueratadensi Episcopo, eas tradidit legendas.* & ad annum 1099. *Vrbanus Papa, qui, & Otto, obijt... anno millesimo centesimo decimo nono obijt, & Ioannes Papa, qui & Gelasius, apud Cluniacum, cui successit Otto, qui & Callistus:* & ad annum 1164. *Conradus Moguntinus electus confœderatus est Orlando, qui & Alexander.* Idem Dodechinus de Henrici Imperatoris Vxore agens, eam modo vocat Adhelaidam, vt ad annum 1090 dicens: *Henricus Rex Adhelaidam Reginam odio habere cœpit:* modo vocat Praxedem, vt ad annum 1097. scribens: *Praxedis Regina discessit ab Imperatore.* Sic nomine Praxedis vocans eam & Bertoldus Constantiensis ad annum 1094. & Domnizo in Vita Mathildis *lib. 2. cap. 9.* vt constat, apud Baronium *ad an. 1093. & 1095.* Hinc Franciscus Maria Florentinus (quem Papebrochius *tom. 3. ad diem 27. prauie ad Acta S. Antonij Presbyteri Eremitæ num. 1.* tanquam summa eruditione clarissimum laudat) in opere Italico, cui titulus: *Memorie di Matilda, lib. 2. ad annum* 1092. Sic de Henrico Imperatore: *A tal segno di cecità s'era ridotto, che infastidito di Adelaida, ò Prassede sua moglie (nell' vno, è nell' altro modo chiamata da Scrittori Coetanei) non solo l'hauea, &c.* Itá pariter, si volumus vnum, & eundem fuisse Archiepiscopum, de quo diplomata à Roccho Pyrro adducta loquantur, etiam fateri debemus plura nomina habuisse; etenim non solum Antonius

Summontius in *historia Neapolitana* eum vocat *Bertoldum*, sed & Ricchardus de S. Germano Coeuus Auctor, eum modo *Berardum*, modò *Riccardum*, modò *Bernardum* vocat; in suo namque Chronico ad annum 1215. inquit: *Legatus quoque Regis Frederici Panormitanus Archiepiscopus Berardus nomine*. & ad annum 1228. *Archiepiscopus Panormitanus Nuncius à Soldano ad Cæsarem rediens Elephantem vnum, Mulos, & pretiosa quadam alia munera ipsi Imperatori detulit ex parte Soldani*; & ad annum 1238. *Imperator Imperatricem Vxorem suam de Regno in Lombardiam reduci iubet ad se per Berardum Panormitanum Archiepiscopum*: ad annum 1240. *Imperatrix cum Ricchardo Archiepiscopo Panormitano in Regnum venit*: ad annum 1243. *Mense Iulij Imperator ad Papam mittit apud Anagnum Bernardum Archiepiscopum Panormitanum*; ex quibus etiam constat, quod Archiepiscopus iste, plus Federico, quam suæ inseruiebat Ecclesiæ, à qua ferè semper viuebat absens, Frederici partibus nimis addictus; vnde ad illum videtur missa Innocentij quarti Panormitano Episcopo directa Epistola. *ad annum 1251. apud Odoricum num. 5.* quæ sic incipit: *Ætatis tuæ nos plurimum miseret, & ex corde compatimur canis tui, si ad inferos obstinationis laqueo, vel quod absit, peruerso desperationis consilio, deducantur, & ideò, quia sicut tibi tua dictare potest conscientia; nisi fortè rationis extrema scintilla in te præ nimia peccatorum caligine, penitus sit extincta, enormiter coram Deo, in totius Ecclesiæ scandalum deliquisti.*

Hæc autem nominum multiplicatio, & diuersitas ex multiplici capite oriri potest. Primo ex Baptismo; sic de Diuo Francisco, quod etiam Ioannes vocatus fuerit scribit Bordonus in *Historia Tertij Ordinis*. Secundò ex mutatione status, vt vidimus de diuersis Pontificibus. Tertiò ex aliqua Insigni Operatione; sic Melchior Inconfer Societatis Iesu *tom. 1. Annalium Ecclesiasticorum Regni Hungariæ ad annum Christi*

Hi 1001. de Stephano I. Hungarorum Regè loquens, ait: *mox verò Colosensem Basilicam in Albensi Comitatu Instituit, eique Astricum, moribus, & doctrina prestantem*, Pontificem *canonica electione dedit, eumque post Initum* Pontificatum, *incertum qua de Causa, Anastasium vocauit*. & in fine in *Appendice ad pag*. 3 25. de hoc eodem Anastasio: *excitatam Henrici* Pietatem *ad tot Ecclesias fundandas tradunt quidam ab Hilario Hungarorum Episcopo, Ingentium prodigiorum viro, de quo loquuntur Tabula Monasterij Virginum Neoburgi; is non alius est ab Anastasio Colosensi... vt autem aliquando Astricus, aliquando Anastasius, ità nomina ex euentu magnarum rerum, quas operatus est, accepit*. Aliquando ex linguarum diuersitate, vndè D. Hieronymus in *Caput secundum Epistola ad Galatas* aduertit; quod Apostolorum Princeps, & *Petrus*, & *Caphas* vocatur; *non quod aliud significet*, Petrus, *& aliud Caphas; sed quia nos Latini, & Græci, petram vocamus, hanc Hebræi, & Syri, propter linguæ inter se viciniam, Capham nuncupent*. Sic Abraham Ecchellensis *in* P*ræfatione ad Eutichij* Patriarchæ *Alexandrini Chronicon*, inquit, quod à Ioanne Hesronita iste Euthichius vocatur fælix, *significatione desumpta ex Arabico vocabulo (Sahid) quod fælicem, ac fortunatum denotat*. Sic quod Sanctus Amandus, apud Gallos est S. Chimas, qua de re potest videri *Gallia Christiana* Claudij Roberti; nam in fine habet quam plurima huiusmodi exempla. Quartò ex aliqua vanitate, vt habet Pallauicinus *in historia Concilij edita Romæ an*. 1666. *libro enim* 1. *num*. 81. sic de Erasmo scribit: *concorse in vna vaghezza stranissima, che regnò negli humanisti di quell'età: ella fù di rifiutare etiandio i nomi proprij, e trasformarli in quelli di quindici, e più secoli auanti.. per questa vaghezza il Cognome di Melantone fù assunto da Filippo, come rispondente nel Greco al suo vero cognome, che in Tedesco vien à dire Terra nera. Similmente adunque nel nome addotato di Erasmo fù cambiato il suo nome origi-*

originario di Gherardo, che val desiderio in Fiammingo, si come quasi lo stesso il nome di Erasmo in Greco. Quintò denique oritur ista multiplicatio ex alijs capitibus de quibus Arcangelus Gianio in *Annalibus Seruorum tom. 1. Cent. 1. lib. 1. cap. 1.* & illius Scholiastes ad *cap. 3. num. 2.* potest etiam videri Ioseph Suarez in *historia Pranestina lib. 2. cap. 12.*

Non me latet quid de duplici nomine scribat Papebrochius in *Propyleo Antiquario num. 95.* quasi recurrere ad nominis duplicitatem, vt aliqua historiarum contradictio saluetur, sit: *omnem antiquitatem Ius, deque vertere, aut in re historica nihil intelligere.* Sed scio etiam, quod in *Patriarcharum Hierosolymitanorum historia Chronologica num. 186.* ad nominis duplicitatem ipse recurrit: ità enim habet,

LXXXIV. Hieremias, seù Orestes,

Diuersis his nominibus, quorum altero Elmacinus, altero vtuntur Catalogi, vnum eundemque hominem significari vix ambiges. Ità & nos diuersis Gotfridi, & Berardi nominibus, quorum altero Enoch, altero diplomata vtantur, vnum, eundemque hominem significari vix ambigimus.

Respondeo secundò, quod nominis variatio multis causis attribui potest, absque eo, quod historici ignorantiæ aut fictioni attribuatur. Et primò imputari potest transcribentibus. Sic Papebrochius *tom. 1. Aprilis die 2. in Actis S. Francisci de Paula cap. 14. num.* 173. de Claudia Regina Franciæ loquens, inquit: *Hac illa quæ quod Leonem facere videatur Auctorem Breuis Commissorialis ad Parisiensem Episcopum datur, (quod à Iulio Papa constat Emanasse) cuidã transcribentibus Inaduertentia imputari debet.* Secundò potest imputari lapsui memoriæ, sic Papebrochius *tom. 3. Aprilis, die 22. de S. Sotere Pontifice, num. 6.* inquit: *Consule Aringhum lib. 3. Roma Subteranea, cap. 19. sed is, per memoria lapsum Onuphrio ascribit, quæ ex Ciacconio produximus*, similiter *tom. 1. Aprilis, die 2. in Commentario prauia ad Vitam S. Francisci de Paula,*

q. 2. *num.* 10. referens qualiter Comineus *lib.* 6. *Commentariorum suorum c.* 8. agens de S. Francisco de Paula tanquam de homine sibi noto, cum dicat: *sepè audiui eum coram moderno Rege differentem*: eum tamen, non *Franciscum*, sed *Robertum* vocat, inquit: *Ego suspicor, quod in Autographo Cominei remanserit locus vacuus exprimendo nomini proprio, quia non vacabat studiosius illud quærere, aut scribentis memoria non occurrebat: quem hiatum librarij ex se suppleuerint; alius rectè, perperam alius; & hic quidem plures exempli sui sic vitiati transcriptores nactus.* Cur idem in Casu nostro respondere non possimus, non video; maximè cum Enoch post annos septem à Diui Angeli Martyrio, historiam Vitæ scripserit. Ità *pag.* 159. *in annotatis E. & pag.* 584. *in annotatis* 5. variationem Nominis memoriæ lapsui imputat. Tertiò potest imputari erranti Calamo. Sic Papebrochius *tom.* 3. *Aprilis ad diem* 30. *agens de Beato Michaele de Barga n.* 8 inquit: *mirabile est autē quomodo Gonzaga inciderit pro Michaele scribere Ludouicum*, & respōdet: Quartò *Gonzaga exerrante Calamo potius, quam mente fluxisse nomen Ludouici*. Ità pariter *tom.* 1. *Aprilis in Commentario de S. Maria Ægyptiaca* §. 4. *num.* 31. ad diem 2. inquit: variationem nominis euenisse *quadam Calami præcipitantia*. Hac calami præcipitantia excusare possumus Pallauicinum, dum in *historia Concilij Tridentini edita Romæ anno* 1666. *lib.* 7. *num.* 49. & in eadem edita Romæ 1664. *lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 13. scripsit: *L'oratione del Seripando addolcì mirabilmente gli animi, e vi concorsero le preghiere di Andrea Audet Generale de Carmelitani*: cum certissimum sit, quod nullus tunc fuerit Andreas Carmelitarum Generalis: & quod ille, de quo Pallauicinus, non Andreas, sed Nicolaus vocaretur. Ità pariter hac Calami præcipitantia excusari poterit Enoch, si tamen ipse fuit, qui in Nomine Archiepiscopi errauit. Vbi benè notandum, quod notitiam de Carmelitarum Generali habuit Pallauicinus ab

eis

eis, qui Concilio interfuerunt; nam in margine à Capitulò secundo vsque ad num. 17. Capituli quinti, libri septimi, non citantur nisi *Acta Angeli Massarelli*, qui, vt testatur ipse Pallauicinus *lib. 6. cap. 1. num. 6.* erat Concilij Secretarius, & litteræ ab eis, qui Concilio aderant, conscriptæ, & responsiones ad illas.

Respondeo tertiò, quod cum teste Pyrro, ab anno 1215. vsque ad annum 1225. nulla in diplomatibus Berardi mentio reperiatur; non est certum, quod vnus, & idem Berardus fuerit, qui & anno 1215. in vno, & anno 1225. in alio diplomate nominatur. Et primo hoc non probatur ex identitate nominis, vt constat ex ipso Papebrochio *tom. 1. Aprilis, die 10. de Sanctis Martyribus Afris, num. 6.* nam licet in Ecclesia S. Mariæ Seruitarum Bononiæ asseruetur Brachium, quod dicitur S. Terentij Martyris; tamen inquit: ***non indè constat reliquias esse Terentij Martyris Afri, sub Theodosio Magno olim Constantinopolim translatas, & non potius alterius Terentij Romæ Coronati***: neque ex Pyrri auctoritate, duos Berardos in vnum forsan confundentis, cum ipse Papebrochius *tom. 3. Aprilis, die 26. de S. Cleto, num. 1.* scribat: ***quam pronum fuerit varijs Scriptoribus ob nominum similitudinem à verò aberrare, toto hoc opere nostro sepius inculcamus, dum ostendimus, quomodo vni soleant tribui, quæ à diuersis peracta sunt.*** Vndè sicuti nominum similitudo Pyrrum induxit in errorem, vt Clementis VI. rescriptum pro Catanensis Ecclesię Exemptione tribueret Clementi IV. vt in *Catana Sacra* §. *26. sect. 2. fol.* 101. notat Ioannes Baptista de Grossis; ità & in nostro Casu decipi potuit ob nominum similitudinem.

Respondeo quartò, quod cum ex Ricchardo de S. Germano. Iuxta superius dicta, constet, quod Berardus Archiepiscopus Panormitanus, sepè sepius ob Federici Imperatoris negotia esset absens, fieri potuit, vt Gotfridus Berardi Vices sustinens, Panormitanæ Ecclesiæ præesset tanquam Vi-

Vicarius, vel Administrator; quo casu, mirum non esset, si Archiepiscopus vocaretur, cum plura ex Papebrochio suppetant exempla, nam *tom. 3. Aprilis die 26. de S. Marcellino Cai Pontificis successore*, inquit: *cum dicatur fuisse Papam annis octo, & mensibus aliquot, & tamen à morte S. Caij ad Mortem S. Marcellini non fuerint, nisi anni octo: arbitramur ergo, adhuc viuente Sancto Caio; consecratum Episcopum Marcellinum, deindè Mensibus tribus, aut certe aliquot, fuisse Vicarium eiusdem* S. *Caij capti, aut aliter impediti*. Rursus ad *tom. 1. Aprilis in Diatriba Praliminari in Catalogos Pontificum Romanorum Veteres*, cum in illis Catalogis scribatur, quod Sanctus Vrbanus Sancti Callisti successor sedit annos octo, menses vndecim; inquit Papebrochius num. *62. Proindè sedit scilicet Vrbanus post Martyrium Sancti Callisti adhuc anno 222. aut forsan, adhuc ipso vivo, Vicarius, vsque ad 25. Maij ann. 230. vt prater annos octo, possint haberi menses XI. aut. X.* Addit *num. 64.* de S. Antero Papa, quod ante Papatum fuerit Vicarius Vrbani, & Pontiani Pontificum, & *num. 68.* de Sancto Stephano Papa, quod prius fuerit Vicarius S. Dionysij Pontificis; *num. 72.* de S. Euthychiano Papa, quod prius fuerit Vicarius S. Felicis, & quod istorum Vicariorum quilibet tẽpore sui Vicariatus vocabatur Papa. Videatur idem Papebrochius in *Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum Romanorum Differt. 3. pag. 14. num. 1.* Rursus in *historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum, num. 136.* refert Papebrochius, quod Capto à Persis anno *614.* & in Persidem abducto Zaccharia Patriarcha Hierosolymorum, eius Vicarius remansit Modestus. Iste Modestus esto Patriarchæ Vicarius, tamen à Leontio Coeuo, & Auctore Vitæ S. Ioannis Elemosinarij Patriarchæ Alexandrini, *num. 33.* eiusdem Vitæ vocatur Patriarcha notat hoc Papebrochius, & *num. 137.* inquit: *& hic quidem Modestus per prolepsim Patriarcha nominatur à Vita istius Auctore Leontio; sed in Vita*

S. Anastasij Persæ die 22. n. 11. Sanctissimus Presbyter, & Vicarius Apostolicæ Sedis prò Patriarcha captiuo locum tenens.

Denique in *Conatu Chronico-historico, part. 2. pag.* 40. refert totum Chronicum M. S. D. Mathæi Spinelli de Iuuenatio, qui, inquit Papebrochius, *ea scripsit, quæ vidit, vel à propinquo audiuit*. Igitur auctor iste *sub anno* 1255. Inter cætera de Innocentio quarto Pontifice, & Manfredo Principe Tarentino, qui Capuæ morabatur, scribit: *eodem tempore Archiepiscopus Fulginij à Papa Legatus ad Principem venit, mandans sub pæna excommunicationis vt reuerteretur ad Obedientiam Ecclesiæ, ipse, & Oppida omnia, quæ occupabat*, Et quia præfata verba continent difficultatem similem ei, vel etiam maiorem ea, quam agitamus, ideò Papebrochius ea veluti commentans, sic prosequitur. *Legatum hunc fuisse Beradum ait Vghellus, nec causa est dubitandi, Docet autem Fulginatis Ecclesiæ Archidiaconum, & Episcopatus administratorem duntaxat ab anno* 1243. *ad* 1264. *cum Fulginates Ecclesiæ rebellantes, Episcopali dignitate carerent, abdicante se Ægydio eorum Episcopo, & ad regendam Nocerinam Ecclesiam translato; quomodo autem Berardus iste hic vocetur Archiepiscopus, qui nec Episcopus quidem erat, non inuenio explicatum*. Soluit deindè difficultatem his verbis. *Suspicor Tarentinum Archiepiscopatum.. tunc quoque vacauisse per mortem Henrici ab Innocentio IV. instituti, & confirmati, anno* 1252... *& interim istius quoque Ecclesiæ administratio prædicto Berardo potuit committi, aut fortè Archiepiscopus quoque institutus idem fuisse; sic tamen, vt ex vsu vulgi Prioris Ecclesiæ Fulginatis titulus ei adhæserit, cum titulo Archiepiscopi confusus*. Ita Papebrochius; cuius vestigijs inherens, dico & ego, quod Gotfridus, & si non esset Archiepiscopus Panormitanus, quia tamen erat illius Ecclesiæ administrator, vel etiam fortè alterius Ecclesiæ Institutus Archiepiscopus, ideò Panormitani Archiepiscopi titulus ei adhæsit.

Ex

Ex dictis patet responsio ad Papebrochij qualescunque obiectiones. Arguit enim primò, in Actis publicis nulla reperitur memoria istius Gotifredi, ergo non fuit Vicarius Archiepiscopi Panormitani. Respondeo, omissis multis Exemplis Episcoporum, & aliorum Prælatorum, quorum nulla extat memoria in Actis publicis, sed solum apud aliquem historicum, retorquendo argumentum sic: ab anno 1215. vsque ad annum 1225. nulla in Actis publicis, nulla apud historicos exstat memoria alicuius Berardi Archiepiscopi Panormitani. Ergo ab anno 1215. vsque ad annum 1225. nullus fuit Berardus Archiepiscopus Panormitanus, & consequenter alius est Berardus, qui sub anno 1214. alius qui sub anno 1225. nominatur, inter quos propterea medius potuit esse Gotfridus in historia Enochi nominatus. Negabit ipse consequentiam; negamus à fortiori & nos, quia Gotfredi saltem apud historicum aliquem extat mentio. Arguit secundo, quia Berardi absentia nullo testimonio probatur: Ergo gratis Berardi absentis Vicarius ponitur Gotfridus. Respondeo, quod Berardi absentia satis supra probata fuit ex Ricchardo de S. Germano Auctore Cocuo, ex quo constat Berardum ob Federici Regis Negotia, solitum longissimas obire peregrinationes. Arguit tertiò, quia Enoch; debuisset agnoscere, an iste Gotfredus esset Vicarius an esset Archiepiscopus. Respondeo, quod etiam Leontius debuisset agnoscere, an Modestus esset Patriarcha Hierosolymitanus, an solum Vicarius Patriarchæ, & quod Spinellus debuisset agnoscere, an Berardus esset Archiepiscopus Fulginij, an solum administrator illius Ecclesiæ; quam nobis dabit responsionem, sibi datam putet.

Denique nè quid omittam, addere libet, quod Michael Daraio Iesuita Iussu sui Rectoris Ferdinandi Cardin anno 1621. de Collegio Fluuij Ianuarij in Brasilia exsistente scribens, inquit: *Questo affetto della Compagnia non si fermò ne*

Secolari solo, mà entrò ancora ne' Religiosi, & altri Ecclesiastici; specialmente nel Reuerendissimo Prelato, chiamato quì Amministratore ... vengasi hora alla festa, & allegrezza per la Beatificatione del Padre Francesco Xauerio. Giunta la Noua, che il Pontefice Paulo quinto haueua dichiarato per Beato il Padre Xauerio ... Il Vescouo tanto partiale del Santo .. fece, che la sua Chiesa auanzasse ogn'altra in contrasegno di liberale affettione.

Hic autem duo nottanda sunt, primum est, quod tunc temporis nullus erat Episcopus in Ciuitate, Fluuij Ianuarij: Ecclesia siquidem illa duodecim circiter ab hinc annis in Episcopatum fuit erecta; & vt nobis retulit Pater Emmanuel à Natiuitate (qui per multos annos in Ciuitate nostroque Conuentu Fluuij Ianuarij vixerat) primus Episcopus, scilicet Emmanuel Pereira Ordinis Sancti Dominici adhuc viuit. Ante istum Episcopum erant quidam Prælati, qui ad summum habebant Iurisdictionem conferendi Ordines Minores; licet induerentur Murcia ad modum Episcoporum, & Ioannes Boterus in part. 4. suarum Relationum Vniuersalium lib. 4. in fine sic concludit: *In tutto il Brasile non vi è altro che vn Vescouo, che risiede nella Baia, & vn' Amministratore in S. Sebastiano, il quale essercita ogni funtione Episcopale, fuorche conferire gl'Ordini Sacri, e qui io hò finito le Relationi Vniuersali questo di 15. Settembre 1595.* Secundum notandum est, quod scriptor sciebat ibi non esse Episcopum, dum inquit: *il Reuerendissimo Prelato, che quì chiamano Amministratore*; & tamen non multis Interpositis, eum vocat Episcopum. Quam hic dabit Papebrochius responsionem; expectabimus, neque enim hanc diluet difficultatem, quin obiectioni à se præpositæ faciat satis.

Cæterum Augustinus Inueges in *Annal. Panor. par. 3. sub an. 1220.* putat expungendum nomen Gotfredi, & ponendum nomen Berardi. Potuit enim error Ortum habere ex hoc, quod

quod antiquitus non integra nomina, sed solum initiales litteræ, vt plurimum scribebantur; facile autem fuit, vt B. verteretur in G. cuius rei clarissimum habemus exemplum in Bulla Innocentij extantis in Mari magno Carmelitarum, quod extat in *Collectione* ab Emanuele Roderico *edita Lugduni anni* 1609. & ità ex Berardi fieri Gotfridus.

Addere deniquæ libet id, quod ad rem habet Cherubinus Gherardaccius in sua Bononiensi historia sub anno 1196. inquit enim: *furono presenti à questa concessione Guglielmo Arcinescono di Rauenna, Angelo del Golfo; di Tarranto Arcinescouo, Ardiccione* Piacentino, *Vescouo, Ottone Vescono di Bologna... sotto la data di quest'anno presso* Piacenza. *In questo passo non negarò d'essermi pentito d'hauer pigliata la penna in mano per scriuere la presente historia.. come habbiamo veduto nel sudetto priuilegio di Henrico, Ottone, è Nominato Vescono di Bologna; e nondimeno nella Serie de' Vescoui Bolognesi, non è annouerato come dal vero scontro degli anni si vede; perciothe Gerardo Gissa fù eletto Vescono di Bologna l'anno* 1191. *e gouernò sino all'anno* 1198. *à cui successe Gerardo Ariosto l'anno* 1199. *di modo che Ottone non vi hà luogo. Nondimeno dirò per hora la mia Opinione, e crederò, che questo Ottone non fosse altrimente Vescouo di Bologna; mà ò che fosse stato dal* Popolo *(che in grandissima contesa, e seditione con Gerardo si ritrouaua, e si era fuggito della Città) posto in suo luogo; ouero che Gerardo istesso, come Suffraganeo suo ve lo ponesse; e quest'vltima conicttura la piglio dal sudetto Decreto di Henrico quando egli lo libera dal giuramento della Calunnia in tutte le cose, e gli concede, che per vn'amministratore possa essercitare le cose del suo Vescouato; doue crederò, che quest'vno fosse Ottone, che poi fù nominato Vescono di Bologna. Mà il Lettore pigliarà per hora questa opinione, che forsi vn dì ci darà nelle mani qualche Scrittura, che maggior chiarezza poi ci darà; poiche rade volte può vn solo fare il tutto à perfettione, & io specialmente, che*

non

non hò potuto vedere ogni cosa, se bene mi vi sono molto adoperate. Ità Modesti historici loquuntur, nec statim arguunt falsitatis ea quæ minime percipere valent.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

Quod Angelus Agrigenti curauit Paraliticos, Dæmoniacos, Cæcos, & Surdos.

DIscessurum Angelum Antistes Panhormitanus multis præcibus detinere nititur; quem vbi confirmato animo abiturum vidit; Agrigentum vsque Comes sequitur; vbi quinquaginta dierum spatio quotidianis prędicationibus Angelus ipse operam dedit, & populum ad pœnitentiam, & deuotionem vsque adeò conuertit, vt ferè tota Ciuitas opera pietatis, & Religionis complexa, vberimas salutis fruges proferret, Summo Dei, & Catholicæ fidei cultu Iustitia, obseruantia, & pace fidelibus restitutis; illuc paralitici, Demonibus vexati, cæci, surdi; leprosi, alijsque infirmitatibus varijs oppressi, à diuersis Insulæ partibus confluentes, meritis S. Angeli recuperatæ sanitatis beneficium receperunt.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

Quod S. Angelus venit ad Oppidum Licatam, & cæpit exequi mandatum Domini.

KAlendis Martijs, dimisso Agregentino Licatam peruenimus; quo præcipuè, Christi Domini nostri præcepto ad prædicandum missus fuerat Angelus; venit, & nobiscum Panormitanus Antistes, Angeli Sanctissimi Diuino colloquio mirificè delectatus; in cuius Domo hospitari, & cum eo diebus aliquot permanere, antequam nostræ professionis locum,

locum, qui non multis ante annis, ibi constructus fuerat, ingrederemur, multis eius precibus coacti fuimus, misso ad Priorem loci Fratre Iosepho; & venia impetrata: denique Religionis Domum Ingredimur; & omnibus iuxta professionis morem peractis, haud multo post cœpit Angelus feruore sui spiritus vehementissimo prædicare, vitia arguere, peccata detestari, incestum damnare, Sacrilegia, Stupra, & id genus facinora, quibus ira Dei, prouocatur, taxare, pęnas, & supplicia, quæ subituri sunt obstinati, proponere, Dei vltionem ad memoriam reuocare Iustitiam docere; Scripturarum dogmata aperire, & alia huiusmodi declamationibus quotidianis agere; quibus plurimi, licet maximis Innodati Sceleribus, & malis malorum artibus irretiti forent, ad cor redire, gemitu, & lacrymis cordis dolorem præferentes, & Dei misericordiam implorantes; quos Belingarius Tyrannus ore impudenti ridens subsannabat, quem S. Angelus, seruato Charitatis, & fraternæ correctionis Ordine, quam sæpissimè monuit; vt Deum metueret, incestum dimitteret, Christi legationem audiret; & ita quidem monuit, vt nihil prætermissum relinqueret, quod ad eius reductionem attineret. At ille in dies insolentior effici, in malitia gloriari, & obdurato, ac inflato animo, Iura leges, ac diuina oracula detestari, Iustitiam contemnere, Deum execrari, aliaque huiusmodi factiosa tyrannide fretus, agitare cœpit.

Angelo denique metum Incutere, vt prædicare desisteret; minis, & multis modis tentauit; namque homini perditissimo aliorum etiam resipiscentia, & ad Deum conuersio mirum in modum displicebat, omnesque suæ perditionis participes fieri cupiebat; Verum Angelus Christi præcepto Intentus, Spiritù ardintissimo quotidianæ prædicationi incumbebat; donec tandem eo prædicante Mulier nomine Margareta, cum tribus filijs, quos ex fratre Belingario, carnaliter cognito, conceperat, pœnitentia adducta, die, quo Maior Li-
tania

tania est, coram toto populo flens amarè, & magno Cordis dolore incensa, in medium processit, vbi præcor inquit, Angele Sancte, pro nostra salute à Deo misse, vt ores prò me miserrima Muliere, quæ Diabolicæ potestati subiecta diù, vix expiabili peccato detineor; iam enim transiguntur anni duodicim, quibus cum fratre meo Belingario, de quo hos concepi filios, in nefandissimo scelere perstiti; cui Angelus: Deus Clemens, & Misericors, qui te conuertit ad pœnitentiam peccatis tuis parcere dignetur. hoc crimine sic manifeste à Muliere pronunciato, Belingarius spiritu diabolico magis agitari cœpit; & Sanctum Dei Angelum cuius prædicatione Mulier ad pœnitentiam conuersa peccatum protulit, interficere disposuit.

Circa Caput Vigesimum Quintum.

DVBIVM PRIMVM.

De itinere Diui Angeli Licatam versus.

TExtus Vaticanus sic habet: *post hac recedens venit Licatam.. die decima Martij Intrauimus terram illam*: textus Panormitanus sic habet. *Kalendis Martij, dimisso Agrigento, Licatam peruenimus.* Duplicem in his verbis Papebrochius difficultatem inuenit, vna est; quia Licata vnius dumtaxat diei itinere versus Ortum distat, Ergo mirum est, quod dicantur in illo itinere dies decem impensi; scilicet à Kalendis Martij vsque ad decimam Martij. Respondeo tamen primò, quod hæc difficultas oritur ex textu Vaticano, de quo nihil ad nos. Respondeo secundò; quod Bremond *lib. 2. cap. 39.* de Hæbreis loquens, inquit: *da questo luogo al passaggio loro del Giordano, vi sono sei miglia.. dopo esser gli Hebrei stati 43. anni nel deserto; si può osseruare, che da quì al*

Mar

Mar Rosso, per il più dritto Camino, non vi sano più di ducento quaranta Miglia. Respondeo tertiò, quod Papebrochius ipse tom. 1. Aprilis die 2. in commentario præuio de S. Maria Ægyptiaca, & S. Zosima num. 17. *Anonymus de locis Hierosolymitanis, pariter editus à Nihusio, inquit cap. 13.* Trans Iordanem, in interiori solitudine B. Mariæ Ægyptiacæ Sepulcrum cernitur; quam inuisit Abbas Zosimas, & tumulauit: distat ab Vrbe Hierusalem Itinere dierum octo: *cum igitur viginti dies impendisse Zosimas dicitur in Actis, antequam ad Mariam veniret, non ita accipi debet, quasi inter ipsius Monasterium ad Iordanem, & inuenta primum Maria, ac deinde sepulta locum, fuerit distantia tanta: sed quòd ipse Senex, & in solitudine illa solitis Orationum exercitijs vacans, seque diebus singulis ad pauca promouens milliaria, ac forte etiam multum oberrans, tandem eo peruenerit, quo expeditus viator commodè intra Octidium attingat, si recto vtatur Itinere*. Sic ille ad difficultatem de Zosima; poterat, & similia cogitare, vt de D. Angeli itinere difficultatem solueret, & quod scilicet non recto vsus itinere, quod Concionum, & Confessionum exercitijs distractus, tandem eo peruenerit, quo expeditus viator commodè intra diem vnum attingat, si recto vtatur itinere.

Secunda difficultas est: quia Kalendæ Martij anno 1220. incidebant in tertiam Dominicam Quadragesimæ: erat enim annus Bessestilis, & litteræ Dominicales C. D. non est autem satis credibile, quod Sanctus voluerit iter tantillum ingredi Dominica die, nulla grandi vrgente necessitate; tum quià etiam Religiosiores Laici id cauent: tum quia S. Coleta Dominicis, & festiuis diebus nolebat iter habere. Respondeo, quod Ioseph Masseus Iesuita in *Vita S. Francisci Xauerij lib. 2. cap. 6.* ità habet. *Disperata per all' hora l' Impresa di Giafanapatam, il Santo agitato da molti dubij prese partito di passare à Meliapor, per consigliarsi de' suoi viaggi con l' Apostolo*

 S. To-

S. Tomaso, quiui singularmente riuerito. Imbarcossi dunque per Malta per la Domenica delle Palme. Il Sabbato Santo, abbonacciatosi il Mare, e ripigliato il Corso ... ad vn tratto si rannuuolò l'aria.. & il Vascello venne di nouo sospinto à Nagapatan. Quindi il Santo prese il viaggio per terra, e doppo cento cinquanta miglia di doloroso Pellegrinaggio, arriuò finalmente à Meliapor. quibus Verbis apparet, quod non solum Dominica die; sed etiam diebus Paschatis iter fecit Xauerius. Sic Maffeus *lib. 1. Vitæ Ignatij, cap. 12.* de Ignatio inquit: *denique in Vrbem Romam non ità acriter custoditam, lassitudine, ac fame penè confectus introijt ipso Dominico diè Palmarum.* Certè, quando, & hoc lassitudo suadebat, poterat in aliqua solitudine, velut alter Zosimas, solitis Orationum exercitijs vacare, & non Dominica die tantillum iter ingredi. Respondeo secundò iuxta dicta dub. 3. circa cap. 2. quod Regula illa ferias inueniendi per litteras Dominicales non est valdè tuta; & quot pro quolibet tricentesimo vna est detrahenda dies; atque adeò tunc non Dominica, sed vel Sabbati, vel Veneris dies fuit; quod etiam respondendum est, dum ait, quod dies festus S. Marci anno 1220. non incidit in diem Veneris, vt vult textus Vaticanus, sed in diem Sabbati.

DVBIVM II.

De Diui Angeli in Leocatam Ingressu.

TExtus Panormitanus sic habet: *Venit, & nobiscum Panormitanus Antistes, in cuius Domo hospitari ... antequam nostræ possessionis Locum.. ingrederemur, multis eius precibus coacti fuimus, misso ad Priorem loci fratre & venia impetrata.. haud multo post cœpit Angelus... prædicare... eo prædicante Mulier, nomine Margareta.. quinto Maij die, quo Maior Litania est, &c.*

Pape-

Papebrochius quatuor hic inuenit difficultates: ait enim: *tria occurrunt; non satis congrua; primum est, quod conscripserit extra Conuentum degere Sanctus nulla apparenti ex causa. Secundum est, quod hic Archiepiscopus supponatur Domum habuisse in Oppido exiguo alienæ Diecœsis, & à sua Metropoli longè dissito. Tertium, quod in tota hac narratione, nulla fit mentio Episcopi Agrigentini, cui suum Ius manebat, vt citra facultatem suum nemo concionaretur in sua Diocæsi.*

Ad primum Respondeo, Causam degendi extra Conuentum in Domo Archiepiscopi esse in ipso textu expressam, illis Verbis; *Multis eius precibus coacti fuimus.* Ad secundum Respondeo, quod cum ipse asserat quidem incongruum videri, quod Archiepiscopus habuerit Domum in Oppido exiguo alienæ Diecœsis, & à sua Metropoli longè dissito, sed hanc incongruitatem minimè probet; non alia Opus erit confutatione, nisi negare, quam ipse affirmat, absurditatem iuxta dicta *num.* 8. Ad tertium Respondeo Papebrochium non aduertisse, aut aduertere noluisse Cap. XXII. Scriptum esse de D. Angelo: *ac denique Agrigentum, vt illius Vrbis Antistitem reuerenter salutaret, proficiscitur.* Quò verò ad quartam difficultatem circa verba illa: *quinto Maij die, quo Maior Litania est*, satis diximus *dub.* 2. circa Epistolam dedicatoriam.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

Quod S. Angelo apparuit D. Ioannes Baptista, & animauit eum ad subeundum Martyrium, cuius diem prædixit.

NOcte itaque sequenti Angelo Ioannes Baptista apparuit; quem Dominus Iesus verbis hortatus dixit: Scito Angele, humilitatem, obedientiam, Castitatem, constantiam, aliaque quibus te dotauit Altissimus, virtutes tuas,

ipsi Domino Iesu Christo, & Magnæ eius Matri semper Virgini mirificè placuisse: quo circa gaude, & lætare, mortem breui gloriosam recepturus; quia exultant Angeli te simul cum Sanctis in Patria expectantes. Accingere igitur Sancto Operi, vt quinto die Maij Sanguinem tuum pro veritate effundas, intrepidus Christi Miles, qui commissò prælio, & victoria parta, victor, trophæo perducaris ad gloriam. His auditis gratias Deo immensas egit, & Ioannem Baptistam veneratus, eius intercessionibus apud Deum, & Virginem se plurimum commendauit. Manè verò primò, Dominicis expletis Offitijs, vocat Angelus Fratrem Iosephum, Fratrem Petrum, & me Enoch; quibus S. Ioannis Baptistæ visionem recitat, & quinta Maij die se amore Christi gladio peremptum iri affirmat. Cui Petrus euitanda inquit hæc mors est, & hinc nobis sine dubio secedendum. Non defuerunt persuasiones, tum ab eo, tum ab alijs adductæ; vt indè abiremus. Cæterum omnibus auditis, tandem ipse: Orate, inquit Obsecro, filij, vt quid Ordinatum est à Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto, hoc Martyrium intrepido, & constanti animo, prò Christo patiar. Iam enim, vt Apostolus, cupiebat, & ipse nunc maximè cupio dissolui, & esse cum Christo; mox verò subiunxit, sæpius repetens: sufficit, sufficit, sufficit mihi Domine, tolle animam meam.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

De Martyrio, & transitu S. Angeli.

ADueniente quinta die Maij, re Diuina peracta in Basilica Apostolorum Philippi, & Iacobi, propè Mare, coacta Populi multitudine quinque millia hominum excedente, Angelus prædicare cæpit; tanta Diuini feruoris efficacia, vt omnibus missus de Cœlo nuncius iudicaretur, qui homi-

hominum mentes, neglectis mortalibus curis ad cœlestia subleuaret. Mirabatur iam vniuersus Populus vultum eius, suspiciebat faciem, quasi cadentem, vt fulgur, quo sic prædicante, superuenit Belingarius furijs plusquam cerberijs agitatus, magna sceleratorum, & suæ coniurationis cohorte armatus, & populo spectante, pulpitum ascendit, atque Angelum Diuino operi innixum, tanquam agnum mansuetum sanguinolentus inuadens, quinquies pugione percutiens, lethalibus plagis transfodit. Quod sacrilegium, & nefandum facinus, contra Innocentissimum, & verè Angelicum virum, impiè, & nequissimè commissum, Populus non sustinens, sanguinarium Tyrannum interficiendum insequitur. Angelus verò lethalibus affectus vulneribus, iugiter eius corpore sanguinem effundente, nullo dolore percitus, nullo percussus metu, sed vultu hilari, & alacri voce populum hortatur, vt Belingarium dimitteret, eiusque Sororem potius ad pœnitudinem conuersam, ne à furente trucidaretur, seruaret.

Positis deindè genibus, Crucifixi Imaginem versus, & oculis eleuatis, pro vniuerso Populo, & obitus sui memoriam agentibus, orauit, Crucifixum deprecatus, vt qui pro omnibus passus esset, suis etiam persecutoribus ad pœnitentiam conuersis veniam concederet, & diei illius, ac obitus sui memoriam agentibus, optatam omnem gratiam impertiret. Qua oratione peracta, psalmum cantare cæpit: *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum*, & psalmum: *in te Domine speraui, non confundar in æternum*: vbi peruenit ad illum versum: *in manus tuas Domine commendo spiritum meum*: audita est vox de cœlo: veni Angele, ad Regnum tibi, & electis meis paratum à Constitutione Mundi, vt gaudeas cum Sanctis, ac inter Angelos in Cœlis colloceris, & cum Martyribus in æternum viuas, qui in superna Ierusalem triplicem iam tandem Aureolam meruisti. His auditis, fœlix

anima,

anima, ceù columba candidissima, è corpore exiens visa est, & lux Sole splendidior supra Sanctissimi Martyris corpus, & cantus suauissimi, ac mirabiles audiri cæperunt; odores insuper de corpore illo ineffabiles exiuerunt, quorum fragrantia incomparabili Oppidum impletum est. At Belingarius Domum accurrens, cum Sororem interficere nequiuerit, conscius sceleris tanti, suique impotens, ac desperatione, sic Diuina vltione permittente, superatus, laqueo, se (vt Scarioth olim Iudas, suspendit: cuius corpus locis profanis populi vniuersi decreto expositum, atque insepultum, feris relictum est delacerandum.

Circa Caput Vigesimum Septimum.

DVBIVM VNICVM.

De numero Audientium D. Angeli Concionem.

ETiam his suas Papebrochius inuenit difficultates; quarum prima est: incredibile videtur, quod tali die in paruo Oppido, tanta hominum multitudo ad Concionem audiendam concurrisset. Secunda est, quia non est credibile quemquam coram tanta multitudine ausum tale patrare scelus, scilicet mortem D. Angeli. Tertia est, quia non immeritò dubitari potest, an Ecclesia Sanctorum Philippi, & Iacobi, quæ neque Collegiata, neque Parochialis erat, sed à paucis Presbyteris administrabatur, fuerit capax tam ingentis numeri. Quarta est, quia aliam cœdis formam, veluti non ab vno, sed pluribus patratum, exhibet Imago præfixa æditioni Bellorosianæ.

Ad primum respondeo, quod Papebrochio teste, Leocata anno 1553. Turcica centum ferè Triremium Classe, igne vastata, adhuc faciem præfert acerbissimi casus, & tamen

ante

ante annos quadraginta Ciues numerabat 5235. Sed fac non Oppidum, sed desertum fuisse, quid inde? nonnè desertum erat illud, in quo prædicabat Ioannes? quantus tamen esset Audientium numerus, Euangelium testatur. Interim legat Papebrochius, quæ de Populis ad audiendas propè Mare Sociorum Conciones confluentibus narrat Bartolus in historia Societatis, cui titulus: *Il Giappone pag. 36. & 227.* tuncque illi incredibile non videbitur; quod de numero Angelum audientium scribit Enoch. Ad secundum, vt infinita penè exempla omittam, legat Henricum Dauilam in Opere, cui titulus: *Historia delle Guerre Ciuili di Francia*, tum lib. 10. vbi Henrici tertij Francorum Regis cædem à quodam Fratre patratam, narrat, dicens: *introdotto il N. mentre si ritirano à canto ad vna finestra; porse la lettera del Conte di Brienna, la quale letta, hauendogli detto il Rè, che seguitasse à spiegargli il suo negotio, egli finse di metter mano ad vn'altra Carta, per spiegarla, e mentre il Rè intentamente l'aspetta, cauatosi il soltto coltello dalla Manicha, lo ferì à canto all' vmbilico dalla parte sinistra, e lasciò tutto il ferro confitto nella ferita. Il Rè sentendosi percosso, tirò fuori il Coltello, e nel tirarlo, dilatò la ferita, & il medesimo fisse sino al manico nella fronte del N. il quale nell' istesso tempo dal Signore della Guiella passato dall' vn fianco sino all'alro, cadè subbito morto: ne fù così presto caduto, che da Mompensat, da Lognac, e dal Marchese di Mirèpois Camerieri del Rè, ch' erano presenti al fatto, fù gettato dalle finestre, e dal vulgo da Soldati lacerato, & abbruciato, e le sue ceneri sparse nella riuiera.* Et lib. 14. idem Auctor de Henrico quarto, ita loquitur: *Chiuse l'anno vn fatto atroce, e sopra ogni credenza pericoloso.. imperòche essendo ritornato il Rè dalla guerra di Piccardia in Parigi il vigesimo settimo di Decembre, mentre sceso da Canallo, in vna delle Camere del Palagio del Louero, accoglie i Caualieri, i quali..gli faceuano la solita riuerenza, vn giouane Mercante, nominato Giouanni Castello,*

Stello,

stello, natiuo di Parigi, entrato con la comitiua de' Signori di Ragni, e di Monsignì, dentro alla medesima Stanza, nell'atto, che il Rè fece, abbassandosi, per abbracciar vno di que' Caualieri, lo percosse, con vn Coltello nel viso, credendosi di colpirlo nella gola, mà diuertito quasi da mano Diuina, vrtò nella sommità delle labra, e trouato l'impedimento de denti, fece poca, e non considerabil ferita; aliud exemplum de duobus qui vt Iuuenem à præsenti, ac violenta eriperent nece; nec hominum multitudinem, nec bestiarum Immanitatem, aut ferocitatem timuere; offert nobis Nicolaus Causinus Iesuita in Opere, cui titulus: *la Pietà Vittoriosa, e l'Impietà domata da Carlo Magno*, *pag.* 23.

Ad tertium respondeo, quod potuit non esse Parochialis, non esse Collegiata, à paucis Presbyteris administrari, & tamen tam ampla esse, vt Audientium millia quinque caperet. Certè Basilicæ nomen amplitudinem loci significat, vt adnotauit Abbas Paulus de Angelis in *Descriptione Basilicæ S. Mariæ Maioris de Vrbe lib.* 1. *cap.* 4. & si alia ratione poterit Basilica vocari; quatuor enim nominibus insignitur Domus Dei: *primo ad sacrificandum Deo, vnde Templi nomen emanat: secundò ad orandum, vnde nomen Oratorij: tertio ad Martyrum reliquias honorificè conseruandas, ex quo Basilica: Demum ad Populum verbo Dei, & Sacramentis pascendum, atque hinc Ecclesiæ nomen effluxit*. Et post multa: *hoc tamen est fatendum, hodie nomen Basilicæ quibusdam magnificis, & illustribus Ecclesijs attribui, quod apud D. Chrysostomum etiam legitur, cum ait*: Basilicam Vaticanam Martyrium Apostolorum; *& apud eos, qui tam græcè, quam latinè Sanctorum Martyrum præclara gesta conscripsere. Idem D. Augustinus confirmat, &c.* Adde, quod non in Basilica, sed extra, & propè Mare Concionem habuit, vt patet ex textu: inquit enim: *adueniente quinta die Maij, re Diuina peracta in Basilica Apostolorum Philippi, & Iacobi propè Mare, coacta Populi*

mul-

multitudine, quinque hominum millia excedente, Angelus prædicare cæpit. Et clarius loquitur textus Mechliniensis, dum ait: *Cum iam dies neci dicata venisset, Missarum Solemnÿs celebratis, B. Angelus prædicauit secus Littus Maris, iuxta ædem Apostolorum Philippi, & Iacobi, quo ferè quinque millia hominum conuenerant.* Ad quartum respondeo, quod Rhò Iesuita teste in Interrogationibus Apologeticis ad Castaldum, *Syracusis iacens ad Caietani pedes Ignatius pingitur, Caietano sublimi in Sede collocato, suisque cincto Theatinis, & ab eo grani dextera significatione reiectus.* Ergo Ignatius aliquando Theatinorum habitum petijt, illorum Ordinem ingredi postulauit, & ab illis reiectus est. Negabit Papebrochius consequentiam, quia Pictoribus, & Poetis, libera semper fuit, quodlibet fingendi facultas; negabimus & nos, eo magis, quod Papebrochius tom. 1. Aprilis, die 7. de Beato Hermano Iosepho. §. 3. num. 12. inquit: *fuit aliqua eius Imago in Germania sculpta, in qua exprimitur habitu suo regulari Antiquo, ex cuius Zona complures pendent claues, & altera manu calicem tenet, ex quo tres flores ad instar rosarum exeunt... dicitur apud Heilfeldenses traditio esse Deiparam Virginem per eius cubiculum rosas sparsisse, quas ille calice collegerit. Quid quid sit de ista traditione, cui non multum fidimus, cum ea apparitio in antiquis Actis non habeatur; satis Pictoribus videtur fuisse, vt eam Imaginem sic effingerent.*

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

Quod Anima S. Angeli apparuit Gotfredo Archiepiscopo Panormitano, cui commendauit Corpus suum, vt sepelliret.

EOdem die Gotfredus Antistes Panormitanus prædicationi Martyris Angeli, prout consueuerat, alijs impeditus, interesse non potuit. Domique cum lectionibus San-

cti Bernardi vacaret, clarissima luce refulgens, ipsique Martyris anima thalamo clauso commoranti apparuit, dicens: Gotfrede Antistes vale: & quod facis, Deum time: ego verò Christum pro te orabo ad Cœlestium Patriam profecturus. Tunc Gotfredus non mediocriter territus: quis obsecro es? ille verò: ego sum Angelus Carmelita, hodie gladio peremptus in Basilica Apostolorum Philippi, & Iacobi: vade, & sepellias corpus meum in loco ipso, vbi Iesu Christi amore Martyrium sustinui, & pro iustitia, & veritate morti traditus fui.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

De Funere S. Angeli, & Miraculis.

TRisti hoc nuncio, incomparabili Antistes dolore conficitur, nec potest se lacrymis temperare, tanti Viri iacturam ex corde deplorans. Cumque non multo post multi Insigni pietate viri imo de pectore suspiria trahentes, ipsique præcipuè Carmelitici Cænobitæ, luctu, & amissi tanti Patris dolore, & gemitu ducti, ad Antistitem illum, tanquam præcipuum Martyris amatorem, conuenissent, Præsul ipse alios consolaturus consolatore egere videbatur, casum lugubrem miseratus amici, cuius virtutem nouerat, cuius sanctitatem satis laudare non poterat. Procedit itaque cum tota familia, Populi lamentationes, quibus Oppidum complebatur, audiens, vt vbi tandem peruenit ad S. Basilicam, odoris fragrantia, & cantu Angelorum mellifluo quasi raptus, nonnihil sistere iubet; mox Sanctus Corpus reuerenter veneratus, & voce lamentabili, minus audientem, sic est affatus amicum: o Angele veræ pietatis amator, Christi Athleta fortissime, quæ tanta Erinnys furentis illius excitauit Animum, quis te, vnicum sanctitatis exemplar, crudelibus

delibus his vulneribus fœdauit? o mentem sacrilegam! o pectus efferum! o impiam manum, quæ temporis nostri specimen firmissimā Ecclesiæ columnam, fidei Catholicę clypeum sustulit! digna, Belingari, te manent supplicia, cui iustam Dei vltionem mors peperit Martyris innocentis. At tibi, Angele, velut Baptistæ Ioanni, pro redarguto incesto morienti, æternam comparauit gloriam, & immortalem coronam. Istis, & alijs plurimis pie, & amicè prolatis, corpus honorificè, solemni apparatu, sublimi in loco constitui curauit, & diebus octo cereis faculis circumquaque accensis, & iuxta Ecclesiæ morem, Offitijs pro Martyre celebrari solitis, horis omnibus celebratis, custodiri fecit.

His autem diebus quot, quantaque gloriosus Dei Martyr miracula fecerit, explicare difficile esset; nam surdis auditus, lumen cæcis, claudis gressus, mundities lepra vexatis, paraliticis sospitas, & denique quauis, etiam incurabili ægritudine pressis, qui per ipsos dies octo sacratissimum illud corpus tetigere, sanitas restituta est. Orta autem pia admodum controuersia inter Carmelos Cœnobitas, & eos, qui Ecclesiæ præerant Philippi, & Iacobi, de Martyris sepultura, quam Archiepiscopi auctoritas diremit, attestantis Martyrem, vt eo in loco sepelliretur, vbi fuit Martyrio coronatus, petijsse: cui accessit, & fons eodem in loco miraculosè scaturiens, vbi sanguis Martyris sanctissimi profusus fuerat: cuius liquore omnis languoris solet curari infirmitas, festo præcipuè die, & festi vigilia eiusdem Sanctissimi Martyris. Fuit itaque sepultus eodem in loco, vbi fuit Martyrio coronatus, manibus proprijs eiusdem Archiepiscopi Panormitani. Et in his omnibus Frater Petrus, Frater Ioseph, & ego Frater Enoch Socij fuimus anno Domini nostri Iesu Christi 1220. obijt die quinta Maij, die verò 13. Maij fuit sepultum Corpus eius.

S. Tomaso, quiui singularmente riuerito. Imbarcossi dunque per Meliapor la Domenica delle Palme. Il Sabbato Santo, abbonacciatosi il Mare, e ripigliato il Corso... ad vn tratto si rannuuolò l'aria.. & il Vascello venne di nouo sospinto à Nagapatan. Quindi il Santo prese il viaggio per terra, e doppo cento cinquanta miglia di doloroso Pellegrinaggio, arriuò finalmente à Meliapor. quibus Verbis apparet, quod non solum Dominica die; sed etiam diebus Paschatis iter fecit Xauerius. Sic Maffeus *lib. 1. Vita Ignatij, cap. 12.* de Ignatio inquit: *denique in Vrbem Romam non ità acriter custoditam, lassitudine, ac fame penè confectus introijt ipso Dominico diè Palmarum.* Certè, quando, & hoc lassitudo suadebat, poterat in aliqua solitudine, velut alter Zosimas, solitis Orationum exercitijs vacare, & non Dominica die tantillum iter ingredi. Respondeo secundò iuxta dicta dub. 3. circa cap. 2. quod Regula illa ferias inueniendi per litteras Dominicales non est valdè tuta; & quot pro quolibet tricentesimo vna est detrahenda dies; atque adeò tunc non Dominica, sed vel Sabbati, vel Veneris dies fuit; quod etiam respondendum est, dum ait, quod dies festus S. Marci anno 1220. non incidit in diem Veneris, vt vult textus Vaticanus, sed in diem Sabbati.

DVBIVM II.

De Diui Angeli in Leocatam Ingressu.

TExtus Panormitanus sic habet: *Venit, & nobiscum Panormitanus Antistes, in cuius Domo hospitari... antequam nostræ possessionis Locum.. ingrederemur, multis eius precibus coacti fuimus, misso ad Priorem loci fratre & venia impetrata.. haud multo post cœpit Angelus... prædicare... eo prædicante Mulier, nomine Margareta.. quinto Maij die, quo Maior Litania est, &c.*

Pape-

Papebrochius quatuor hic inuenit difficultates: ait enim: *tria occurrunt; non satis congrua; primum est, quod consenserit extra Conuentum degere Sanctus nulla apparente ex causa. Secundum est, quod hic Archiepiscopus supponatur Domum habuisse in Oppido exiguo alienæ Diecæsis, & à sua Metropoli longè dissito. Tertium, quod in tota hac narratione, nulla fit mentio Episcopi Agrigentini, cui suum Ius manebat, vt citra facultatem suam nemo concionaretur in sua Diocæsi.*

Ad primum Respondeo, Causam degendi extra Conuentum in Domo Archiepiscopi esse in ipso textu expręssam, illis Verbis; *Multis eius precibus coacti fuimus.* Ad secundum Respondeo, quod cum ipse asserat quidem incongruum videri, quod Archiepiscopus habuerit Domum in Oppido exiguo alienæ Diecœsis, & à sua Metropoli longè dissito, sed hanc incongruitatem minimè probet; non alia Opus erit confutatione, nisi negare, quam ipse affirmat, absurditatem iuxta dicta *num.* 8. Ad tertium Respondeo Papebrochium non aduertisse, aut aduertere noluisse Cap. XXII. Scriptum esse de D. Angelo: *ac denique Agrigentum, vt illius Vrbis Antistitem reuerenter salutaret, proficiscitur.* Quò verò ad quartam difficultatem circa verba illa: *quinto Maÿ die, quo Maior Litania est*, satis diximus *dub.* 2. circa Epistolam dedicatoriam.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

Quod S. Angelo apparuit D. Ioannes Baptista, & animauit eum ad subeundum Martyrium, cuius diem prædixit.

Nocte itaque sequenti Angelo Ioannes Baptista apparuit; quem Dominus Iesus verbis hortatus dixit: Scito Angele, humilitatem, obedientiam, Castitatem, constantiam, aliaque quibus te dotauit Altissimus, virtutes tuas,

ipsi Domino Iesu Christo, & Magnæ eius Matri semper Virgini mirificè placuisse: quo circa gaude, & lætare, mortem breui gloriosam recepturus; quia exultant Angeli te simul cum Sanctis in Patria expectantes. Accingere igitur Sancto Operi, vt quinto die Maij Sanguinem tuum pro veritate effundas, intrepidus Christi Miles, qui commissò prælio, & victoria parta, victor, trophæo perducaris ad gloriam. His auditis gratias Deo immensas egit, & Ioannem Baptistam veneratus, eius intercessionibus apud Deum, & Virginem se plurimum commendauit. Manè verò primò, Dominicis expletis Offitijs, vocat Angelus Fratrem Iosephum, Fratrem Petrum, & me Enoch; quibus S. Ioannis Baptistæ visionem recitat, & quinta Maij die se amore Christi gladio peremptum iri affirmat. Cui Petrus euitanda inquit hæc mors est, & hinc nobis sine dubio secedendum. Non defuerunt persuasiones, tum ab eo, tum ab alijs adductæ; vt indè abiremus. Cæterum omnibus auditis, tandem ipse: Orate, inquit Obsecro, filij, vt quid Ordinatum est à Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto, hoc Martyrium intrepido, & constanti animo, prò Christo patiar. Iam enim, vt Apostolus, cupiebat, & ipse nunc maximè cupio dissolui, & esse cum Christo; mox verò subiunxit, sæpius repetens: sufficit, sufficit, sufficit mihi Domine, tolle animam meam.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

De Martyrio, & transitu S. Angeli.

ADueniente quinta die Maij, re Diuina peracta in Basilica Apostolorum Philippi, & Iacobi, propè Mare, coacta Populi multitudine quinque millia hominum excedente, Angelus prædicare cœpit; tanta Diuini feruoris efficacia, vt omnibus missus de Cœlo nuncius iudicaretur, qui homi-

hominum mentes, neglectis mortalibus curis ad cœlestia subleuaret. Mirabatur iam vniuersus Populus vultum eius, suspiciebat faciem, quasi cadentem, vt fulgur, quo sic prædicante, superuenit Belingarius furijs plusquam cerberijs agitatus, magna sceleratorum, & suæ coniurationis cohorte armatus, & populo spectante, pulpitum ascendit, atque Angelum Diuino operi innixum, tanquam agnum mansuetum sanguinolentus inuadens, quinquies pugione percutiens, lethalibus plagis transfodit. Quod sacrilegium, & nefandum facinus, contra Innocentissimum, & verè Angelicum virum, impiè, & nequissimè commissum, Populus non sustinens, sanguinarium Tyrannum interficiendum insequitur. Angelus verò lethalibus affectus vulneribus, iugiter eius corpore sanguinem effundente, nullo dolore percitus, nullo percussus metu, sed vultu hilari, & alacri voce populum hortatur, vt Belingarium dimitteret, eiusque Sororem potius ad penitudinem conuersam, ne à furente trucidaretur, seruaret.

Positis deindè genibus, Crucifixi Imaginem versus, & oculis eleuatis, pro vniuerso Populo, & obitus sui memoriam agentibus, orauit, Crucifixum deprecatus, vt qui pro omnibus passus esset, suis etiam persecutoribus ad pœnitentiam conuersis veniam concederet, & diei illius, ac obitus sui memoriam agentibus, optatam omnem gratiam impertiret. Qua oratione peracta, psalmum cantare cæpit: *Beatus vir, qui non abyt in consilio impiorum*, & psalmum: *in te Domine speraui, non confundar in aeternum*: vbi peruenit ad illum versum: *in manus tuas Domine commendo spiritum meum*: audita est vox de cœlo: veni Angele, ad Regnum tibi, & electis meis paratum à Constitutione Mundi, vt gaudeas cum Sanctis, ac inter Angelos in Cœlis colloceris, & cum Martyribus in æternum viuas, qui in superna Ierusalem triplicem iam tandem Aureolam meruisti. His auditis, fœlix anima,

anima, ceù columba candidissima, è corpore exiens visa est, & lux Sole splendidior supra Sanctissimi Martyris corpus, & cantus suauissimi, ac mirabiles audiri cæperunt; odores insuper de corpore illo ineffabiles exiuerunt, quorum fragrantia incomparabili Oppidum impletum est. At Belingarius Domum accurrens, cum Sororem interficere nequiuerit, conscius sceleris tanti, suique impotens, ac desperatione, sic Diuina vltione permittente, superatus, laqueo, se (vt Scarioth olim Iudas) suspendit: cuius corpus locis profanis populi vniuersi decreto expositum, atque insepultum, feris relictum est delacerandum.

Circa Caput Vigesimum Septimum.

DVBIVM VNICVM.

De numero Audientium D. Angeli Concionem.

ETiam his suas Papebrochius inuenit difficultates; quarum prima est: incredibile videtur, quod tali die in paruo Oppido, tanta hominum multitudo ad Concionem audiendam concurrisset. Secunda est, quia non est credibile quemquam coram tanta multitudine ausum tale patrare scelus, scilicet mortem D. Angeli. Tertia est, quia non immeritò dubitari potest, an Ecclesia Sanctorum Philippi, & Iacobi, quæ neque Collegiata, neque Parochialis erat, sed à paucis Presbyteris administrabatur, fuerit capax tam ingentis numeri. Quarta est, quia aliam cœdis formam, veluti non ab vno, sed pluribus patratum, exhibet Imago præfixa æditioni Bellorosianæ.

Ad primum respondeo, quod Papebrochio teste, Leocata anno 1553. Turcica centum ferè Triremium Classe, igne vastata, adhuc faciem præfert acerbissimi casus, & tamen ante

ante annos quadraginta Ciues numerabat 5235. Sed sic non Oppidum, sed desertum fuisse, quid inde? nonnè desertum erat illud, in quo prædicabat Ioannes? quantus tamen esset Audientium numerus, Euangelium testatur. Interim legat Papebrochius, quæ de Populis ad audiendas propè Mare Sociorum Conciones confluentibus narrat Bartolus in historia Societatis, cui titulus: *Il Giappone pag. 36. & 227.* tuncque illi incredibile non videbitur; quod de numero Angelum audientium scribit Enoch. Ad secundum; vt infinita penè exempla omittam, legat Henricum Dauilam in Opere, cui titulus: *Historia delle Guerre Ciuili di Francia*, tum lib. 10. vbi Henrici tertij Francorum Regis cædem à quodam Fratre patratam, narrat, dicens: *introdotto il N. mentre si ritirano à canto ad vna finestra; porse la lettera del Conte di Brienna, la quale letta, hauendogli detto il Rè, che seguitasse à spiegargli il suo negotio, egli finse di metter mano ad vn'altra Carta, per spiegarla, e mentre il Rè intentamente l'aspetta, cauatosi il folto coltello dalla Manicha, lo ferì à canto all' vmbilico dalla parte sinistra, e lasciò tutto il ferro confitto nella ferita. Il Rè sentendosi percosso, tirò fuori il Coltello, e nel tirarlo, dilatò la ferita, & il medesimo fisse sino al manico nella fronte del N. il quale nell' istesso tempo dal Signore della Guiella passato dall' vn fianco sino all'alro, cadè subbito morto: ne fù così presto caduto, che da Mompensat, da Lognac, e dal Marchese di Mirèpois Camerieri del Rè, ch' erano presenti al fatto, fù gettato dalle finestre, e dal vulgo da Soldati lacerato, & abbruciato, e le sue ceneri sparse nella riuiera.* Et lib. 14. idem Auctor de Henrico quarto, ita loquitur: *Chiuse l'anno vn fatto atroce, e sopra ogni credenza perscoloso.. imperòche essendo ritornato il Rè dalla guerra di Piccardia in Parigi il vigesimo settimo di Decembre, mentre sceso da Cauallo, in vna delle Camere del Palagio del Louero, accoglie i Caualieri, i quali..gli faceuano la solita riuerenza, vn giouane Mercante, nominato Giouanni Castello,*

Hello, natiuo di Parigi, entratoch la comitiua de' Signori di Ragni, e di Monsignì, dentro alla medesima Stanza, nell' atto, che il Rè fece, abbassandosi, per abbracciar vno di que' Caualieri, lo percosse, con vn Coltello nel viso, credendosi di colpirlo nella gola, mà diuertito quasi da mano Diuina, vrtò nella sommità delle labra, e trouato l' impedimento de denti, fece poca, e non considerabil ferita; aliud exemplum de duobus qui vt Iuuenem à præsenti, ac violenta eriperent nece; nec hominum multitudinem, nec bestiarum Immanitatem, aut ferocitatem timuere; offert nobis Nicolaus Causinus Iesuita in Opere, cui titulus: *la Pietà Vittoriosa, e l' Impietà domata da Carlo Magno, pag.* 23.

Ad tertium respondeo, quod potuit non esse Parochialis, non esse Collegiata, à paucis Presbyteris administrari, & tamen tam ampla esse, vt Audientium millia quinque caperet. Certè Basilicæ nomen amplitudinem loci significat, vt adnotauit Abbas Paulus de Angelis in *Descriptione Basilicæ S. Mariæ Maioris de Vrbe lib.* 1. *cap.* 4. & si alia ratione poterit Basilica vocari; quatuor enim nominibus insignitur Domus Dei: *primo ad sacrificandum Deo, vnde Templi nomen emanat: secundò ad orandum, vnde nomen Oratorij: tertio ad Martyrum reliquias honorificè conseruandas, ex quo Basilica: Demum ad Populum verbo Dei, & Sacramentis pascendum, atque hinc Ecclesia nomen effluxit*. Et post multa: *hoc tamen est fatendum, hodie nomen Basilicæ quibusdam magnificis, & illustribus Ecclesijs attribui, quod apud D. Chrysostomum etiam legitur, cum ait*: Basilicam Vaticanam Martyrium Apostolorum; *& apud eos, qui tam græcè, quam latinè Sanctorum Martyrum præclara gesta conscripsere. Idem D. Augustinus confirmat, &c.* Adde, quod non in Basilica, sed extra, & propè Mare Concionem habuit, vt patet ex textu: inquit enim: *adueniente quinta die Maij, re Diuina peracta in Basilica Apostolorum Philippi, & Iacobi propè Mare, coacta Populi*

mul-

multitudine, quinque hominum millia excedente, Angelus prædicare cæpit. Et clarius loquitur textus Mechliniensis, dum ait: *Cum iam dies neci dicata venisset, Missarum Solemnijs celebratis, B. Angelus prædicauit secus Littus Maris, iuxta ædem Apostolorum Philippi, & Iacobi, quo ferè quinque millia hominum conuenerant.* Ad quartum respondeo, quod Rhò Iesuita teste in Interrogationibus Apologeticis ad Castaldum, *Syracusis iacens ad Caietani pedes Ignatius pingitur, Caietano sublimi in Sede collocato, suisque cincto Theatinis, & ab eo grani dextera significatione reiectus.* Ergo Ignatius aliquando Theatinorum habitum petijt, illorum Ordinem ingredi postulauit, & ab illis reiectus est. Negabit Papebrochius consequentiam, quia Pictoribus, & Poetis, libera semper fuit, quodlibet fingendi facultas; negabimus & nos, eo magis, quod Papebrochius tom. 1. Aprilis, die 7. de Beato Hermano Iosepho. §. 3. num. 12. inquit: *fuit aliqua eius Imago in Germania sculpta, in qua exprimitur habitu suo regulari Antiquo, ex cuius Zona complures pendent claues, & altera manu calicem tenet, ex quo tres flores ad instar rosarum exeunt... dicitur apud Heilseldenses traditio esse Deiparam Virginem per eius cubiculum rosas sparsisse, quas ille calice collegerit. Quid quid sit de ista traditione, cui non multum fidimus, cum ea apparitio in antiquis Actis non habeatur; satis Pictoribus videtur fuisse, vt eam Imaginem sic effingerent.*

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

Quod Anima S. Angeli apparuit Gotfredo Archiepiscopo Panormitano, cui commendauit Corpus suum, vt sepelliret.

EOdem die Gotfredus Antistes Panormitanus prædicationi Martyris Angeli, prout consueuerat, alijs impeditus, interesse non potuit. Domique cum lectionibus San-

 cti

delibus his vulneribus fœdauit? o mentem facrilegam! o pectus efferum! o impiam manum, quæ temporis noftri fpecimen firmiffimã Ecclefiæ columnam, fidei Catholicę clypeum fuftulit! digna, Belingari, te manent fupplicia, cui iuftam Dei vltionem mors peperit Martyris innocentis. At tibi, Angele, velut Baptiftæ Ioanni, pro redarguto incefto morienti, æternam comparauit gloriam, & immortalem coronam. Iftis, & alijs plurimis pie, & amicè prolatis, corpus honorificè, folemni apparatu, fublimi in loco conftitui curauit, & diebus octo cereis faculis circumquaque accenfis, & iuxta Ecclefiæ morem, Offitijs pro Martyre celebrari folitis, horis omnibus celebratis, cuftodiri fecit.

His autem diebus quot, quantaque gloriofus Dei Martyr miracula fecerit, explicare difficile effet; nam furdis auditus, lumen cæcis, claudis greffus, mundities lepra vexatis, paraliticis fofpitas, & denique quauis, etiam incurabili ægritudine preffis, qui per ipfos dies octo facratiffimum illud corpus tetigere, fanitas reftituta eft. Orta autem pia admodum controuerfia inter Carmelos Cœnobitas, & eos, qui Ecclefiæ præerant Philippi, & Iacobi, de Martyris fepultura, quam Archiepifcopi auctoritas diremit, atteftantis Martyrem, vt eo in loco fepelliretur, vbi fuit Martyrio coronatus, petijffe: cui acceffit, & fons eodem in loco miraculosè fcaturiens, vbi fanguis Martyris fanctiffimi profufus fuerat: cuius liquore omnis languoris folet curari infirmitas, fefto præcipuè die, & fefti vigilia eiufdem Sanctiffimi Martyris. Fuit itaque fepultus eodem in loco, vbi fuit Martyrio coronatus, manibus proprijs eiufdem Archiepifcopi Panormitani. Et in his omnibus Frater Petrus, Frater Iofeph, & ego Frater Enoch Socij fuimus anno Domini noftri Iefu Chrifti 1220. obijt die quinta Maij, die verò 13. Maij fuit fepultum Corpus eius.

Circa Caput Vigesimum Nonum.

DVBIVM VNICVM.

De annorum numero, quibus D. Angelus vixit.

DIuum Angelum anno ætatis suæ 28. mortuum existimat Papebrochius concipi posse, *non omninò gratis, sed bono cum fundamento:* fundamentum autem est duplex: primum ex apparitionibus; apparuit enim multis ætate Iuuenis; & præsertim Michaeli Gornito narranti, quomodo sibi apparuerit: *S. Angelus annos ætatis circiter viginti septem præseferens.* Secundum fundamentum ex picturis, quæ illum ætate Iuuenem exprimunt.

Quantum ad primum, in *Vita S. Catharinæ Senensis* (quam Papebrochius tom. 3. Aprilis, die 30. refert) *part. 3. num. 372.* refertur, *quod Catharina post obitum, Semiæ Matronæ Romanæ dormienti apparuit quadam puella, nimio decore pulcherrimè ornata... hanc cum vidisset deuota Matrona, cogitabat, quænam esset hæc puella, tantis ornatibus decorata: & fixè respiciens in faciem eius, clarè discernit effigiem Catharinæ de Senis: sed quia nouerat ipsam esse maioris ætatis, quam illa visio demonstraret, suspicabatur aliam esse. Puer autem, qui primo ei apparuerat: cui respondebat dicens: facies quidem est facies Catharinæ de Senis, sed ætas non correspondet,... & ait ei: Semia non me agnoscis? ego sum Catharina de Senis, sicut apparet in facie mea.* Sicut ergo Catharina Samiæ apparuit minoris ætatis, quam esset; ita potuit apparere, & Angelus Michaeli Garnito. Ad illud de Picturis, sufficiunt quæ dicta sunt superiori dubio.

CA-

CAPVT TRIGESIMVM.

Reu latio D. Ioannis Baptistæ facta Beato Athanasio de Claramonte Patriarcha Alexandrino, qui eam scripsit Fratri suo Frederico de Claramonte Panormitano.

ATHanasius de Claramonte Panormitanus, Ordinis S. Basilij, miseratione Diuina Patriarcha Alexandrinus Dei seruorum minimus, spectabili Viro, & nobili Frederico de Claramonte Panormitano Fratri suo salutem, & pacem.

Frater Angelus Carmelita, vir doctrina, & sanctitate singularis, ac spiritu Dei ad Diuina Opera excitatus tuæ spectabilitati voce viua renunciabit, quod præsentibus nos scriptis significamus. Nuper enim festo die Annunciationis B. Mariæ Virginis, cum post matutinas noctis, circa horam quasi nonam orarem in Basilica Sancti Ioannis Baptistæ, ante sacratissimas eiusdem Reliquias, vidi apud me hominem annorum triginta, vel circiter, cuius aspectus nitens, & lucidus, tanquam Sol, totam Basilicam illustrare videbatur: is indutus pellibus Camelorum, & tenens manu vexillum Crucis, ter vocauit me, dicens: Athanasi, Athanasi, Athanasi, scito, & sis certus, quod voluntas Dei est, & desiderium meum, vt Imago gloriosæ Virginis Mariæ, & reliquiæ, quæ in hac conduntur Basilica, in Italiam mittantur. Non enim diù, quæ huic Populo imminet, Diuinæ vltionis ira differretur. Has Fratri Angelo Hierosolymitano, qui in Insula Siciliæ, pro veritate dicenda, Martyrium sustinebit, sicut, & Ego sustinui, credes; & resignabis: qui eas magna fide, & deuotione, cum Socijs, Petro, Iosepho, & Enoch portabit. Qua apparitione territus, & non mediocriter tremebundus; demum

demum resumptis nonnihil animi viribus, interrogaui quisnam esset: & ille: Ioannes, inquit sum Baptista, Præcursor Domini nostri Iesu Christi, cuius reliquiæ sunt in ista Basilica: eas ad Fredericum de Claramonte Fratrem suum deuotum, & timentem Deum mittas, qui cum Honorio Pontifice eas suscipiet, & vbi Diuina voluntas disposuerit, honestè reponet. Et his dictis, non amplius apparuit. Huius igitur Oraculi præcepto moniti, habita prius Oratione, & firmato nobis proposito, per ipsum R. Fratrem Angelum præsignatum, & Socios eius, ipsas reliquias suæ spectabilitati mittamus.

Reliquiæ autem hæ sunt: Imago Gloriosæ Virginis Mariæ: Brachium, & Tibia S. Ioannis Baptistæ: Caput Ieremiæ Prophetæ: Brachium S. Catharinæ Virginis, & Martyris: Tibia S. Georgij: de quibus prout Dominus disposuerit, consulto S. Patre Honorio Pontifice Romano, disponens piè, & religiosè, vt te præstare solitus es erga Deum. Audies autem plura ab eodem ipso R. Fratre Angelo, cuius colloquio mirificè delectaberis: quem, vt optimè dignoscas, & omni studio complectaris, hortamur: est enim non minus opere, quam Sermone mirabilis, & præcipuus veritatis amator, ac fidei Catholicæ defensor acerrimus. Cætera, quæ de ipso referri possunt, admirandæ sanctitatis Opera, quod ipse breuibus scriptis assequi non possum, & tu facilè (vt spero) cognosces, silentio prætereo. Vale in Domino nostro Iesu Christo, & Orationibus S. Honorij Papæ nos commenda. Datæ Alexandriæ anno Domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo decimo nono.

EPI-

EPISTOLA

Thomæ Bellerosij, ad eundem Amplissimum Patrem Magistrum Nicolaum Audetum, de quotidianis Miraculis S. Angeli Martyris, in Oppido Leucatæ, vbi sepultus est: deque Fonte viuo, & fluxu Olei Medicinalis, in loco Sepulturæ dicti Martyris gloriosissimi.

HAbes, Amplissime Pater, ea quæ scripta sunt olim, de Vita Sanctissimi Angeli Martyris, à me non minus expolita, quam digesta per capita, vt innotescant toto Orbi Christiano, quæ ita ferè quotidie miraculorum locuplentissimo testimonio comprobantur, vt non egeant aliquo testificationis adiumento (sicuti profusè tua Paternitas Amplissima percepit à multis viris præstantibus in hoc Regno) Non enim tuam Paternitatem latet, quod D. Angelus Spiritu humilitatis, quæ de sinu Patris descendit, plenus, vt declinaret inanem huius mundi ventosi gloriam, priusquam ab humanis recederet, mandauit, vt in eo corpus eius humaretur loco, quo erat scelesti hominis gladio confossus: nemo tamen postea fuit ausus hanc supremam Sanctissimi Martyris voluntatem violare: verens, ne inferret offensam, quoad vsque aliter visum fuit Diuinæ Maiestati, quæ (sicut conijcimus) vt dilectissimus Eius Martyr, assiduè effulgeret miraculis, ex sepulturæ loco, quæ in templo erat, & quasi ex ore sepulti, repentè pulchrum lilium enasci fecit; quod quoties fuit recisum, toties renatum est. Et hoc miraculo permoti Incolæ illius Oppidi Leucatæ locum effoderunt, vbi inuentum est Sanctum Corpus, miro fragrans odore, quod honorificè reposuerunt in Arca honestissima.

Ex loco verò, vbi prius iacuerat Corpus, Fons viuus Aquæ nitidissimæ, & suauissimi odoris emanauit. Ex ea vero parte,

te, qua Caput Martyris requiescebat, cœpit fluere Medicinalis Olei liquor, vbi postea manu Artificis Aqua illa per gradus operis lapidei circumdata est; quæ tertio nonas Maij, anniuersario die Martyris, plus solito excrescit, & tunc etiam oleum effluit, incipiens pridie ab hora vespertina vsque ad Solis occasum diei sequentis: quod solertissimè à Plebe colligitur ad sanandos infirmos; multique ægroti illo die solemni descendunt per gradus Fontis, luturi Corpus, implorantes B. Martyris auxilium, & sensim populo spectante, recipiunt sanitatem, præsertim hernici, & paralitici. Plura quoque efficiuntur miracula, si die illo celeberrimo vir doctus Carmelitanæ familiæ, & non alterius Ordinis professor, more declamatorio habebit Sermonem ad Populum de Vita, miraculisque, & Martyrio prædicti Martyris gloriosissimi! Non videtur mihi profectò hac de causa opus esse, vt quærantur attestationes de Vita S. Martyris, quandoquidem viui Fontis scaturigo, & effluentis Olei liquamen testentur omnia, quæ tradita sunt litterarum monumentis de cœlesti beatitudine D. Angeli, verissima esse, & Sole Meridiano clariora. Naua igitur ex imis sensibus operam, Amplissime Pater, vt sicut à Diuina Maiestate, & cœlicolarum Senatu prædictus Martyr factus est cœlestis Ciuis, triplici corona donatus; pari modo in hac Ecclesia Militante, perpetuo Summi Pontificis, & Sacrosancti Senatus Apostolici Decreto, Diuinis honoribus condecoretur, veneretúrque ab omnibus ad laudem, & gloriam totius Curiæ cœlestis, & Indiuiduæ Trinitatis regnantis in secula seculorum, Amen.



AP-

APPENDIX.

Ad Vitam S. Angeli

DVBIVM I.

De Zifris, seù Numeris Arabicis.

QVia Papebrochius in historia Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum num. 271. inquit: *Non producitur in Armamentario Bononiensis membrana de anno* 1201. *quia, qui eam mihi laudauit, Reuerendissimus Pater Magister Ludouicus Torelli Ordinis Eremitarum S. Augustini historiographus, veluti de qua nullatenus dubitandum sit, vtpotè simillima scripturis istius temporis, quarum plurimas viderit, ingenuè mihi fassus per Epistolam numerum millesimi, non litteralem, sed Arithmeticum esse videtur mutata sententia, etiam Carmelitis Bononiensibus suasisse, ne suum istud Instrumentum examini exponerent; quod comparentibus in eo Zifris, defendi non posset pro Originali; quantumuis ad vetustatis similitudinem bellè conficta sint littera.* Quoad membranam, de qua Papebrochius, sic ad me scriptum fuit. *L' Instromento, del quale si cerca, fù fatto in Bologna, per la vendita fatta d'vna Casa da Vgolina filiola di Enrico, e Moglie di Bolognetto Petini, di vna Casa situata sotto la Parochia di S. Benedetto à Fra Benuenuto, figlio del già Petrozzoli, dell Ordine de Frati di S. Maria del Carmelo di Bologna; che la compra per se, e suoi successori. E fù fatto sotto li* 22. *del mese di Maggio* 1202. *Indittione quinta. Di questo Instrumento rogato per Oliniero dalle Scudelle Notaro publico di Bologna, se ne mandò copia al Padre Serafino costì in Roma l'anno* 1676. *adì* 7. *Ottobre. La Chiesa di S. Martino di Bologna fù data à Carmelitani l' anno* 1293.

quali fin all' hora haueuano habitato in vn' altro luogo in Bologna detto S. Nicolò in Carpaneta. Illam igitur membranam falsitatis arguit Papebrochius ob numerum millesimi Arabicum. Supponit enim, quod numeri Arabici ante annum 1200. nostræ Europæ non essent noti.

At Papebrochius ipse in *Sanctorum Actis tom. 1. & die 1. Martij in notis ad Acta Translationis S. Rudesindi, litt. C.* de Petro Elia Archiepiscopo Compostellano sic inquit: *Deinde Petrus Elias, cuius Epitaphium exhibet aram 1100. & quidem Zifra, seù numerico Arabico.* Æra autem 1100. correspondet anno Christi 1062. Ex ipsomet ergo Papebrochio habetur in Europa Zifrarum vsus, ante annum 1200. & si hoc neget in *Propyleo part. 2. num. 20.* Addit quidem Papebrochius: *vbi forsan legendum* 1210. *& esset annus* 1172. Sed hoc dato, adhuc manebit vsus Zifrarum ante an. 1200. Verum cum nullam reddat rationem, cur sic forsan legendum esset, Originalem lectionem retinebimus, relicto Papebrochio con suo, *forsan.* Hinc patet, an rectè censuerit Kircherus, de quo Mabillon lib. 2. cap. 28. num. 10. *recentior est Zifrarum vsus, quas Arabes ab Indis, saculo 10. Hispanos ab Arabibus saeculo 13. accepisse cum alijs, censet Athanasius Kircherus in Arithmologia sua.*

Ioseph Maria Suaresius Episcopus Vasiconensis *in Vindicijs Siluestri Secundi cap. 3* sic ad rem: *Gulielmus Malmesburiensis de Rebus Gestis Regnum Angliæ sic habet*: Gebertus, postea Siluester Papa II. (*Ioannis tamen nomem perperam exaratum est, vt deprahendit Seldenus*) à Saracenis abacum rapiens; primus regulas dedit, quæ à sudantibus Abacistis vix intelliguntur: *excellebant enim Arabes in Arithmetices Studio, & Logarismo, seù Algorismo: figuras verò numerales, Operationibus Arithmeticis adeò accomodas, quibus vtimur Europei, quasque barbaricas appellitamus, ab Arabibus olim accepimus; non tam multo à nobis aliter, quam ab illis formatas,*

etiam

etiam num. Oldoinus Iesuita in Additione ad Siluestri II. Vitam à Ciacconio scriptam, ipsius Siluestri Opera recensens, inquit: *De Arithmetica, seù de numeris ad Constantinum Floriacensem Monachum extabat M. S. apud Ioannem Massonum Papirij Fratrem Archidiaconum Baiotensem, vt ipse testatur in Epistola Dedicatoria ad Antistes, & Clerum Galliæ operibus Siluestri præfixa editis anno* 1651. Siluester iste Romanam tenebat Sedem anno millessimo à Christo nato, atque adeò colligitur, quod saltem anno 1000. Arabicæ Zifræ erant Europeis notæ.

Sed pergo vlterius. Cum *tom.* 2. *Bullarij Cassinensis* legissem *fol.* 41. *Const.* 49. cupido incessit sciendi, an editum exemplar correfponderet, quo ad numeros, Originali M. S. in Archiuio S. Saluatoris Papiæ reseruato, dedi Operam, vt manuscripta illa constitutio legeretur; accepique, quod illa terminat his verbis: *data pridie Idus Decembris, anno Dominicæ Incarnationis S CCCCXXXVIII. Regni verò X.* Ita testati sunt Patres in dicto Monasterio existentes; quibus cura fuit huiusmodi constitutionem examinare. In adducta igitur data numerum Arabicum Romanis numeris mixtum videmus; quod fieri solitum ab Antiquis, docet Ioannes Mabillon *de Re diplomatica lib.* 5. *tabella* 15. *num.* 9. sicuti, vt eodem loco testatur, pro 41. ponebant 401. & pro 42. exprimebant 402 qui quidem vsus adeò fuit Antiquus, vt Antonius ab Effectis in opere, cui titulus: *Borghi di Roma, &c. part.* 1. *cap.* 7. sic scribat: *d'Antichità nel Monastero di S. Siluestro si trouano i Frammenti d' vna Lapide in dui pezzi diuisa fatta affigere per memoria dell' Antichità nel muro della Chiesa da Carlo Manno, come riferisce il Stella, d' vn Gio. antico Abbate di detto Monastero, & è questa.*

ego Joannes vmss.
Abb. pub. Mon. Sci Silu.
Bestri fecit in die no
nem Christi decima +.

Vbi vides expressam Zifram 9. quæ diem nonam significat, licèt more antiquo addita fuerit Zifra. o.

Pro cuius rei cognitione maiori, sciendum est, quod Sigonius de Regno Italiæ fol. 117. inquit: *Carolomanus Pipini Frater Regnum Franciæ reliquit, in Monte Soracte sibi Monasterium condidit, ibique S. Siluester dicauit, quod ibi latuisse S. Siluestrum miserrimis suis temporibus diceretur.* At Baronius ad annum 747. *vbi per Flaminiam veniens, obuiam Soractem Montem in Agro Veientano positum aspexisset Carolomanus, memoriaque incurrisset nobilitatum illum esse latebris S. Siluestri, & aliorum SS Virorum, qui ibidem Vitam Monasticam excoluissent, eius Iuga conscendens, cum omnia, quæ illic erecta fuerant Ædificia Iugi bello Longobardorum solo esse æquata conspiceret, vt ibidem erigeretur Monasterium, atque memoria S. Siluestri restitueretur, operam dedit.* Addendum modo, quod tom. 2. lib. 4. cap. 37. pag. 262. operis, cui titulus, *Roma Subterranea Nouissima Pauli Aringhi*, Inter cæteras inscriptiones è Christianorum veterum Sepulchris erutas, sequens reperitur, in qua numeri Arabici Romanis mixti inspiciuntur.

INNOCENTIVS. INNOCENTIO
FILIO PRO INNOCENTIA
SVA BENEMERENTI QVI
VIXIT ANNO VNO DIEBVS
X,III ORAS III; IN PACE.

In

In qua quidem Inscriptione apparet Zifra. *6.* eodem ferè modo, quo ab Arabis efformari ostendit Petrus Metoscita Societatis Scriptor in *Institutionibus lingua Arabica part. 2. cap. 3. pag. 35.* De qua Zifra ab Antiquis Europeis sic expressa Mabillon *lib. 2. cap. 28. num. 11.* vbi addit: *vnus fuit in diplomatibus vetustis vsus numerorum Romanorum, quibus hodie quoque vtimur*: & tamen hodie Zifras Arabicas Europeis notas negari non potest.

Cæterum quæ de Zifris satis diffusè, parum tamen neruosè, tractat Papebrochius in *Chronologica Patriarcharum Hierosolymitanorum historia num.* 233. Si paucis contrahantur: hunc tandem reddunt sensum. Ioseph Scaliger has Zifrarum notas 350. annis superioris, Kircherus nullum harum notarum ante annos 430. comperit vestigium; Papebrochius ipse Hoogstranæ Insignis Parochiæ tumulos omnes otiosè perlustrans, nullos reperit ante annum 176. insculptum Zifris, ergo iuxta Papebrochium ante annos 227. iuxta Scaligerum ante annos 350. iuxta Kircherium ante annos 430, nullus erat in Europa Zifrarum vsus. Quod quidem argumentum adeò ad intentum non valet, vt vel se ipsum destruat, vel probet nihil. Sicut enim Scaliger earum vsum pro pluribus annis reperit, quam Papebrochius, & Kircherius, quam Scaliger; ita ab alijs repertum est, esse antiquiores, quam putauerit, aut viderit Kircherius, & patet ex supradictis.

Cæterum, quia Iustinianus Imperator Authent. Collat. 5. tit. 3. post medium iussit annos notari per litteras omnibus intelligibiles, inquit enim: *Illud quoque adijcimus, quoniam ij, qui tempus in Iudicijs definant, cum incertis illis, & antiquis literis hac declarant, obstruetur in omni Iudicio, vt post illas antiquas literas antiquitatis, alias subdant, idest has communes, & omnibus notas, & qua legi ab omnibus facile possint, & significare gestorum tempus, vt non fatigentur requirentes id*

tem-

tempus, deinde errantes expectent, donec hominem quēcumque comperiant illas pro veritate lecturum; sed siquidem reliqua, etiam post praescriptionem incertarum literarum, si graeca sint vocis, Graecis literis subaudi tempus. Si verò latinus quidem totius Chartae ordo consistat, latinis quidem perscribatur tempus; interpositis illis certis elementis, clariorem tamen ordinem habentibus literis, quas liceat omnibus legere omnino Syllabarum latinarum ignaris. Eruditis considerandum relinquo, an loquatur de Zifris; maximè cum de Basilio Macedone Graecorum Imperatore, qui mortuus est anno Octingentesimo Octogesimo nono, scriptum sit ab erudito quoddam, sed damnato Auctore, quod: *fraudis occasionem ex numerorum notis dari animaduertens, loco notarum, literis vti iussit, quas ipsi Rustici legere possent.*

DVBIVM II.

De Indulgentijs concessis à Leone IV. Visitantibus nostras Ecclesias.

CVm inter caetera nostrae Antiquitatis fundamenta vnum sit, quod ab Indulgentijs à Leone IV ad Pontificatum circa annum 847. assumpto concessit pro Carmelitarum Ecclesias Visitantibus, desumitur; ideò huiusmodi Indulgentias à Leone non fuisse concessas, sed à Carmelitis fictas, suadere conatur in Sanctorum Actis ad diem 8. Aprilis in Vita B. Alberti Patriarchae Hierosolymitani cap. 10.

Igitur numero 100 allata Bulla Honorij III. quae incipit: *Vt nomen*: data anno 1226. subdit: *hac est prima Apostolica Bulla, quae scitur data*: Fratribus Eremitis de Monte Carmeli: *& hoc nomen videtur auctiori, ac magis iam noto caetui placuisse, tanquam dignius, famosiusque eo, quo sub Alberto adhuc vtebantur, quando dumtaxat nominabantur*: Fratres ad Fontem.

In

In nostro nomine aliquam potuisse accidere varietatem, non diffiteor; sicuti & in Societatis nomine accidisse innuit Iustus Camus in suo *Nouo Ismaele pag.5.* scribens: *Harpij Theologiam mysticam Chartusiani Colonienses Reuerendo, & Amplissimo Domino Ignatio Præposito Societatis Nominis Iesu dedicauere.* At quod sub Alberto Carmelitæ vocarentur: *Fratres ad Fontem*; nullibi adhuc inuentum, nisi in Papebrochij cerebro, de hoc titulo Lezana tom. 2. ad annum Christi 83. num. 3. Sed omissa hac de nomine quæstione, de Leonis IV. Indulgentias sequentibus verbis expressas.

Leo Papa Quartus omnibus Christi fidelibus, qui Ecclesias Beatæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo huiusmodi in Festis Natiuitatis Dominicæ, Paschæ, Apostolorum Petri, & Pauli, Pentecostes, Assumptionis, Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis eiusdem Beatæ Dei Genitris Mariæ, S. Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum, in duobus Festis S. Crucis, Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ, Sanctorum Martyrum Fabiani, & Sebastiani, & in die Parasceues, & per octauam prædictarum Festiuitatum, ac vocabulis omnium Ecclesiarum dicti Ordinis deuotè visitarent, & pias eleemosinas largiti forent, seu Domos confractas eiusdem Ordinis reficerent, septem annos, & totidem quadragenas Sub intellige, concessit.

Post annos 630. has Indulgentias Sixtus IV. in Bulla, *dum attentè*, Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1477. Kal. Aprilis, ita confirmat, vt illarum supponat veritatem, & existentiam; inquit enim: *Auctoritate Apostolica, præsentium tenore, in suo robore, suaque firmitate confirmamus, approbamus, & innouamus, & de nouo concedimus.* Immò ita supponit illarum veritatem, & existentiam, vt dicat de illis se certam scientiam, seu cognitionem habere; inquit enim: *de nostra mera voluntate, ac deliberatione, & ex certa scientia singulas Indulgentias ... confirmamus*: Immò certitudinis suæ scientiæ, seu cognitionis videtur assignare fun-

fundamentum, & rationem, dum dicit, se confirmare ea Indulta, & priuilegia, *quæ in eisdem Domibus sunt recepta, & quorum continentia in publicis scripturis, & dicti ordinis Ecclesijs apertissimè reperitur*. Immò innuit se scire causam propter quam illa Indulta, & priuilegia à suis prædecessoribus fuerant Ordini concessa; dum ait, quod Prædecessores Pontifices: *Ordinem prædictum varijs priuilegijs non immeritò decorarunt*. Ideò, vt notat Lezanam, *nec petitionem auersatus, nec de re sibi proposita anceps, aut dubius, confirmationem postulatam dedit... quod si Sacri Prædicatorum, & Minorum Ordines ab aliquo Summo Pontifice postulassent confirmationem alicuius Indulti, vel Priuilegij, quod dicerent ipsorum Ordini olim concessum fuisse à Leone IV. vel alio ex vetustioribus Pontificibus, sanè reiecti essent, veluti falsi commenti assertores; quia nempè constat illorum illustrissimas familias solum à tempore Honorij tertij familias illustres esse. Cum igitur ex aduerso nihil dubij à Papa Sixto, vel ipsius Ministris obiectum fuerit Generali postulanti confirmationem Indulgentiarum suo Ordini ab Antiquissimis Pontificibus concessarum, ideo contigisse existimandum; quia res ipsa credibilis omnino, nec contra historiæ veritatem, cunctis cernebatur*. Et certè quis prudenter sibi suadeat, quod Pontifices confirmauerint Bullas à suis Prædecessoribus ante millesimum datas Ordini, quam sciuissent post millesimum, anno circiter ducentesimo exortum? Hæc Leonis Bulla, vt notauit Lezana, habetur quoque in Bulla, *vt Laud s* Gregorij XIII Romæ apud S. Petrum 18. Septemb. 1577. & si ibi cum aliqua moderatione, mutationis videlicèt particulæ: *de manibus adiutricibus*: quæ in hac, & similibus Indulgentijs reperitur, in alia pia opera: ac nouissimè sub Paulo Quinto anno 1609. die 2. Februarij, & alijs libris, & Summarijs Indulgentiarum, & Priuilegiorum Ordinis.

Tot tamen, tantisque Pontificibus sapientior Papebrochius

chius illas Indulgentias à Leone quarto nostro fuisse Ordini concessas, admittere renuit; sed eas fictionis conuincere, sequentibus nititur argumentis; pro nihilo reputans, quod eas Sixtus IV. ex certa scientia confirmauerit; mendacij notam, si Dijs placet, etiam Pontifici inruere volens: nec enim certam, aut scientiam, aut cognitionem de veritate, & existentia illarum Indulgentiarum, vt à Leone IV. concessarum, habere, potuit; si à Leone IV. nunquam concessæ fuerint.

Arguit ergo primò: inter eos qui dicuntur Indulgentias concessisse Carmelitarum Ecclesias Visitantibus, & adiuuantibus tertiam partem delictorum omnium in Domino relaxasse, nominatus Sergilius III. omnibus Pontificum Catalogis ignotus, & Sergius V. quem oportet adhuc venturum speremus, ergo quæ de Leonis Bulla dicuntur, falsa sunt. Respondet Bonaspe part. 2. Armament. num. 136. quod in Bulla Sixti IV. quæ extat Originaliter sub plumbo in Archiuio Conuentus Rhedonensis capsula Oopp, & refertur in Vinea Carmeli fol. 104. & ab alijs, sic legitur: *& Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. Sergius IV. & Innocentius IV.* In qua verò Bulla reperiantur errores à Papebrochio adducti, quis Pontifex Auctor, in quo data loco, non solum nos nescimus, sed & ab ipso Papebrochio ignorari non pauci credunt.

Arguit secundò. extat apud Lezanam ad an. 1245. num. 7. ex speculo Ordinis edita Innocentij quarti Bulla; *qua Priori, & Fratribus Eremitis de Monte Carmeli rogat subsidia charitatis erogari*; vtque ad pium istud opus faciat promptiores, *omnibus verè pænitentibus, & confessis, qui eis manum porrexerint charitatis, decem dies de iniunctа sibi pænitentia misericorditer relaxat*: Sed si vera est hæc Bulla posterior; prætensam eiusdem Pontificis, aliorumque antegressorum, ac potissimum Leonis quarti Bullam efficaciter euertit. De Innocen-

nocentio quarto probat; quia non est probabile, quod vnus, & idem Pontifex in eadem causa, prius ita fuerit largus, vt tertiam partem omnium delictorum in Domino relaxauerit, & postea ita parcus, vt solum decem dierum Indulgentiam concesserit. De Leone verò probat dicens: *quid enim Carmelitis opus erat solicitare Pontificem pro parua decem dierum Indulgentia cum onere Confessionis pramittenda, si certi erant de obtentis ante annos circiter quadringentos pro eadem causa, & absque tali onere, Indulgentias annorum septem, & duodecim quadragenarum?* Respondet, & optimè Bonaspe loc. cit. num. 137. posteriorem hanc paruam Indulgentiam decem dierum, illam eiusdem Innocentij priorem, qua tertia pars omnium delictorum in Domino relaxatur; sicut & illam Leonis quarti, qua septem, & totidem quadrogenæ conceduntur, in suo vigore relinquere, & aliquid plus ibi non concessum indulgere, videlicèt, *decem dies de iniuncta pænitentia*, quæ si Papebrochio iniuncta esset, vt duodecim diebus disciplinam acciperet, & in pane, & aqua ieiunaret, non diceret esse paruam Indulgentiam, sibi per Bullam Innocentij quarti, decem iustius pœnitentiæ iniunctæ dies remitti; & sciret, quod opus esset Carmelitis sollicitare Pontificem pro decem dierum Indulgentiâ. Quibus addendum, quod in libello Romæ edito ann. 1679. cui titulus: *Sommario delle Indulgenze concesse da diuersi Sommi Pontefici all' Archiconfraternità de' Centurati* pag. 15. num. 10. Conceditur illis in die Natiuitatis Domini Indulgentia Plenaria, & tamen pag. 19. num. 17. in eadem Festiuitate conceduntur illis etiam centum dies. Numquid ob hanc minorem Indulgentiam, statim asserendum erit, quod illa Plenaria est ab Augustinianis ficta? vide Bac. in 4. dist. 24. q. art. 1. Ly-Sed hoc iterum

Arguit tertiò, *norunt, & iam passim consentiunt eruditi in Romana Curia viri eiusmodi Indulgentiarum dandarum formulas, nonnisi saculo 11. ac 12. ceptus in Ecclesia vsurpari, ergo &c.*

Res-

Respondet Sebastianus à S. Paulo in libello supplici nu. 181. *Similibus fictorum eruditorum testimonijs conatur Pater Papebrochius diuersis in locis Carmelitarum labefactare historiam, vt nouitijs suis speculationibus, & coniecturis apud incautum Lectorem aliquid conciliet credibilitatis; sed nullibi successu magis erubescendo, quam hic: nam cum constet Sixtum IV. Iulium II. Gregorium XIII. ac Clementem X. Bullam approbasse, ac denique à S. Congregatione sub Sanctissimo Domino nostro Innocentio XI. permissam denuo imprimi, & promulgari, satis euidenter patet, nullos in Curia Romana esse viros, qui eiusmodi Indulgentiarum dandarum formulas ante 11. aut 12 saeculum captas in Ecclesia vsurpari, reprobans.* Addam ego Thomæ de Vio Caetani, Viri in Schola notissimi verba, *tom.* 3. *suorum Opusculorum tract.* 15. ad Magistrum Ioannem Studij Moguntini Regentem. Inquit igitur: *Responsionem mittio ad receptam à te Schedulam sexdecim articulorum, quorum titulus est: Articuli aliquot pro erroneis à Theologis Parisiensibus ex libris Caetani excepti.*

Titulus iste incertum manifestat Auctorem; ex eo enim, quod dicitur à Theologis Parisiensibus, non explicatur, qui sint isti Theologi, nam innumerabiles sunt Theologi Parisienses, & ad verificandum numerum pluralem sufficiunt duo; quo circa multi suspicantur animo fallaci scriptum hunc titulum; ita quod ille, qui titulum hunc apposuit, aliud dixerit, aliud intenderit: dixit enim à Theologis Parisiensibus, intendit autem, vt passim legentes, & audientes fallantur: nec temere suspicantur: quoniam quisquis ille fuerit, imponit multa quæ non scripsi: ipsa enim impositio signum est mali animi: propterea vos quidem estote cauti, vt non fallamini ex hoc titulo. Illius verò, quisquis fuerit ille, misereatur omnipotens Deus, ego autem tanquam ad libellum famosum respondebo. Applicationem omitto; lectoris erit perpendere, & applicare. Cæterum illas formulas etiam ante millesimum vsurpari ceptas ostendemus dub. sequenti.

 Ar-

Arguit quartò, *conuincendæ imposturæ sufficiunt tria prima verba*, Leo Papa Quartus, *quis enim eo tempore, sic exorsus est Pontifex? vide quot, quot Vghellus toto suo opere habet Pontificum Bullas IX. sæculo, aut vicinis datas, inuenies omnes hac ordiri forma, N. Episcopus Seruus Seruorum Dei*; sed Bulla Leonis non incipit: *Leo Episcopus* Seruus Seruorum *Dei*, ergo est ficta. Respondetur, quod Gregorius Septimus, qui Ecclesiam regere cœpit, anno 1073. suæ Bullæ eandem Verborum formulam præfixit sic: *Gregorius Papa VII.* Pelagius, qui regere cœpit Ecclesiam anno 579. sic exorditur: *Pelagius Papa secundus*. At in Conatu Chronico-historico ad Catalogum Pontificum pag 207. de Paschali II. num. 31. respondet ad hæc exempla Papebrochius; quod *Papa secundus, Papa tertius, &c.* additum fuit explicationis gratia, omisso verò titulo; *N. Episcopus* Seruus Seruorum *Dei*; quia sæculis illis nullus Romanus Pontifex scripsit suum nomen cum addito, *Papa secundus*, *Papa tertius, &c.* Sed vndè probat adeò vsitatam hanc formulam: *N. Episcopus Seruus Seruorum Dei*, vt nullus scripserit: N. Papa quartus, &c. probat; quia *non existimat posse aliquam sapienter credere vllum Romanum* Pontificem *sæculis illis nomen suum scripsisse cum addito*: Papa *secundus*, Papa *tertius, &c.* atque adeò tota conuincendæ imposturæ ratio reducitur in vnum *non existimo* gratis prolatum. Et quod nullus alius Pontifex simili Formula vsus esset, quid inde? Certè Launoyum (vt num. 184. obseruat noster Sebastianus à S. Paulo) simili argumentandi modo Bullam Ioannis XXII. corrodentem sic redarguit Raynaudus dicens: *miseratione potius, quam confutatione dignum, quod primum vrget de dissimili huius, & aliarum Bullarum initio. Nam in voluminibus* Pontificiorum *diplomatum plurima sunt, quorum initia in nullo alio diplomate reperiuntur. Gregorius septimus ei Constitutioni, qua Henricum IV. Exauctorauit, illud initium ex abrupto præfixit*. Beatæ Petre, Apostolo-

stolorum Princeps, inclina quæsumus, Pias aures tuas nobis. *Cedo aliud aliquod diploma Pontificium in tam multis, tanque spissis Cherubini voluminibus, cuius idem sit, vel simile initium.* Pariter Leo primus secundam suam Bullam sic incipit: *Leo Episcopus Sanctæ Synodo.* Gelasius secundus sic: *Gelasius Episcopus Vrbis Romæ.* qualiter nullus sic suas orditur Bullas. Vnde licet Leo quartus solus sic suam incepisset Bullam, non ideò *impostura* foret conuicta. *Quod autem dicat Pontificum Bullas apud Vghellum repertas hac omnes ordiri forma.* N. Episcopus Seruus Seruorum Dei, *est planè impertinens, & omninò insufficiens, vt hanc præfatam Leonis Bullam imposturæ arguat, eo quod non ordiatur hac forma:* Leo Episcopus Seruus Seruornm Dei. *Nam Vghellus non refert in suo opere ex professo omnes Pontificum Bullas, sed illas dumtaxat, quæ seruiunt eius proposito, & materiæ, quæ licet hac omnes ordiantur forma:* N. Episcopus Seruus Seruorum Dei, *non tamen sequitur alias ab ipso non citatas, & in Bullario relatas non ordiri hac forma:* N. Papa secundus, tertius, &c. *quales reperisset Papebrochius in abundantia, si Bullarium Cherubini inspexisset.* Cæterum Sixtum IV. noluisse referre totam Bullam Leonis, nec etiam verba initialia Bullæ, sed tantum Compendium Indulgentiarum ab eo per Bullam elargitarum, colligitur ex verbis ipsius Bullæ. Sic felic. mem. Clemens X. in suis literis retulit, & confirmauit varias Indulgentias à suis prædecessoribus Sixto V. Gregorio XIII. Vrbano VIII. concessas, non referendo initium Bullarum, sed his verbis: Sixtus V. Gregorius XIII. &c.

Arguit V. nolo dicere nihil in tota Bullæ istius, quæ Leoni attribuitur, forma, esse, quod Pontificium istius æui litterarum stylum referat. Hoc est, in illa Bulla non apparet stylus illo sæculo vsitatus in litteris Pontificijs, ergo, &c. Sed iam putidum istud argumentum funditus eneruauimus dub. 4. circa Epistolam dedicatoriam; vnde non est cur circa

illud

illud immoremur, nisi breuiter negando antecedens, cuius probationem expectabimus.

Arguit VI. nec in Asia, nec in Europa possunt assignari Ecclesiæ, in quarũ fauorem fuerint à Leone concessæ Indulgentiæ, ergo illæ Indulgentiæ sunt fictitiæ. Respondetur ex nostro Philippo à Sanctiss. Trinitate in Theologia Carmelitana q. 12. a. 1. quod: *in nono sæculo in Palestina reparabantur Monasteria Carmelitarum ex piorum Eleemosynis in Europa collectis: & ad hunc effectum concessæ fuerunt à Leone IV. Indulgentiæ. Tunc Basilius Imperator Constantinopoli inter alias Ecclesias, restituit aliquas in honorem S. Eliæ dicatas, vt asserit Cedrenus n. 288. his verbis*: Eliæ Fanum in Petrio splendidè restituit, instaurauit, & templa Palatina seruatori Christo, Michaeli Archangelo Principi, & Elię Vati dicata, &c. Multa alia etiam delubra in Palatio condidit de nomine Eliæ. *Tunc etiam in Europa facta sunt nostrorum Carmelitarũ fundationes, vt suo loco dicitur.* Sed de Carmelitarum Ecclesijs, ac Monasterijs hoc sæculo existentibus, alio in opere dicemus. Interim videantur Bartholomeus de Rogatis in Opere, cui titulus: *Historia della Spagna part. 3. lib. 4. num. 77. ad annum* 1070. Ioseph Andres in *Decore Carmeli*. cap. 38. Iesuitæ de Antiquissimis Ordinis nostri Monasterijs agentes, quibus adde Ricaut Anglum in *historia Status Præsentis Imperij Turcarum lib. 2. cap. 2.* vbi de Maumetti testamento loquitur; & Carolum Giancolinum in sua *Hendegraphia discursu primo cap.* 50. & Ioannem de Bisdominis, de quo Ambrosius Landuccius Augustinianus Senensis Vicarius Generalis Congregationis de Iliceto in *Chronico Cænobij de Iliceto*, vbi agit de *Origine Sacra Eremi*. Quibus adde Baptistam Mantuanum in *Apologia pro Carmelitis* scribentem, quod: *olim dum Asia, & Aphrica Christum sapiebant, in regionibus illis, vt in nostris annalibus continetur, habuimus septuaginta, & amplius Monasteria, ampla pulcherrima, atque Magnifica; Interque erant ferme*

om-

omnia loca, quæ Christus, & Mater eius sua conuersatione celebrarunt.

Arguit VII. istarum Indulgentiarum non extant Originalia, sed solum Summaria, ergo sunt fictitiæ. Respondetur, quod Papebrochius in *Conatu Chronico-historico ad Catalogum Pontificum pag.90. num.7.* de S. Gregorio Magno agens, & improbans primum diploma Cassinensis Breuiarij, Venetijs anno 1650. editi, Gregorio Magno attributum, inquit: *sed initium, & finis, quam longè distat à stylo Gregorij: hunc quidem Regestorum Collector nobis inuidit, omissis formalitatibus, solam Epistolarum substantiam describens, sub eius, ad quem diriguntur nomine.* Sicut ergo Epistolæ Gregorij Magni non sunt fictitiæ, licèt earum non extent Originalia, sed solum Summaria; Ita dico de Indulgentijs Leonis, vel Papebrochius assignet disparitatem, quam expectabimus.

Arguit VIII. Bulla Sixti referens Indulgentias Leonis non est verè Sixti quarti, ergo neque illæ Indulgentiæ sunt Leonis quarti: probat antecedens, quia stylus Sixtinæ est diuersissimus à stylo diplomatis Sixti, quod vocatur Mare Magnum; nam Sixtus in Mari Magno cautissimus, integrum singularum Bullarum expressit tenorem, in Sixtina verò membranæ, & verborum parcissimus, viginti duorum Pontificum decreta, vno perstringit folliculo. Sed argumentum istud facilè soluitur; nam si in Mari Magno integrum Bullarum expressit tenorem, ipsemet num. 1. rationem assignat dicens: *quarumque tenorem de verbo ad verbum inseri fecimus, cum incipiant vetustate consumi*, & tamen nulla illarum erat Innocentio quarto antiquior, vnde à fortiori vetustate consumi potuerunt litteræ Originales Indulgentiarum, quæ ante Innocentium concessæ fuerant. At verò in Sixtina non extendit, neque expressit ad verbum Bullarum tenorem, quia non fuerunt illi oblatæ Bullæ, sed Bullarum Compendia, vt patet Sixtinam legenti.

Arguit

Arguit IX. Sixtus quartus illas Indulgentias non approbauit, ergo sunt fictitiæ; probat antecedens, quia omnia exigebat, seu confirmabat ad fidem Cancellariæ, sed illæ Indulgentiæ non erant in Cancellaria, ergo, &c. Respondeo, nego antecedens, & probationis maiorem; etenim in Mari Magno Minorum num. 38. non ponit per extensum Bullas, sed paucis verbis eas complectitur, non faciens mentionem nec de Cancellaria, nec de Scripturis publicis; & similiter Bulla 12. approbat concessiones factas Monialibus à suis prædecessoribus; nec inquit: eas in Cancellaria nostra diligenter inspici fecimus.

At, inquis, Sixtus erat prudentissimus, cautissimus, omnia districtè inquirens, nihil nisi compertissima confirmans. Concedo. Sed quid inde? nisi quod prudenter in principio Maris Magni nostrum ab Elia hæreditariam successionem fateatur, quam Papebrochius imprudenter negat; & quod si confirmauit Leonis Indulgentias, ideò confirmauit, quia illarum veritas sibi compertissima erat ex publicis scripturis; & certè ridiculum est nobis obijcere, quod Generalis neque Originales, neque exemplatas litteras ostenderit Pontifici; siquidem, vt ex Bulla constat, motiuum, & ratio supplicandi à Pontifice confirmationem, fuit, quia circa Indulgentias excitabantur dubia, eo quia Originales litteræ nec exemplatæ ostendi poterant à Generali, sed solum continentia illarum in publicis scripturis; sicut modo Epistolarnm D. Gregorij Magni nec Originalia, nec exemplaria ostendi possunt, sed solum continentia in Regentis, vt ex Papebrochio vidimus supra; & sicut Papebrochius ex tali continentia Epistolarum D. Gregorij in Regestis prudenter iudicat illas Epistolas aliquando verè scriptas à D. Gregorio; ita Sixtus ex continentia illarum Indulgentiarum in publicis scripturis, prudenter iudicauit illas Indulgentias verè aliquando à Leone IV. concessas. Adde modo id, quod Horatius Torsellinus

Iesuita in historia Lauretana lib. 2. cap. 5. ita scribit: *Reggendo la Chiesa di Dio Innocentio Ottauo, il Cardinale della Rouere Protettore della Santa Casa, e della Religione Carmelitana, molto ricordeuole, che haueano i Padri Carmelitani con euidenze chiare à Sisto IV. suo Zio prouato, che la Santa Casa, prima, che dalla Galilea partisse, era stata alla cura loro commessa, fecegli con l'auttorità del Papa, al Tempio di Loreto sopraštanti . . . furono frà tutti scielti trenta huomini atti à mettersi à si fatta impresa, vno de' quali fu il Padre Battista Mantuano, che scrisse l'historia della Santa Casa*. Hæc Tursellinus, de quo Siluius Serraglius in Opere, cui titulus: *La S. Casa abbellita*. *Part. cap.* 10. *Horatio Torsellino, frà gl' Antichi, e Moderni historici il più accurato Scrittore di S. Casa*. Cur ergo voluissent Carmelitæ fictarum Indulgentiarum approbationem, seù confirmationem à Sixto quarto extorquere ad probandam posteris suam sub Leone quarto existentiam; cum per alia monumenta possent clarè, & euidenter ostendere, se etiam primò Christi sæculo non solum fuisse, sed & Sanctæ Domus Custodiam in Galileæ Prouincia habuisse?

Arguit X. Sixti Bulla Indulgentias Leonis quarti confirmans est fictitia, ergo & Indulgentiæ Leonis quarti: probat antecedens, quia Curialium Ministrorum in Vrbe acutiores oculos, & testimonij debilitatem formidans Lezana non est ausus in Annalibus Sixtinæ Bullæ facere mentionem. Vnde, & in *tomo quarto, ad Sixti Pontificatum, vbi proprius locus erat agendi de Sixtina prædicta, rursum de ea altum silet, & solum de prima, nobisque etiam indubitata, loquitur*. Respondeo, antecedens esse falsum, & illius probationem esse impostutam: nam Lezana tom. 3. quæst. Regul. verb. *Indulgentia, quo ad Regulares num.* 7. illam citat dicens: *specialiter de Indulgentijs pro visitantibus Ecclesias extat Bulla Sixti quarti, quæ incipit: dum attenta, & habetur apud Rodriquez in Bullario, tom. 1. in Sixto IV. Bulla* 3838. *& confirmatur à Gregorio*

 XIII.

XIII. *vt Laudes, quam refert noster Reuerendiss. Straccius in Instrutione pro Fratribus Carmelitis cap.* 16. Similiter *tom. 5. quæst. Regul. in Commentario ad Mare Magnum Carmelitarum num.* 3. eam iterum citat, & licèt à Canonistis opus illud multis modis ventilatum fuerit; Bulla tamen illa à nullo Canonista fuit reprobata: vbi notandum Lezanæ intentum in tomo illo fuisse solummodo Mare Magnum Carmelitarum, non alias Bullas perpendere. Deindè *tom. 3. Annalium ad annum Christi* 847. *num.* 3. *&* 4. *&* 5. agit per se de Leonina, & *num.* 6. 7. 8. agit per accidens quidem, sed diffusè, de Sixtina, de qua iterum *tom. 4. ad annum* 1477. *num.* 2. vbi est proprius locus agendi de Bulla Sixti IV.

Hæc ad argumentum: modo audiamus, quæ in libello supplici, noster P. Sebastianus num. 197. post multa circa hanc calumniam nostro Lezanæ, à Papebrochio illatam, subiungit: *qua igitur sinceritate, & conscientia* P. *Papebrochius tam fidenter asserere potuit Lezanam tom.* 4. *Annal.* ad Sixti Pontificatum, vbi proprius Locus erat agendi de Sixtina prædicta, rursus altum silere: *cum ibidem expressè mentionem faciat, & fusissimè de illa tractet tom.* 3. *vt patet ex verbis Lezanæ supra citatis, quæ ignorasse non potuit* P. *Papebrochius*, cum tom. 1. Aprilis, ad diem. 8. num 85. *fateatur*, se annis duodecim in hac illustrandæ historię Arena versatum. *Immò* annis quatuor postremis, aut quinque nihil maiori contentione egisse, quam in illum finem scrutari omnia monumenta, & signanter tom. 2. Propylæi Antiquarij, part. 2. num. 3. *expressè dicat, se*: totos Lezanæ Annales euoluisse, & sollicitè scrutatum: *Accedit præterea cum tot annorum spatio historia nostra illustranda operam nauauerit, & in illum finem omnia monumenta, & Auctores sit scrutatus, indubiè vigeties, trigeties, immò & fortè centies, & amplius, Præfati Sixti* IV. *Bullam de* Idulgentijs *Leonis* IV. *vidit, & legit ex Lezana citatam; qua igitur conscientia audet tam fidenter asserere, Lezanam*

nam de illa in Annalibus altum silere? certè suffundor ipse similia hic producere in lucem. Hæc Sebastianus, quibus addo, quod Papebrochius in *Conatu Chronico-historico ad Catalogum Pontificum, part. 2. pag. 137. num. 13. de Sixto IV.* promittit in supplemento mensis Aprilis retractare hanc calumniam Lezanæ illatam.

Arguit XI. Indulgentiæ Leoninæ sunt similes Indulgentijs, quas Glastonienses tabulæ, seu fabulæ potius dicendæ, continent, & de quibus ad diem 12. Martij in Commentario de S. Patritio §. 10. num. 74. agit Papebrochius, ergo sunt fictitiæ. Respondeo negando antecedens, siquidem de Leoninis Indulgentijs possumus assignare Pontificem, à quo fuerunt obtentæ, & quando fuerunt obtentæ, insuper confirmatæ quæ omnia de Indulgentijs Glastoniensibus ignorantur, vel saltem vis ignorari.

Arguit XII. si quid probaret veritatem Indulgentiarum à Leone IV. concessarum, maximè, quia confirmatæ; sed ex confirmatione non probatur illarum veritas: ergo, &c. Minorem probat in Conatu Chronico-historico ad Catalogum Pontificum part. 1. dissert. 17. num. 15. dicens: *quod enim eas, quomodo prætendebantur haberi, confirmauerint ætatis nostræ Pontifices, quidam Gregorius XIII. Clemens X. approbantes Summarium Indulgentiarum à diuersis Summis Pontificibus concessarum fidelibus visitantibus Ecclesias prædictas, non facit, vt omnes illæ, sic verè, vt prætenditur, antiquitus sint concessæ, & extiterint, quæ negantur extitisse, Ecclesiæ, sed vt vera nunc habeantur, quæ antea non habebantur quidem, haberi tamen credebantur Idulgentiæ.* Probat secundò pag. 137. de Nicolao primo num. 5. vbi inquit: *Nuda nomina Stephani V. Leonis IV. Adriani II. Sergij* III. *& Alexandri* II. *nequaquam sufficiunt, vt quas prætenduntur dedisse, Indulgentias, recipiam veluti certissimas, & humana saltem fide, quantum potest optare, subnixas, propter meram conniuentiam Cle-*

mentis X. Pauli V. Gregorij XIII. aut etiam ipsius, si credere libet, Sixti IV. ideo solum, quia illis non venit in mentem nomina ista expungere, vel dubitare de certa satis scientia supponentium ipsa. Probat tertiò, quia Pontificis approbatio nihil aliud facit, nisi quod supplet Iuris, & facti defectus.

Sed negata minori, ad illius omnes probationes respondeo ex verbis Sixti satis patere, quid apud Catholicos omnes valere debeat illa Pontificis approbatio prouueniens, non ex mera conniuentia, sed ex certa scientia, in publicis scripturis fundata; cum enim illas Indulgentias, vt à Leone IV. concessas approbauerit, & testetur se de illis certam scientiam habere, & suæ certitudinis rationem assignet, Scripturas nempè publicas; nemo Catholicus has Indulgentias à Leone quarto concessas negare audebit; quia nemo Catholicus tantum Pontificem mendacij, & imposturæ arguere præsumet. Audiet interim Papebrochius Henricum Wangnereck Iesuitam in Vindiciarum Politicarum Præfatione §. 2. *Conscio*, inquit, *& annuente Summo Pontifice, libri Romæ prodire dicuntur, quia Viris, Religione, & eruditione præstantissimis, Censura officium committit; quod summa integritate, & seueritate exercent. At enim cum homines sint, & humana industria vtantur, aliquando error, aut dolus obrepere potest, & si id, tam rarum sit, vt merito suo Censura Romana summam auctoritatem toto Orbe retineat.* Si Censura Romana, merito suo Summam auctoritatem toto retinet Orbe, etiam si ex certa scientia non procedat; neque enim tunc errare posset; quantam apud Catholicos obtinebit auctoritatem attestatio Pontificis ex certa scientia procedens?

Arguit XIII. Si illæ Indulgentiæ probarentur à Leone IV. concessæ, maximè quia dum illarum confirmatio à Sixto IV. postulata fuit, nec Pontifex, nec alius tali confirmationi se opposuit; sed non per hoc probatur, quod illæ Indulgentiæ

fuerint

fuerint à Leone IV. concessæ, ergò, &c. probat minorem his verbis: tam de Sixto IV. quam de alijs Pontificibus subsequentibus, qui has Indulgentias confirmauerunt, loquens: *Nec mirum est, quod Pontifices in huiusmodi sic agere potuerint, immò voluerint, quia omnes illa gratia, quarum confirmatio petebatur, respectu hodierna largitatis, exigua omnino erant, neminique inuidiosa, vtpotè cum nullius praiudicio coniuncta. Talibus autem contingere solet, vt nemo facilè contradicat, nisi tunc fortè, quando consequentia adducuntur ad controuersias historicas decidendas, cũ praiudicio verisimilioris aliundè opinionis.* Cui Papebrochianæ ratiocinationi, omissis, quæ Societatẽ lædere possent, nihil aliud respondeo, nisi, vt Papebrochius ipse experiatur, an Romæ ita sint bardi. Petat ergo confirmationem Indulgentiæ septem annorum, & totidem quadragenarum à Leone IV. vel si mauult à Sixto quarto Societati concessæ, est enim, vt ipse loquitur, gratia omnino exigua respectu hodiernæ largitatis, & nemini inuidiosa, vtpotè cum nullius præiudicio coniuncta: si obtinebit; si nemo contradicet, manum dabo, meque victum fatebor. Quod si Nicolaus Causinus Iesuita in libro, cui titulus: *La Pietà Vittoriosa, e l'Impietà domata da Carlo Magno pag.* 19. scribit: *Lirano seguitando la maggior parte de' Dottori Hebrei... porta opinione non esser stata la figliola di Iefte Sacrificata, mà racchiusa per sempre in vn chiostro;... e benche dal testo hebreo possa ciò inferirsi; nulladimeno hauendo conchiuso Tertulliano, S. Agostino, & S. Girolamo, S. Epifanio, S. Chrisostomo, & altri molti, che egli la sacrificò; giudico non potersi tal'antica opinione rifiutare, senza temerità:* quid iudicaret de illo, qui nullam secutus auctoritatem, sed suam tantum pruriginem ingenij; Indulgentias à tot Pontificibus, tanquam Leonis quarti, confirmatas, respueret, & esse Leonis quarti negaret?

Certè, vt in Opere *de S. Rosalia lib.* 3. *cap.* 13. scribit Iordanus Cascinus Iesuita, cum Iannettinus Cardinalis Auria

Ar-

Archiepiscopus Panormitanus, vt quorundum negantium mirabilia, obque D. Rosaliæ nomen Romano Martyrologio insertum fuerat, os iniquum obstrueretur, ad Sacram scripsisset Rituum Congregationem, subsequens accepit responsum.

Eminentiss. e Reuerendiss. Signor mio Osseruandiss.

Il Decreto della Sacra Congregatione de' Riti, nel quale s'hà messo nel Martyrologio Romano S. Rosalia, è stato fatto con tanta maturità, che troppo animosità mostra, chi ardisse d'opporuisi, ò ragionarne, con minor rispetto di quel che conuiene. V. Eminenza non hà bisogno d'insinuare cosa alcuna appresso la Santità di N. S. in giustificatione di quanto si è trouato della detta Santa; & il solo Decreto sudetto della S. Congregatione, con l'approuatione di Sua Beatitudine, basta per chiudere la bocca à chi si sia; questa breue, e riuerente replica alla lettera di V. Eminenza in questo soggetto può bastare per quiete, e consolatione dell'Eminenza V. alla quale confirmando la mia obligatissima seruitù, bacio per fine humilissimo le mani. Di Roma dieci d'Agosto 1630.

Di V. Eminenza Reuerendiss.

Humiliss. & Affetionatiss. Ser.
Il Cardinale Barberino.

Addendum modo, id, quod obseruat noster Valentinus à S. Amando in suo Prodromo Carmelitano num. 68. pag. 51. vbi inquit: *multum interest Societatis, Pontificum, & Congregationis Auctoritatem non vilipendi. An non est illa tota Bullatica, idest à Pontificis pendens Bullis? illius simplex Castitatis votum dirimere Matrimonium habet à Bulla. Scolares illius vere Religiosos esse, habet à Bulla: Religiosa cum paupertate*

tem-

temporalium stare Dominium Bonorum habet à Bulla: Inter Ordines censeri Mendicantes habet à Bulla: Ipsam se esse, durare, vigère, habet à Bulla. Dum a Societatem modo laudat Pontifex, ipsius ita laudationis robur attollitur: nec aliud sensere Summi Pontifices, quorum effata in rebus eiusmodi errori non sunt obnoxia, quia nescio quid instar Oraculi ab ipso numine accipere existimantur. *dum verò illam confirmat, attollitur etiam magis:* Ita Pontifices, quorum testimonij non pro arbitrio, adhibetur fides, sed debetur. *scimus non esse obnoxia errori effata Pontificum: agnoscimus habere aliquid instar Oraculi: dicimus non pro arbitrio fidem adhiberi, sed deberi: sed Iesuiticis modo rebus? an non debent in Carmeliticis, æquè valere? omnino; omnium enim æquè Pontifex Pater est. Vereor tamen vt datas Carmelitis Bullas sua nimis licenter nisi subiecerit Papebrochius,* ac Pseuditatis *etiam insimulari licentius à pari, & Generalem Ordinis, & ipsum onerans Pontificem iniuria. Generalem, quod litteras non modo non Originales, sed nec exemplatas obtruserit: Pontificem, quod non exactè dispexerit, quid confirmauerit. Vbi Clemens Scoto è Socio Apostata, Societatis simul, & Pontifici, qui constitutiones Societatis confirmauit, similem impegerat Colaphum, effutiens, quasi vix Leui illas Pontifex libasset oculo, adeòque confirmasset Leuius, Theophilus Raynaudus, sic illi respondere, satis habuit:* idest Pontifices, & quos adhibuerunt recognitores Constitutionum, quamuis eas adeò robustè firmarint, hoc tamen gratiæ dedisse, nec nisi oscitanter, ac perfunctoriè legisse; vt mirum non sit, fermentum in illis abditum non deprehendisse, quæ quanta sit supercilij erectio, nihil attinet dicere. *Repono Papebrochio, vt reatur sibi esse dicta, videatque an concoquendis stomachum habeat.*

Neque deuium, puto, erit adiungere, quod respondet idem Pasqualigo, impugnant votum, quod professi emittunt Socij, de audiendis Generalis Præpositi consilij, ijsque, si meliora, &

sancto-

sanibra non occurrerent, exequendis, supposito, quod legitimo imperio ad alicuius Ecclesiæ Regimen adigerentur. Approbarunt, & confirmarunt hoc votum Pontifices: Impugnauit Pasqualigus, esse volens votum reuera non votum; sed voti speciem Sacrilegium, in dignitatis Episcopalis iniuriam, cæco dominandi actu inditum, vbi verò Raynaudus Pontificiæ pondus confirmationis attulerat, subiungit: Pasqualigus contra tantæ auctoritatis tonitru, ausus hiscere; nec excutere modo, sed etiam damnare ausus, quod cælesti Iudicio, per præiudicatam (vt S. Hilarius loquitur) Romanæ Ecclesiæ auctoritatem firmatum est; audiat illud Augustini: Cælum Tonat Ranes taceant. Obediuit Christus Dei Vnigenitus Regi terreno, ac Idolatræ; nec pudebit Christianum, vt recte Petrus Chrysologus est argumentatus. Christi Vicario obstrepere; & que ille probauerit, improbare? *audis, quis eat clamor? audem quoque in Causa, & eundem contra Pasqualigum agens Joannes Rho, itidem S. I.* Sed Lentius agimus, quam censuræ atrocitas ferat, quis verò audeat nigrum illis theta præfigere quæ Summorum Pontificum non semel probauit Auctoritas? quæ confidentia hominis illa damnantis, contra quæ ne quidem liceat disputare? *audis, quis clamor? quid, dum Castaldum suis idem exagitat interrogationibus, nonne Pontificum Bullas habet Asylum? carpebat Societatis ille Instabilitatem, nolens pro Religiosis agnoscere eiectioni obnoxios. Ecce Vmbo, Bullam Pontificis.* quod absque accusatione temerarij erroris in fide, post geminum Gregorij XIII. Oraculum nemo possit affirmare, *additque statim iterum.* ego certè non rerum nostrarum affectu, verum ad temeritatis notam vitandam, tecum, Castalde, Sentire non auderem, *audis quis clamor? pro Societate est.*

Sed quia in quæstione sumus, non Iuris, sed facti, propius ad rem nostram accedit; quod cum Erasmus, vt refert Ludouicus Torellus in *Præfatione ad Sæculum septimum Augusti-*

Niniane Religionis num. 62. scripsisset quod D. Augustinus Regulam non composuit, nec pro Monachis, nec pro Clericis Augustinianis; non solum Sacra facultas Parisiensis publico decreto statuit errorem esse asserere Regulam D. Augustini solis fœminis scriptam; & Cathalogus librorum expurgandorum à S. Offitio editus iussit deleri hoc Erasmi Commentum; sed vt addit, *num. 69.* Suprema Hispaniarum Inquisitio prohibuit huiusmodi Erasmi Sententiam, non solum tanquam erroneam; sed quod magis est, tanquam Summis Pontificibus iniuriosam; quippe qui Regulam illam, tanquam à D. Augustino pro Monachis confectam, multis Religionibus sub ea militantibus concessere; de quo Erasmi Commento, iterum *sæculo primo sub anno* 389. *n.* 80. Cum igitur tot Pontifices Indulgentias pro nostras Ecclesias visitantibus tanquam à Leone IV. concessas tot Pontifices confirmauerint, nonne & illis iniuriosum erit Papebrochij Commentum, eas à Leone quarti Concesssas fuisse negantis?



DVBIVM III.

An Martiniana Inscriptionis pars aliqua sit conficta.

CVm anno 1686. die vltima Martij celeberrimus *de Re diplomatica* Scriptor Ioannes Mabillonius, & eruditissimus Antonius Maliabecchius nostrum Florentinum Carmelum laudabili curiositate visitarent, ibique ego Concionatoris munus peragerem, sermo incidit de Antiquissima illa marmorea Inscriptione, quam Romæ in nostra Ecclesia SS. Siluestri, & Martini in Montibus à Sergio II. ædificata, in hymiciclo absidis habemus; siquidem Papebrochius in Chronico-historico Conatu ad Catalogum Pontificum dissert. 17. postremam illius partem fictionis, ac imposturæ conuincere nititur. Inde orta occasio nouitias Papebrochij speculationes circa illam Inscriptionem examinandi.

Martiniana Inscriptio prout à Papebrochio typis ædita, talis est: *Temporibus Domini Sergij Iunioris* Papæ *recondita sunt in hoc Sacro Altari corpora B. Siluestri, & Martini* Pontificum: *item corpora Beatissimorum Fabiani, Stefani, & Soteris Martyrum, ac* Præsulum. *Adsunt etiam corpora Asterij, & Sanctissima filia eius, nec non corpora Sanctorum Ciriaci, Papia, Mauri, Largi, Smaragdi, & Sociorum: Item corpora Sisinij, Anastasij, & Innocentij* Pontificum, *vna cum Sanctis Episcopis Quirino, & Leone, pariterque Artemio, Sisiano, Polliono, Theodoro, Nicandro, Crescentianoque Martyribus, cum quibus adhuc reposita fuerunt corpora Beatorum Soteris*, Paulina, *Memia, Iuliana, Quirina, Theopistis; nec non Beata Quiriaca Vidua, Beata Iusta, cum alijs multis vtriusque sexus, quorum nomina Deo soli sunt cognita. Quorum corpora Sacro Altari, illud ipsis dedicans, collocauit. Sunt autem hæc* Sanctorum *corpora translata de Cœmeterio* Priscilla, *via* Salaria. *Et*

dictus

dictus Pontifex concessit singulis ad hanc Ecclesiam venientibus in festiuitatibus horum Sanctorum tres annos, & tres quadragenas de vera Indulgentia.

Hactenus Inscriptio, de qua Papebrochius in præcitato Conatu, *differt.* 17. *num.* 1. fatetur quod sit contexta litteris Latino-Gotthicis, sola diuturnitate temporis exesis: vndè ex caracteribus non possit falsitatis conuinci, & nota ex Adone in Chronico ad annum 364. cui consentit Paulus Diaconus lib 12. histor. quod Vulfila Episcopus Gothicas litteras inuenit. Cæterum licèt inter caracteres nulla sit differentia, negat tamen verba ista: *sunt autem hac Sanctorum corpora translata de Cameterio Priscilla via Salaria; & dictus Pontifex concessit singulis ad hanc Ecclesiam venientibus in festiuitatibus istorum Sanctorum, tres annos, & tres quadragenas de vera Indulgentia*; fuisse primitus lapide in illo expressa; contenditque post aliquam sæculorum seriem, Inscriptioni reliquæ, sed nimis temerè adiecta. Igitur & Corporum è via Salaria translationem; & Indulgentiarum à Sergio II. factam concessionem multipliciter impugnare, fictionisque conuincere nititur; sed infelici prorsus, & erubescendo conatu. Non verba eius, quibus paginas otiosè implet, sed verborum sensum logicis formulis contractum dabo.

Translationem igitur impugnat sic: Si corpora illa fuissent translata de via Salaria, fuissent etiam sepulta in via Salaria; sed non fuere sepulta in via Salaria: ergo neque fuerunt translata de via Salaria: minorem probat Anastasij auctoritate; siquidem Anastasius dicit corpora Sanctorum Fabiani, Stephani, & Soteris via Appia in Cœmeterio Callisti fuisse sepulta: Sisinij ad B. Petrum Apostolum; Anastasij, & Innocentij ad Vrsum Pileatum; Papias, & Maurus via Numentana in Cæmeterio ad Nimphas. Ait etiam, quod Ciriaci, Largi, Smaragdi corpora, via Salaria sepulta, S. Marcellus Papa in prædio Lucinæ via Ostiensi, die octaua

Augusti transtulit, Romano attestante Martyrologio.

Cæterum, si ostendero ad Papebrochij mentem Anastasij historiam esse nullius in hac materia auctoritatis, nonne ruit totum contra Martinianam Inscriptionem argumentum ex Anastasij auctoritate desumptum? Notetur igitur, quod Papebrochius in præcitato Conatu, pag. 46. de S. Eusebio, num. 3. scribit: *quoad Eusebium Cæsariensem attinet, esset ei, vt pote hoc tempore viuenti, deferendum præ cæteris, saltem quoad hosce Pontifices; nisi etiam in his tam negligenter versatum constaret, vt Marcellinum à Marcello non distinguens, in vnam duas personas conflauerit; quod omnino stupendum, & vix credibile foret ab eo fieri potuisse, nisi oculis ipsis teneretur, simulque euerteret omnem eius in historia Pontificia Auctoritatem;* cum autem in similem errorem inciderit Anastasius; de illo enim Papebrochius scribit in eodem Conatu dissert. 14. num. 6. *quod autem magis mirabile, ac portentosum est prima, vltimaque Virgilij Acta sic in vnam historiam conflauit Anastasius, ac si vtraque æqualiter solum spectarent Anthimum.* Benè sequitur, quod sicut Eusebius, ita Anastasius in historia Pontificia nullam habeat auctoritatem. Adde quod Anastasius absque veterum auctoritate, ipse non coæuus, scribit de illorum Sanctorum Sepulchris; sed iuxta Papebrochij principia, auctor non coæuus, post multa sæcula, absque coæuorum auctoritate scribens, nullam meretur fidem: ergo, &c. Denique Anastasius multas fabulas narrat, hinc Papebrochius in præcitato Conatu de S. Liberio, pag. 52. num. 2. agens, scribit: *Sinuessanæ Synodi; Inuentæ Crucis, atque Sanctorum Siluestri, & Felicis,* Interpolamenta, *nesciens à contextu genuino distingnere, Anastasius, cæterique post eum Pontificiæ historiæ Scriptores, fecerunt, vt turpissima, & aniles fabulæ ferè in veritatis indubitabiles transierint, ante non multa sæcula.* Et non semper loca, in quibus Sanctorum corpora fuere sepulta rectè assignauit: qua propter Papebrochius in

dicto

dicto Conatu pag. 127. de S. Paschali, num. 3. inquit: *quoad sepulturam attinet, hanc ei in Ecclesia S. Petri datam legimus quidem in Anastasio.* Cumque velit ipse fuisse sepultum ad S. Praxedem; Anastasius excusans ait: *dici autem potest, vel Anastasium, vel eius transcriptores, abreptos diuturna consuetudine adscribendi Pontificum sepulturas Ecclesiæ S. Petri, hic aberrasse, plus scribendo quam legerant apud Antiquiores.* Omitto cætera, in quibus Anastasius à Papebrochio reijcitur, quia non esset scribendi finis.

Ad argumentum igitur paucis respondeo: illa Inscriptio est contraria toti Anastasianæ historiæ; & illa historia, iuxta Papebrochij principia aliquam meretur fidem, nego, & nullam meretur fidem, nulliusque est Auctoritatis, concedo antecedens: ergo illa Inscriptio saltem quoad postremas lineas est ficta, nego.

Verum, quia Veteres Auctores, qui de nobis posteris benemereri studuerunt, non absque magna necessitate exauctorare debemus, Respondeo secundò, falsum esse, quod illa Inscriptio Anastasianæ historiæ contraria sit: Verba enim illa: *sunt autem hæc Sanctorum corpora translata de Cæmeterio Priscillæ, via Salaria;* non sunt intelligenda de omnium Sanctorum corporibus in illa Inscriptione nominatis, vt malè Papebrochius illa intellexit; sed intelligenda sunt de Sanctorum corporibus per sequentia verba expressis: *cum alijs multis vtriusque sexus, quorum nomina soli Deo sunt cognita.* Illis autem verbis sic intellectis; Inscriptio nihil continet Anastasij historiæ contrarium.

Arguit secundò, contra Indulgentiarum concessionem lapide in illo expressam: quia vsus Indulgentiæ concessæ Ecclesias visitantibus non excedit tempus Alexandri II. qui anno 1070. peracta Lucensis Ecclesiæ solemnissima dedicatione, concessit, vt octo dierum spatio dedicationis memoria perageretur annis singulis, concessa Indulgentia pœniten-

tiæ

tiæ: ergo Indulgentia in lapide expressa est ficta. At quanti valeat istud argumentum, patet ex retorsione sic: Vsus Indulgentiæ concessæ Ecclesias visitantibus non excedit tempus Honorij Papæ II. qui anno 1126. peracta Ecclesiæ Cassamarij solemnissima consecratione, concessit, vt dedicationis memoria perageretur singulis annis, concessa vnius anni Indulgentia: ergo illa Alexandri II. adducta Indulgentia est ficta. Rursus iste vsus non excedit tempus Alexandri III. de quo in libro, cui titulus: *Sito Riminese di Raffaele Adimari, lib. 1. pag. 91.* scriptum est. *Doppò Papa Alessandro Terzo Bandinello da Siena di felice memoria del 1162. in passandosene in Francia, capitò in questa Città di Rimino;.. & grandemente ornò detta* Santa *Reliquia* (scilicet D. Nicolai Mirensis) *concedendo diecimilla anni d' Indulgenza alli fedeli, che visitassero detta Chiesa:* ergo illa Honorij secundi adducta Indulgentia est ficta. Respondeo ergo directè, nego antecedens; cum ex lapidis Inscriptione, quam approbauerunt, & Baronius *in notis ad Martyrologium Romanum ad diem* 8. *Augusti*, & Bellarminus in Tractatu de Indulgentijs cap. 3. & Pallauicinus lib. 2. cap. 5. historiæ Concilij, constet, quod illo vsus antecessit Alexandrum II. Immò vigebat temporibus Sixti Papæ III. anno 433. vt dicemus infra. Immò Antonius Casalius Abbas Cœlestinus in Opere, cui titulus: *Noua Gierusalemme, detta la* Sacra *Basilica di* Stefano *di Bologna*: refert: *lib.* 1. *cap.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 2. Breue vnum Cœlestini Primi, in Pontificem anno 423. die 14. Nouembris electi, concedentis *quadringentos annos de Indulgentia visitantibus B. Floriani, & Sociorum eius corpora, in dicta Ecclesia* Sancti *Stephani consistentia.*

Arguit tertiò, nam anno Christi 1126. Indulgentiæ concessæ visitantibus Ecclesias erant vnius anni, absque quadragenis: ergo ante annum 1126. non dabantur quadragenæ: probat antecedens; quia apud Baronium ad annum 1030.

Ho-

Honorij Papæ II. Bulla recitatur de consecratione Ecclesiæ Casamarij, data ipsi Abbati Rainerio 3. nonas Februarij, Pontificatus anno secundo, qui fuit annus Christi 1126. vbi inquit: *Vt ipsius Ecclesia dedicatio veneranda singulis annis deuotiùs celebretur, Vniuersis, qui ad celebritatem consecrationis eiusdem, infra nouem dies deuotè conuenerint, de illius pietate confisi, qui est peccatum remissio, de iniunctis pœnitentijs annum vnum misericorditer relaxamus.* Quibus verbis addit Papebrochius: *hac tunc erat Indulgentia maxima. Postea cæperunt alij ad annorum numerum ampliorem adiungere quadragenas, quarum meminit præfata inscriptio.* Respondeo tamen, quod ante annum 1126. anteque Honorium secundum ampliores dabantur Indulgentiæ, etenim Callistus secundus fuit ordinatus anno 1119. atque adeo antecessit Honorium secundum, vtpotè ordinatum anno 1124. Et tamen Callistus, vt refert ipse Papebrochius in præcitato Conatu, pag. 48. dissert. 8. num. 6. *Altare Beati Petri, quod nimia vetustate, & lapidum percussionibus quodamodo violatum videbatur, optimis marmoribus vestiuit, & decorauit, & in festo Annunciationis Beata Maria cum toto Concilio, lapidem Altaris satis honorificè, & deuotè consecrauit, in qua videlicet consecratione fecit remissionem trium annorum annualiter ad eam Venientibus.* Videatur de Callisti consecratione Roma Subterranea Aringhi tom. 1. lib. 2. cap. 6. num. 9. & 10. Rursus Paschalis secundus in diplomate relato à Iosepho Maria Loresino in libro, cui titulus: *de Scala Sancta*: cap. 3. *Cum itaque sacra limina, seu venerabiles gradus, quos Hierosolymis Iesus Christus Dominus noster suis gressibus, & sanguine consecrauit... Beata memoria Leo quartus etiam prædecessor noster Indulgentias insigniuerit trium videlicet annorum pro quolibet gradu Orando stantentes acquisituri: nos ad augendam erga præfatam Scalam, intuitu Dominica passionis fidelium religionem, de omnipotentis Dei misericordia... illis, qui maiori de-*

no-

notione accensi congenulati per ipsam ascendent toties, quoties hoc fecerint, sex insuper annos pro singulo quoque gradu de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer relaxamus.

Huius Bullæ antiquissimum exemplar extat in Archiuio Lateranensi, in Armario XIV. in Capsula signata litt. C. vna cum transumpto authentico illius in pergamena; quod ne vlteriori vetustate penitus periret, Iussu Capituli Lateranensis de verbo ad verbum extraxit Simius *Curiæ Eminentiss. Cardinalis Vicarij, & eiusdem Capituli Notarius, vt etiam apparet in actis ipsius, & legitur in Bullario Lateranensi M. S. fol.* 14. Viuebat autem Paschalis secundus anno 1100.

Megistus Monachus, & Abbas Monasterij SS. Andreæ, & Gregorij de Vrbe, in relatione, quam de Scala Pilati scripsit anno 844. & habetur apud Suresinum loc. cit. inter alia sic habet: *Constantini rogatu Beatus Pater* Syluester *Papa concessit illis, qui per ipsam capite detecto deuote orauerint remissionem peccaminum vnius anni pro quolibet gradu; quam Indulgentiam Beatum Patrem Gregorium* Papam *confirmasse inquiunt, & auxisse in duos annos similiter pro quolibet gradu, quem etiam confirmasse traditur Indulgentias ipsas Basilicæ* Saluatoris, *per dictum* Sanctum *illi concessas.*

Quadragenarum verò vsus adeò est antiquus, vt Federicus Franzinus in libro cui titulus: *Roma Antica, e Moderna,* edita anno 1677. pag. 116. de Ecclesia, quæ vocatur *di* S. *Lucia della Tinta;* scribat: *Di più nel Muro, a man manca in vn Marmo ci è la copia di vn Breue Apostolico, doue si concede Indulgentia di vn' anno, e quaranta giorni, nel giorno di* S. *Lucia, e della consecratione, e per tutta l' ottaua. Al* Priore, *e Capitolo di questa Chiesa s' indrizza questo Breue di* Papa *Nicolò Primo, che fù creato* Pontefice *l' anno* 826. immo vel sub Sixto Papa tertio anno 433. viguisse testatur Nicolaus Papa IV. in Bulla, quam refert Paulus de Angelis in *descriptione Basilicæ* S. *Mariæ Maioris de Vrbe lib. 6. cap. 1.* Bulla verò talis est;

Nico-

Nicolaus Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectus filijs Iacobo Sanctæ Mariæ in Via Lata Diacono Cardinali, & Archipresbytero, ac Priori, & Canonicis Basilicæ Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, salutem, & Apostolicam benedictionem, &c. Vnde vnius anni, & quadraginta dierum à fel. record. Sixto tertio in die consecrationis Basilicæ Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe. Et vnius anni, & quadraginta dierum à Clemente tertio in solemnitate consecrationis eiusdem, quando lapidem Altari maiori superposuit consecratum, &c. Datum Romæ tertio Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

Arguit quartò, in Lucæ Holstenij formolario ex Cancellariæ Pontificiæ formulis compacto deberet formula harum Indulgentiarum reperiri cap. 5. sed non reperitur: ergo Indulgentiæ sub illa formula non erant antiquitus in vsu. Vocat hoc argumentum adstringens, & quemcumque Intellectum non pertinacem conuincens: sed quantum allucinetur, clarissimè, constat; nam in illo Formulario etiam aliæ formæ non extant, quæ tamen certissimè fuerunt antiquitus in vsu. Non extare docet, & dolet Papebrochius in eodem Conatu dissertion. 16. numer. 16. pag. 119. vbi inquit: *Vtinam nunc extaret, vel inueniatur aliquando formula Iussionis, qua electum* (scilicèt Pontificem) *Exarchus ordinari præcepit; aut alicuius eorum, quæ Constantinopoli mittebantur, quando illa inde expectanda erat.* Videatur in præcitato Conatu, *dissert. 20. num. 2. & num. 10.* vbi de alijs formulis, quæ antiquitus fuerunt in vsu, & modo non extant, vbi quare non extant; pro libito suo diuinatur. Interim mirum est Papebrochium in negatiuis argumentis efficacia tribuenda toties deceptum, adhuc illa tanquam ineluctabilia nobis opponere; quod an pertinacis Ingenijs indicium sit clarissimum, indicent alij.

Arguit quintò. Anastasius de Indulgentijs in lapide illo expressis nullam facit mentionem: ergo fuere postea illi In-

ſcriptioni temerè adiectæ; probat conſequentiam, quia Anaſtaſius omnium Romanarum Eccleſiarum Archiuia ſcrutatus eſt, vt quod quiſque Pontifex cuique earum ſuo tempore contulerit beneficij, quam minutiſſimè explicaret; multò magis ſcripſiſſet de illis Indulgentijs, quæ erant grandi conſignatæ lapidi, & omnium oculis expoſitæ. Omiſſis multis pro Reſponſione, nota, quod Papebrochius in præcitato Conatu, Parte ſecunda de Gregorio XIII. agens, deque illius quadam Bulla in Cherubini Bullario non reperta, ait n. 2. *mirum eſt autē quomodo in prædicto Bullario non inueniatur Bulla allegata à Cicarella, cuius Initium*; Inter grauiſſimas Paſtoralis noſtri officij curas, ea poſtrema non eſt: *edita anno 1582. per omnia ſecula memorabilis, propter reformationem Kalendarij*. Similiter in eodem Conatu diſſert. 14. num. 16. inquit: *Si quid ergo in alicuius Scriptoris ſilentio circa Vigilium eſt mirandum, vnum, & quidem valdè mirandum eſt, quomodo Anaſtaſius tam operosè proſecutus res à Vigilio factas, & toleratas in cauſa particulari Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, tacere potuerit geſta, & tolerata occaſione trium Capitulorum, quæ Vniuerſam Eccleſiam, atque in primis Romanam difficili Schiſmate conturbarunt*. His ſuppoſitis, patet reſponſio.

Ex hoc enim, quod mentio de illis Indulgentijs in Anaſtaſio non inueniatur, non ſequi, quod ſint fictæ, ſed ſolum ſequi ad ſummum, mirum, & mirabile eſſe Anaſtaſij ſilentium de illis; ſicuti mirum eſt quod Bulla Gregorij non inueniatur in Bullario Cherubini, & mirabile eſt, quod Anaſtaſius idem tacuerit de Geſtis Vigilij occaſione trium Capitulorum.

Reſponderi etiam poſſet, quod ſicuti tempore Anaſtaſij in illa Inſcriptione erant nomina; *Siſinij, Pollionis, Theodoris*, vt num. 4. concedit Papebrochius, tamen talia nomina in Anaſtaſij in exemplaribus non habentur; cuius rei Papebrochius loco citato reddit rationem dicens: *quæ huiuſmodi nomina*

mina potuerunt esse omissa, vel ab oscitantibus in transcribendo librarijs, vel per Anastasij ipsius in transcribendo festinationem; ita dico ego, & pauca verba de Indulgentijs potuerunt esse omissa.


Patet insuper huius vanitas difficultatis, nam Bononiæ in Ædibus Patritię Familiæ de Albergatis reperitur Inscriptio omnium oculis exposita, & *il Marmo Augustale* vocata, quæ Balneum publicum ab Augusto Cæsare in Ciuitate Bononiæ munificentissimè olim excitatum, & à Nerone postea refectum, posteris testatur: Marmorisq; illius mirabilem structuram quilibet videre potest sect. 3. c. 6. Operis ab Illustrissimo Comite Carolo Cæsare Maluasia elaborati, & *Marmorea Felsinea* Inscripti: penes quem pag. 110. Ioannes Baptista Caponius de Carolo Sigonio, sic loquitur: *Certo il Sigonio tanto benemerito dell' Antichità Romane.. non doueua inuolgere nelle tenebre del silentio vna face sì bella delle glorie Bolognesi, ed è segno d' vna supinissima trascuragine, che nel gire alcuna volta à casa del Signor Fabbio Albergati, dottissimo Caualiere, e suo intimo amico, ei non facesse alcuna riflessione su la pietra, di cui intraprendo à discorrere, mentr' ella staua in vista di tutti, e stà murata nella parte destra della Loggia di quel Palazzo.* Si quis ergo argueret, nec Leander Alberti, nec Cherubinus Ghirardaccius, nec Pompeus Vizanus, nec Bartholomeus Dulcinius, nec Achilles de Bocchijs, nec Carolus Sigonius, licet omnes de Bononiæ rebus ex professo scripserint, vllam de illo lapide, aut de illius Inscriptione mentionem fecit; ergo lapis ille, Inscriptio illa ab Illustrissime Comite fingitur, nonne falsitatis conuinceretur ab omnibus, qui oculos habent, & Bononiæ inhabitant? & tamen consequentia oritur à fortiori; nam si ex silentio vnius Auctoris, scilicet Anastasij, Martinianæ Inscriptionis rectè arguitur impostura; multo magis ex tot Auctorum silentio Augustalis memoriæ deducetur fictio; e contra verò, si hoc non subsistit

argu-

argumentum, multo minus Papebrochiana valebit ratiocinatio.

Hinc patet, quam parum fundatè Papebrochius arguat inscitiæ doctissimos, ac Eminentissimos viros, Baronium, Bellarminum, Pallauicinum. Quam parum fundatè veteres Scholasticos omnes, Bonifatiumque octauum erroris insimulet. Patet denique: *an motus magnis, & quemcumque rationabiliter mouere natis, antea autem minus consideratis, aut eatenus prorsus ignoratis rationibus, & Auctoritatibus*; an potius leuiter in dubium reuocauerit Indulgentias in Lapide illo expressas.

Ad Huius controuersiæ complementum superesse videtur; vt Martiniam exhibeamus Inscriptionem; appareat ergo; non qualis à Pepebrochio edita; sed qualis in vetusto Lapide antiquitus expressa fuit, vt vel in huius opusculi fine aliquid Papebrochius discat; quantum scilicet Intersit, an proprijs, an alienis oculis res Inspiciantur.



Inscri-

+ ST̃ INHOC
SĀI MARTINI:
ETOẼMĀTIB;
HA FILIA Œ
IVAGDO·T̃
SOO PÕTIFI
CIMIO:SISI
ĀPM̃TIB; :
CV IVLIANĀ
T IA: TBĀ
TES ' 9VOR
NÕCROAL
TAA TRAN
LAT; · SM
TVGẼTIĀ
TV OE

PARALIPOMENA

I.

Vita D. Angeli, fuerit ne primitus græce, an latine scripta, dubitat Octauius Caetanus Iesuita in Animaduersionibus ad Vitam D. Angeli: dicens: *Incertum mihi est, græce, an latine Enoch scripserit*: Thomas autem Bellorosius censet Vitam latinis litteris primitus traditam fuisse.

II.

Bellorosius in Epistola dedicatoria, de Rege Pannoniæ loquens, inquit: *quem quandoque, dum esset infantulus, in vlnis meis tenui*. Ex quibus verbis, & ex offitijs, quæ in Hungaria Thomas ille obiuit, gerendo vices Cardinalis Rhegini in administratione Episcopatus Vesprimensis, & duorum Insignium Cœnobiorum, habetur magnum illum authoritatis fuisse.

III.

De Reliquijs à S. Angelo asportatis Eusebius Nerimbergius in *Tropheis Marianis lib. 5. cap. 31.* De Imagine verò, quam D. Angelus Panormum detulit, constat eam in Metropolitana Panormi Ecclesia adhuc reseruari, prout in speciali discursu de hac re, & in eadem Ciuitate, sub anno 1597. typis edito Canonicus Ioannes Baptista della Rossa testatur.

IV.

Colloquium D. Angeli cum Sanctis Dominico, Francisco memorant quoque Lucas Wadingus in *Annalibus Minorum ad annum 1616.* Cardinalis Cæsar Rasponus in Opere de *Basilica, & Patriarchio Lateranensi lib. 2. cap. 13.* edito Romæ anno 1656. & Franciscus Haroldus in *Epitome Annalium Wadinghi*; Petrus Rodulphius, Ordinis Minorum Episcopus Senogalliensis in *historia Seraphica Religionis*; & Auber-

tus Mirèus lib. *de Origine, & Incrementis Ordinis Carmelitani*; Thomas Fazelius *de Rebus Siculis Decade prima, lib.* 5, *cap.* 3. de Vaticinio S. Angeli; & Theophilus Raynaudus *lib. de Scapulari Mar. Part.* 1. *cap.* 4. §. 4. *tom.* 7. *pag.* 260. de prædicto colloquio.

V.

Octauius Caetanus in Animaduerſionibus ad Vitam D. Angeli, nominans Monaſterium de *Grotta*, ſeù de *Crypta*, Ordinis S. Baſilij Panormi, vbi Athanaſius Vitam Monaſticam duxerat, inquit eſſe illud: *quòd Robertus Viſcardus Dux Apuliæ, & Siciliæ conſtruxerat, eo loco ſitum, quo nunc eſt Domus profeſſa Societatis Ieſu: Veterem Eccleſiam noſtro Æuo demoliti ſumus, & in ampliorem formam, cultumque à fundamentis extruximus.*

VI.

Noſter Daniel à V. M. in notis ad Vitam S. Angeli, de Athanaſio inquit: *ſcire curioſus Lector cupiet, qua ratione Athanaſius, latinus, natione Siculus Patria Panormitanus, prouectus fuerit ad Patriarchatum Alexandrinum pro Græcis, ſeu Syris, qui nonniſi ſuæ nationis admittere ſolebant: Verum licet natione fuerit latinus, ritus tamen fuit græci, vtpotè Monachus Ordinis S. Baſilij Panormi in Monaſterio nuncupato olim S. Maria de Grotta, ſeu de Crypta. Illud autem amplius non extat; ſed ibi, aut in loco vicino, nunc eſt Collegium Societatis Ieſu. Monachi autem illi Sancti Baſilij Panormi olim ſeruabant, & adhuc modo (tranſlati ad alium locum nuncupatum S. Chriſtophori) ſeruant græcis ritus, & Idioma.*

VII.

De Baſilica S. Ioannis Baptiſtæ Alexandriæ Cardinalis Baronius tom. 4. Annalium, ad annum 839. num. 97. inquit: *In loco igitur, vbi Serapis templum erat, erecta Baſilica fuit, illataque in eandem Sacratiſſimæ reliquiæ (vt S. Athanaſius antè prædixerat) S. Ioannis Baptiſtæ per Theophilum Epiſcopum Alexandrinum.*

In

VIII.

In Martyrologio Romano dicitur S. Angelus ab hæreticis trucidatus, quia ſcilicet Belingarius, vt habetur in alia S. Angeli Vita ex vetuſto Codice Carmeli Mechlinienſis, edita Bruxellis anno 1665. aſſerebat pertinaciter *licitum eſſe, & iuris naturalis cognoſcere propriam Sororem, & commiſceri cumquacunque perſona, ſicut inter bruta: nec in Eccleſia poteſtatem eſſe id prohibendi*. En quo tandem ducit infanda, effrænisſque libido. Quid verò, ſi libidini addantur immoderata honorum cupiditas, inſanuſque pecuniarum amor? tu Lector iudica: nam vbi iſtæ dominantur paſſiones, homines, vt Baptiſta Guarinus ſcripſit, fiunt:

Gente ſol d' apparenza, in cui ſe miri,
Viſo di carità, mente d' inuidia
Poi troui, e'n dritto ſguardo, animo bieco,
E minor fede all' hor, che più luſinga.
Quel, ch' altroue è virtù, quiui è diffetto.
Dir vero, oprar non torto, amar non finto,
Pietà ſincera, inuiolabil fede,
E di core, e di man vita innocente,
Stiman d' animo vil, di baſſo ingegno
Sciocchezza, e vanità degna di riſo.
L' ingannar, il mentir, la frode, il furto,
E la rapina di pietà veſtita.
Creſcer col danno, e precipitio altrui,
E far à ſe dell' altrui biaſmo honore,
Son le virtù di quella gente infida.
Non merto, non valor, non riuerenza,
Ne d' età, ne di grado, ne di legge,
Non freno di vergogna, non riſpetto,
Ne d' amor, ne di ſangue, non memoria
Di riceuuto ben: ne finalmente
Coſa ſì venerabile, ò ſì ſanta,

O sì giusta esser può, ch'à quella vasta
Cupidigia d'honori, a quell' ingorda
Fame d'hauere inuiolabil sia.

I X.

Non solum antiquitus, verum etiam nunc ex Surianis multi veram sequuntur fidem, vt habetur in Excerptis ex Ioannis Cotouici Vltraiectini Itinerario Hierosolymitano, & Syriaco, cap. 14. ibi enim sic: *Caeterum Christiani Syriae indigenae (qui quidem per vniuersam Syriam plures sunt, quam quis credat) ob diuturnam cum Infidelibus consuetudinem... plurimi immersi vitijs, nihil praeter nomen Christianum habent: non tamen omnibus eadem conditio est: sunt enim multi vita sanè exemplaris synceri admodum, simplices, & haereses nescij; Christo imprimis deuoti, & carnem ieiunio macerantes, quibus & Mundus mortuus est, & ipsi Mundo; adeoque virtutibus dediti, vt etiam quandoque moribus, & vita Sanctitate nostrae Religionis Monasticos longe superent.*

X.

Pariter in libro, cui titulus: *Soria Santa del R. P. Giuseppe Besson della Compagnia di Giesù*: Tract. 2. cap. 9. *Io considero nel numero grande di ducento milla anime, che fà Aleppo, quaranta milla Christiani, cioè venti milla Armeni, dieci milla Greci, e dieci altri milla, trà i Cattolici Maroniti, trà Suriani, e Nestoriani... Archigian* (scilicet Surianus) *fù poscia creato Vescouo dal Patriarca de' Maroniti, e posto su il Trono della Chiesa Suriana in Aleppo, in cui perche subbito si sparsero i raggi delle sue virtù, e sapere; incontrò di leggieri varie occasioni di patire dagli Emoli... al presente nell' opere, e nell' Instruire le proprie pecorelle fà inuidia à qualunque Zelante Pastore. Esemplare nella propria vita, honora il Carattere Episcopale, e mantiene quasi della Natione Suriana fedelmente vniti alla Romana Chiesa.* Tract. 3. cap. 3. haec habet: *la Missione di Damasco fù opera del Padre Girolamo Queirot... andoui su il*

il principio dell' anno 1645. condotto da vn Patriarca Greco, per nome Eutimio, natiuo dell' Isola di Scio, e di Rito Romano, affinche il Padre Instruisce la giouentù . . . morì detto Padre Girolamo in Aleppe . . . col pianto parimente commune di tutti, mostrarono i Greci, quanto dolesse loro la perdita grande d' vn sì caro Maestro. Volle similmente il Clero della Chiesa Patriarcale assistere al Funerale fattogli con solennità straordinaria, e con particolari segni di straordinario dolore. Vno de' Vescoui di quella natione, percioche non potè trouarsi presente à quella dimostratione vniuersale del popolo, fecegli vn' Oratione Funebre, ed vn breue Elogio; in poche sì, mà significantissime parole. Et hæc confirmant quæ de Surianorum, Græcorumque fide diximus dub. 3. circa caput primum.

X I.

Idem Auctor Tract. 4. cap. 1. *Il Patriarca de' Maroniti in compagnia di trè, ò quattro Vescoui habita in vn Monasterio di Religiosissimi Monaci: onde sì picciolo recinto di Fabrica doppiamente rendersi honorato, sì dalla Prelatura sì da' Religiosi della medesima natione, i quali con rara congiontione d' animi, e di cuori, e con bella concordia di due stati Venerabili, vnitamente habitano; come appunto vissero già trà proprij Religiosi nell' Affrica S. Agostino, e S. Fulgentio, S. Martino nella Francia, ed in altre parti più Vescoui Illustrissimi in Dottrina, e nella Santità di Vita, conforme all' antico vso de' più riguardeuoli, e de più esemplari Prelati della Christianità.* Hæc confirmant quæ diximus de Episcopo Suriano cum Canonicis regularibus vitam agente.

X I I.

Noster Timotheus à Termino in Opere, cui titulus: *Cronistoria del Mondo* lib. 7. sub anno 1222. inquit: *nell' anno 1222. morì Theodoro Lascaro Imperatore di Trabisonda*, sepultus autem fuit in Monasterio, vt diximus dub. 13. circa cap. 3. Patet igitur, quod eo tempore, quo parentes D. Angeli

geli in Monasterio sepulti dicuntur vetitum græcis non erat, defunctorum cadauera in aliquo Monasterio sepelire.

XIII.

Augustinus Inueges in Opere: *Annali di Palermo, parte terza*: hæc habet: S. *Angelo M. Carmelitano porta in Palermo l'Imagine della Beata Vergine da S. Luca dipinta, il Crocifisso, e la S. Spina. In questo istesso anno 1220.... Non fà il Beato Enoch mentione, che il Santo Martire d'Alessandria in Italia transportasse altre Reliquie, ò Imagini, che le sopra narrate: Mà l'antica traditione di Palermo attesta, che il Santo Crocifisso di rilieuo, che è nel Duomo, e la S. Spina di N. S. che si adora nel Carmine di Palermo l'istesso S. Angelo hauerli quì portati, & arricchitane questa felice Città, & à mio parere la Traditione del S. Crocifisso hà vn bel riscontro con l'historia; poiche Pirri dice*: E Sacello Claramontanorum Motycæ Comitum, quod erat in D. Nicolai Yhalciæ, hodie Laçalza, antiquiss. æquè, ac celeberr. Christi Cruci affixi Simulacrum in Cathedrale templum, solemni per Vrbem pompa Franc. Antiochenus Arch. Panormit. anno 1311 inuexit. *Hor se il S. Crocifisso era antichiss. tesoro della Palermit. e nobilissima Famiglia Chiaramonte, & assai prima del 1311. e da tempi innumerabili s'adoraua nella loro Capella Chiaramontana; possiamo ben credere, che Federico Chiaramonte, come fratello del Patriarca Atanaggio, dal Pontefice hauesse ad esso ottenuto, e'l Quadro della B. V. e'l S. Crocifisso; e con S. Angelo il Quadro hauesse mandato al publico, & al Duomo, e'l S. Crocifisso alla priuata sua Capella Chiaramontana.* An S. Angelus fuerit verè Martyr, discutit, non dubitat noster Philippus à Sanctiss. Trinitate *in Theologia Carmelitana quæst. 17. art. 3.*

XIV.

Finem huic labori imponere volens, non equidem hoc faciam verbis; aut Maximiliani à S. Maria in *Harpocrate Carmelitano* scribentis: *vel ex hoc vno satis mirari possit Orbis vniuersus*

uerſus, &c. aut Melchioris Cani de *locis Theologicis lib. 11. concluſ. 2.* dicentis : *ſed plerique hac noſtra ætate, &c.* aut S. Iſidori Peluſiotæ *Epiſt.* 387. monentis: *Putare ſe aliquid ſcire, &c.* aut D. Hilarij 5. de *Trinitate docentis*, quod : *neque aliter veritas ſciri poteſt, &c.* aut Caroli Moſchenij in Opuſculo ; cui titulus ; *Confutatio collectionis nouarum opinionum, quas futiles nonnulli compilarunt, & leues pag.* 14. dolentis, quod : *nonulli hos ſuo ſcriptores nouorum figmentorum molem, &c.* aut ipſius Papebrochij in Carmelitarum dedecus ſcribentis : *non eſt facile erudito huic ſæculo, quo omnia ad fundum excutiuntur, plumbum pro auro ſupponere, ſic vt diu fraus lateat. Plauſum fortaſsis initio referunt aliquem, dum fulgent magni nominis ſpecie obducta: ſed vbi intimius conſiderantur, & criticum examen talia ſubeunt, in riſum vertitur admiratio; & cauſa, cui fulciendæ, fuerant fabricata, mirum in modum iſta prædicant*; ſed Marci Heremitæ *de lege ſpirituali*, vbi ad veritatem tueandam cohortans inquit : *Quicunque pro veritate tuenda labores ſua ſponte non ſuſceperit, multo grauioribus, & acerbioribus, etiam inuitus caſtigabitur.*



LAVS DEO.